A Si autem nondum est peractum sacramentum matrimonij, sed sola fuerunt sponsalia, & gener postea cum socru rem habuit, vel cum aliqua persona, quæ sponsæ consanguinitate iuncta est, impedietur matrimonium, propter regulam quæ dicit: Res, quæ in eum locum deducta est, à quo ab initio consistere non potuit, infirmatur: & etiam ne à scientibus permittatur incestus: & hæc quidem scripta sunt ad eorum interpretationem quæ à Patriarcha compendiosè sunt proposita: B Scias autem præsens caput egere multa interpretatione. Multæ enim ac diuersæ leges editæ sunt de prohibitis nuptiis. Et quia de iis qui secundò matrimonium contrahunt, superiùs tractauimus, audi etiam de Polygamis, & de prohibitis matrimoniis. Ab antiqua lege tria matrimonia agnoscuntur. Sed quia tempore Imperatoris Domini Leonis Philosophi, variæ fuerunt in ecclesia inter Antistites sententiæ: plurimi enim ex iis non permittebant trigamiam: & peruenit etiam hæc C dissensio vsque ad filium ipsius Imperatoris Dominum Constantinum Porphyrogennetam, edita est Vnionis quæ dicta est decisio, quæ tractat quando tertium matrimonium permittitur, & quando non. Lege etiam hanc decisionem, quæ sita est in interpretatione iiij. can. sancti Basilij. vltra autem tertium matrimonium nunquam dixeris posse matrimonium consistere. Nam etiam tertium matrimonium apud antiquos dicebatur polygamia. De prohibitis autem nuptiis, lege primum & secundum caput quinti tit. xxviij. D lib. Diuidunt enim cognationem in tria, in eos qui sunt superioris & eos qui sunt inferioris ordinis, & eos qui sunt ex transuerso siue à latere. Superioris quidem ordinis sunt Patres, Aui, & deinceps. Inferioris autem sunt, filij, nepotes, abnepotes, & cæteri deinceps. A latere autem seu ex transuerso sunt, fratres, consobrini, patrui & auunculi, patrueles, & cæteri. Deinde etiam aliam esse dicunt abusiuè cognationem, quæ fit ex affinitate: & postquam de eo verba fecerunt & docuerunt gradus vniuscuiusque cognationis, inter eos quidem qui sunt inferioris

& superioris ordinis matrimonium A perpetuò prohiberi dicunt, etiamsi non sint ex legitimis nuptiis. A latere autem cognatorum ab octauo gradu coniunctionem admittũt. Similiter & affinium nuptias impediunt vsque ad sextum gradum. Tempore autem illius Patriarchæ Domini Alexij Comneni exorta est dubitatio de septimo gradu cognationis. Quidam enim dicebant non posse abpatruelem accipere in vxorem filiam sui patrui magni, quòd consanguineorum matrimonia à legibus permissa sint ab initio B octaui gradus. Alij autem contrà dicebant sextum tãtùm cognationis gradum esse prohibitum: & debere septimum esse non prohibitum, cùm nõ prohibeatur. Dictus sanctissimus Patriarcha vnà cum Synodo quæ tunc erat, expresse statuit hæc quæ sequuntur. Quoniam ergo Basilius quidem est in septimo gradu Theoctistæ: lex autẽ permittit vt qui sunt octauo inter se gradu, matrimonium ineant: prohibet autem iis qui sunt in sexto: iis verò qui sunt in septimo, nec permittit, nec negat, & propterea C cùm sæpe huiusmodi motæ sint controuersiæ, dispensatum est vt eiusmodi quidem matrimonium antequam processisset, nõ permitteretur: postquam autẽ processisset, non separarentur ij qui sic cõiuncti sunt, sed punirentur. Hoc itaque Synodale decretum obseruatũ est vsque ad tempus sanctissimi illius Patriarchæ Domini Lucæ. Tunc autem mense Aprili, xiiij. indictione, anno 6676. cùm defunctus sanctissimus Athenarum Metropolitanus & inclytus Dominus Nicolaus Hagiotheodoretus D ad Synodum retulisset, magnam hinc animabus perniciem afferri; in nonnullis qui in sua prouincia in septimo gradu matrimonium clandestinum contrahebant propter metũ, pœnæ facta est Synodalis declaratio, quæ hæc decernit: Propter hæc ergo nostra mediocritas cũ sancta vestra fraternitate, Synodalem illã dispẽsationẽ, quæ à sanctissimo illo Patriarcha Domino Alexio facta est, in matrimonio inter cõsãguineos septimi gradus, nec omnino à lege ciuili prohibito, nec purè permisso, confirmãs,

καὶ καλούντων τοὺς γάμους εἰς ἀπέραντον κωλύεσθαι, κἂν μὴ ἐξ ἐννόμων ὦσι γάμων· τὴν δὲ ἐκ πλαγίου συγγενῶν ἀπολύουσι τὴν συνάφειαν ἀπὸ τοῦ η. βαθμοῦ, καὶ τὴν ἐξ ἀγχιστείας τοὺς γάμους ἐμποδίζουσι μέχρι ϛ'. βαθμοῦ καὶ αὐτοῦ. ἐπεὶ δὲ ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου κυρίου Ἀλεξίου γέγονεν ἀμφιβολία χάριν τοῦ ζ. βαθμοῦ τοῦ ἐξ αἵματος· τινὲς μὲν γὰρ ἔλεγον μὴ δύνασθαι τὸν δεύτερον ἐξάδελφον λαμβάνειν τὴν θυγατέρα τοῦ διστεξαδέλφου αὐτοῦ εἰς γυναῖκα, διὰ τὸ ἐπιτραπῆναι ὑπὸ τῶν νόμων τοὺς γάμους τῶν ἐξ αἵματος συγγενῶν ἀπ' ἀρχῆς τοῦ η. βαθμοῦ. ἕτεροι δὲ ἀντετίθεντο τὸν ἐκ συγγενείας ϛ'. βαθμὸν κωλυθῆναι μόνον, καὶ ὀφείλειν τὸν ζ'. εἶναι ἀκώλυτον, ὡς μηδὲ κωλυθέντα· διέγνω ὁ ῥηθεὶς πατριάρχης μετὰ τῆς τηνικαῦτα παρευρεθείσης συνόδου ταῦτα ῥητῶς· ἐπεὶ οὖν ὁ μὲν Βασίλειος ζ'. βαθμοῦ τῇ Θεοκτίστῃ καθέστηκεν, ὁ δὲ νόμος ἐπιτρέπει τοῖς ὀγδόου βαθμοῦ πρὸς ἀλλήλους οὖσι τὸν γάμον· ἀπαγορεύει δὲ τοῖς ϛ'. τοῖς γε μὴν ζ'. οὐδαμοῦ ᾠκονόμηται τὸν τοιοῦτον γάμον πρὸ μὲν τοῦ προβῆναι, μὴ ἐπιτρέπεσθαι, μετὰ δὲ τὸ προβῆναι μὴ διασπᾶσθαι μὲν, ἐπιτιμίοις δὲ καθυποβάλλεσθαι. ἐκράτει οὖν τὸ τοιοῦτον συνοδικὸν θέσπισμα μέχρι τῆς ἐφημερίας τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου κυρίου Λουκᾶ. τηνικαῦτα δὲ ἤτοι κατὰ τὸν Ἀπρίλλιον μῆνα τῆς ιδ'. ἰνδικτιῶνος τοῦ ϛχοϛ'. ἔτους ἀνενεγκόντος συνοδικῶς τοῦ ἀποιχομένου ἱερωτάτου μητροπολίτου Ἀθηνῶν, καὶ ὑπερτίμου κυρίου Νικολάου τοῦ Ἁγιοθεοδωρήτου μεγάλην ἐντεῦθεν ψυχικὴν βλάβην γίνεσθαι εἴς τινας τῶν ὑπὸ τὴν ἐνορίαν αὐτοῦ κρυφιογάμους ζ'. βαθμοῦ πεποιηκότας, διὰ τὸν φόβον τῶν ἐπιτιμίων, διάγνωσις γέγονε συνοδικὴ ταῦτα διαλαμβάνουσα. διὰ γοῦν ταῦτα ἡ μετριότης ἡμῶν μετὰ τῆς ἱερᾶς ἀδελφότητος τὴν γεγονυῖαν παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου κυρίου Ἀλεξίου συνοδικὴν οἰκονομίαν ἐπὶ τοῖς ῥητῶς ὑπὸ τοῦ πολιτικοῦ νόμου μὴ κωλυθέντι ἐπὶ τῶν ἐξ αἵματος ζ'. βαθμοῦ γάμων, μήτε καθαρῶς ἐπιτραπέντι κρατύνουσα,

καὶ στηρίζουσα, καὶ οἷον ἑρμηνεύουσα, καὶ σαφηνίζουσα, ἅμα δὲ καὶ τὸ τῶν πολλῶν κακοῦργόν τε καὶ περίεργον περικόπτουσα, καὶ οἷον ἐκ ῥίζης αὐτῆς ἀνασπῶσα, ἵνα μὴ καὶ ἔτι παρανομίας ἐξανατείλῃ βλαστήματα, καὶ τέκνα μωμητὰ πληθυνθῇ, καὶ υἱοὶ τῶν θείων νόμων αὐξηθῶσιν, ἀλλότριον τὸν ἐκ τοῦ τοιούτου βαθμοῦ γάμον οὐ μόνον ἐρωτώμενον προβαίνειν κωλύει, ἀλλὰ καὶ πρὸ ἐρωτήσεως γεγενημένον διασπᾶσθαι διακελεύεται, παντελῆ τοῦ τοιούτου γάμου ἀργίαν καταψηφιζομένη ἀπὸ τῆς σήμερον τῶν φθασάντων γενέσθαι τοιούτων γάμων μένειν πάντων ὀφειλόντων ἀδιασπάστων. ὁ γοῦν ἀπὸ τοῦδε οἱ τοιοῦτον γάμον συστῆσαι τολμήσοντες, οὐ μόνον τοῦ οἰκείου σκοποῦ οὐδαμῶς ἀπολαύσουσι, ἀλλὰ καὶ μετὰ τῆς τοῦ τοιούτου συναλλάγματος διασπάσεως, καὶ ἀφορισμῷ καθυποβληθήσονται, ὡς τοῦ παρόντος συνοδικοῦ ὁρισμοῦ καταφρονηταὶ, καὶ ὡς συγγενικὰ συγχέοντες αἵματα, οἵτε τοῖς οὕτω συναλλάττουσι συναινέσοντες αὐστηρείας κανονικῆς πειραθήσονται, καὶ οἱ ἱερολογῆσαι τολμήσοντες καθαιρέσει ὑποβληθήσονται. γέγονε δὲ ἐπὶ τούτοις καὶ πρόσταγμα τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως ἀπολυθὲν κατὰ τὸν Μάϊον μῆνα τῆς αὐτῆς ἰνδικτιῶνος, διοριζόμενον ἐν μέρει ταῦτα. τοιγάρτοι καὶ ἡ βασιλεία ἡμῶν τὴν συνοδικὴν ταύτην ἐπὶ τῷ ζητηθέντι ἀπόκρισιν ἢ τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν ὁροθέτησιν, ὡς ἑπομένως τοῖς θείοις κανόσι, καὶ τοῖς πολιτικοῖς ἐκτεθεῖσαν νόμοις ἐπέκρινε καὶ κρατεῖν εἰς τὸ ἑξῆς, καὶ ἀμετατρέπτως ἔχειν εἰς τὸ διηνεκὲς διορίζεται, τῆς αὐτῆς κοινωνοῦσα γνώμης ἐπὶ τῇ λύσει τοῦ προκειμένου ζητήματος τῷ τε ἁγιωτάτῳ μου δεσπότῃ καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ, καὶ τῇ θείᾳ καὶ ἱερᾷ συνόδῳ. καὶ τὰ μὲν περὶ τοῦ ζ'. γάμου οὕτω διευλυτητώθησαν. ἐπεί τε τοῦ γάμου ἀπὸ ἀγχιστείας ἕκτου βαθμοῦ συνημμένων κωλυομένου ὡς εἴπομεν ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου κυρίου Σισινίου, ἐλάμβανον ὡς ἔοικε δύο πρῶτοι ἐξάδελφοι δύο ἀδελφὰς, ἐξετέθη τόμος παρὰ τοῦ αὐτοῦ πατριάρχου διαλαμβάνων περὶ τὸ τέλος ταῦτα, Ἡ μετριότης ἡμῶν διωρίσατο μηκέτι τοὺς τοιούτους γάμους χώραν ἐν τοῖς Χριστιανοῖς τοῦ λοιποῦ ἔχειν, μηδὲ παρά τινος μηδέποτε καταπραχθῆναι,

& corroborās, & veluti interpretans ac declarans, & simuletiā multorum improbitatē ac curiositatē excīdens, & veluti radicitus euellēs, ne iniquitatis germina ampliùs pullulent, & vituperabiles filij & à diuinis legibus alieni crescant, & multiplicētur, non solum si interrogatio an fieri possit præcesserit, prohibet, sed etiam ante interrogationem factum dissolui iubet: hoc matrimonium ab hodierno die omnino cessare iubēs, iis quę antea facta sunt matrimoniis manentibus nihilo secius indiuulsis. Qui ergo eiusmodi matrimoniū deinceps contrahere ausi fuerint, non solùm suo scopo nullo modo fruentur, sed etiam cum illius cōtractus infractione, excōmunicationi quoque subiicientur: vt qui sint pręsentis Synodalis decreti contemptores, & cognatū sanguinem confundant. & qui contrahentibus consenserint, canonicæ seueritatis vires experiētur, & qui sacrum facere ausi fuerint, depositioni subiiciētur. Facta est autē etiam postea iussio potentis & sancti Imperatoris nostri & Domini emissa mense Maio eiusdem indictionis, qui hæc in eius parte decernit. Nostra itaque imperatoria sublimitas hoc Synodale de quæsito responsum, vel vt verè dicam, decretum, consequenter diuinis canonibus legibúsque ciuilibus editum, in posterum obseruandum & perpetuò immobile ac immutabile esse oportere iudicauit, eandem de proposita quæstione habens sententiam, quam sanctissimus Dominus & vniuersalis Patriarcha, & sancta ac diuina Synodus. Ac de septimo quidem gradu ita est decisa dubitatio. Sed quoniam cùm inter eos qui sexto affinitatis gradu coniuncti erant, prohibitum esset vt diximus matrimonium, tempore illius sanctissimi Patriarchæ domini Sisinnij, & duo patrueles, vt est verisimile, duas sorores acciperent, exposita est decisio ab eodem Patriarcha, quæ hæc tractat circa finem: Statuit nostra mediocritas, vt eiusmodi matrimonia deinceps inter Christianos locum non habeant, neque ab vllo vnquam fiant:

ab omnibus autem communiter introducitur, & per facultatem, quæ à sancto spiritu datur, paternè & dominicè definitur, vt nullus deinceps, siue sit aliquis ex iis qui potestatem & auctoritatem obtinent, siue ex iis quos extollunt diuitiæ, siue ex vulgo quispiam veniat ad eiusmodi matrimoniũ. Si quis autem, iis quæ decreuimus, neglectis, se in eiusmodi matrimonium proiecerit, vel liberos susceperit, is toto vitę suæ tempore abdicabitur, nec ad pœnitentiam priùs recipietur quàm matrimonium fuerit dissolutum, etiam si liberos antea susceperit. Sacerdos autem, qui in tali matrimonio preces conceperit, perfectæ depositioni subiicietur. Cùm hæc ergo ita se haberent, & de eiusmodi contractu exorta esset controuersia, emissa est Nouella constitutio potentis & sancti nostri Imperatoris & Domini, mense Iunio, indictione octaua, quæ hæc in fine persequitur. Itaque vt vtraque rectè seruentur & colantur, Imperialium & sacerdotalium iussionum maiestas, legúmque & canonum subtilitas: nec decisio omnino soluenda est, nec rursus permittendum vt omnino exerceatur: sed media quadam & regia, vt aiunt, via est incedẽdum: & vtrumque est conseruandum, nempe & reuerentia, quæ debetur Antistiti qui illam decisionem conscripsit: & Imperatoribus, qui illius decisionis meminerunt: & videndum ne quid quod à legibus canonibúsque discrepet, suadeatur, quod hæc induxit decisio. Oportet enim contractum ea decisione introductum, iam quidẽ etiam ante interrogationẽ, perfectum non dissolui, sed eos qui sic matrimonio coniuncti sunt, pœnis impositis grauari, iudicio & examinatione illius loci Antistitis, & conseruari coniugium. Quòd si priùs sciscitatum accesserint, non concedere sine conuenientibus pœnis & mandatis, propter eam quæ superiùs dicta est reuerentiam. Nec liberè, ac securè; nulláque ad eos retardandos allata causa, sciscitantibus permittere, sed cum mandato, vel ipsos potiùs ab Ecclesia, dictæ decisionis, & eorum quæ in illa decernuntur, commemorationem accipere.

A εἰσηγεῖται δὲ πᾶσι κοινῶς, καὶ τῇ ἀπὸ τοῦ πνεύματος ἐξουσίᾳ πατρικῶς καὶ δεσποτικῶς διορίζεται, ὥστε μηδένα τῶν ἁπάντων ἀπό γε τοῦ νῦν κἂν τῶν ἐν δυναστείαις ἢ τῆς καὶ ἐξουσίαις, κἂν πλούτῳ κομᾷ, κἂν τῶν πολλῶν καὶ τοῦ δήμου, πρὸς τοιοῦτον γάμον ἐλθεῖν. Εἰ δέ τις ἀπὸ τοῦ παρόντος τὰ διορισάμενα ταῦτα θέμενος παρ' οὐδὲν, πρὸς τοιοῦτον ἑαυτὸν ἐπιρρίψει γάμον, ἢ ἐπιδῷ τέκνα τῆς ἐκκλησίας, οὗτος ἐκκήρυκτος ἔσται πάσας ἡμέρας τοῦ βίου αὐτοῦ, καὶ οὐ πρότερον δεχθήσεται εἰς μετάνοιαν πρὶν ἂν διασπάσῃ τὸν γάμον, κἂν φθάσῃ παῖδας ἀποτε- B κεῖν. ὁ δὲ τῷ τοιούτῳ γάμῳ εὐχὴν ἐπιδοὺς ἱερεὺς καθαιρέσει τελείᾳ ὑποπεσεῖται. τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων, καὶ ἀμφιβολίας γινομένης περὶ τοιούτου συναλλάγματος, παρὰ τῷ βασιλικῷ θείῳ βήματι ἀπελύθη θέσπισμα νεαρὸν τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως κατὰ μῆνα Ἰούνιον ἰνδικτιῶνος η. ταῦτα περὶ τὸ τέλος διεξιόν. ὡς ἂν οὖν καὶ ἀμφότερα καλῶς περιφυλαχθῶσι καὶ σεβασθῶσιν, ἥτε μεγαλειότης τῶν βασιλικῶν καὶ ἀρχιερατικῶν διαταγμά- C των, καὶ ἡ τῶν νόμων καὶ τῶν κανόνων ἀκρίβεια, μήτε παντελῶς δοτέον τῷ τόμῳ τούτῳ τὴν λύσιν, μήτε πάντως ἐπιτρεπτέον αὐτῷ καὶ αὖθις τὸ ἐνεργὸν, ἀλλὰ τὴν μέσην βαδιστέον, ὅ φασι καὶ βασιλικὴν, καὶ ἄμφω συντηρητέον, τό,τε περὶ τὸν τομογράφον ἐκεῖνον ἀρχιερέα σέβας, καὶ τοὺς ἐπιμνησθέντας τοῦ τόμου αὐτοῦ βασιλεῖς, καὶ τὸ μηδένα τοῖς νόμοις ἀπᾷδον καὶ τοῖς κανόσι παρατρέψασθαι, ὅπερ ὁ τοιοῦτος τόμος εἰσήνεγκε. χρὴ γὰρ τὸ ἀπὸ τοῦ τοιούτου τόμου εἰσενεγμένον συνάλλαγμα ἤδη μὲν συντελεσθὲν καὶ πρὸ ἐρωτήσεως μὴ διασπᾶσθαι· ἐπιτιτιμίοις δὲ τοὺς οὕτως εἰς γάμον ἁρ- D μοσθέντας βαρύνεσθαι κατὰ τὴν κρίσιν καὶ δοκιμασίαν τοῦ κατὰ τόπον ἀρχιερέως, ὡς συντηρεῖσθαι τούτοις τὸ συνοικέσιον· φθάσαν δὲ πεσεῖν εἰς ἐρώτησιν μὴ ἐνδίδοσθαι χωρὶς τῶν ἀνηκόντων ἐπιτιμίων καὶ ἐντολῶν· διὰ σέβας ἄνωθεν εἴρηται μηδὲ ἀδεῶς καὶ ἀνυπόλως καὶ ἐναντίως τοῖς ἐρωτήσασιν ἐπιτρέπεσθαι, ἀλλὰ μετὰ ἐντολῆς, μᾶλλον δὲ καὶ ἀνάμνησιν τοῦ ῥηθέντος τόμου παρὰ τῆς ἐκκλησίας λαμβάνειν αὐτοὺς, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ διαπλομένων.

καὶ εἰ μὲν τὸ θέσπισμα τιμᾶν προαιρούμενοι, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ διειλημμένα φυλάττειν ἀπαρασάλευτα βούλοιντο, ἐπαινετέοι πάντως εἰσίν. εἰ δὲ τὸ παρ' αὐτοῦ κεκωλυμένον διαπράττεσθαι προαιροῖντο, ἐκχωρηθήσονται μὲν τοῦτο ποιεῖν, πλὴν ὅμως τοῖς προσήκουσιν ἐπιτιμίοις καθυπαγόμενοι. Ταῦτα τοῦ τόμου τοῦ πατριάρχου κυρίου Σισινίου, πρὸς δὲ καὶ τοῦ βασιλικοῦ προστάγματος διοριζομένων, μὴ εἴπῃς πάντα τὰ ἐξ ἀγχιστείας ἕκτου βαθμοῦ γαμικὰ συναλλάγματα ὑπὸ τούτων ἁλίσκεσθαι· πρόσταγμα γάρ ἐστι τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυρίου Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, ἐξενεχθὲν ἐπὶ ὑπομνήσει τοῦ προέδρου ἐκείνου Βάρδα καὶ ἑταιρειάρχου τοῦ Ξηροῦ, κατὰ μῆνα Μάρτιον, ἰνδικτιῶνος ιε. καταπεμφθὲν εἰς τὸν τότε ἁγιώτατον πατριάρχην κύριον Νικόλαον, καὶ τὴν ἱερὰν καὶ θείαν σύνοδον, διοριζόμενον ἀκωλύτως συνάπτεσθαι θεῖον καὶ ἀνεψιὸν θείᾳ καὶ ἀνεψιᾷ, κἂν ἕκτου βαθμοῦ συγγένειαν ἐξ ἀγχιστείας ἔχωσι. καὶ ἀνάγνωθι τὸ τοιοῦτον πρόσταγμα καταστρωθὲν εἰς σημείωμα συνοδικὸν εὑρισκόμενον εἰς τὰ κωδίκια τοῦ διαληφθέντος πατριάρχου κυρίου Νικολάου. ὅτι δὲ λόγος γέγονέ ποτε παρὰ τῷ βασιλικῷ βήματι περὶ τοῦ εἰ δύναται ὁ αὐτὸς καὶ εἰς δύο δευτέρας ἐξαδέλφας λαμβάνειν κατὰ λόγον γάμου, ὡς δῆθεν εἰς ζ'. ἐξ ἀγχιστείας βαθμὸν ἀγομένου τοῦ συναλλάγματος, ἀπελύθη πρόσταγμα τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως, μὴ γίνεσθαί ποτε τοῦτο διοριζόμενον, διὰ τὸ ἑνὸς βαθμοῦ λογίζεσθαι τὸν ἄνδρα μετὰ τῆς γυναικός, καὶ καταντᾶν τὸ συνάλλαγμα εἰς ἕκτον βαθμὸν ἐξ ἀγχιστείας. ἐπεὶ δὲ τὸ τοιοῦτον πρόσταγμα οὐκ ἔφθασε καταστρωθῆναι εἰς τὰ πρόσφορα σέκρετα· ἐγὼ μὲν οὐκ ἔχω τί γράψαι πλέον. ἡ δὲ ἐκκλησία κωλύει τὸν τοιοῦτον γάμον. ἀνάγνωθι καὶ τὸν ξζ'. κανόνα τοῦ ἁγίου Βασιλείου, καὶ τὰ εἰς τὴν ἑρμηνείαν αὐτοῦ γραφέντα. ἐπὶ τούτοις γίνωσκε ὅτι πρὸ μὲν τῆς βασιλείας τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυρίου Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ ἄλλως ἐγίνοντο αἱ μνηστεῖαι. κατὰ δὲ τὸν Ἰούλιον μῆνα τῆς ζ'. ἰνδικτιῶνος τοῦ ςφςβ'. ἔτους ἀπελύθη νεαρὰ νομοθεσία τοῦ αὐτοῦ βασιλέως οὕτως ἔχουσα, ἡ μὲν παλαιὰ καὶ πρεσβυτέρα νομοθεσία πόρρω τὰ μνηστείας καὶ γάμου ὁρίσματα ἔθετο, καὶ μᾶλλον τούτων τὸ μέρος ἢ περ τὰ Φρυγῶν καὶ Μυσῶν ἡ παροιμία ἐγνώρισε. ἡ δὲ ἐπὶ τοῦ μακαρίτου πατριάρχου κυροῦ Ἰωάννου

& si decretum quidem honorare volentes, quæ etiam in eo comprehensa sunt, velint firma & immota manere, sunt omnino laudandi: sin autem quod ab eo vetitum est, velint agere, hoc eis facere permittetur, cõuenientibus tamen eis priùs pœnis impositis. Cùm sanctissimi Patriarchæ Sisinnij decisio & Imperatoria præterea iussio hæc decernant, ne dixeris, omnes contractus, qui fiunt in septimo gradu affinitatis, ab eis coargui. Est enim iussio inclyti Imperatoris Domini Alexij Comneni edita ex admonitione illius Præsidis & Hetæriarchæ Bardæ cognomine Sicci, mense Martio, indictione decimaquinta, & missa ad sanctissimũ, qui tunc erat, Patriarcham Dominum Nicolaum, & sacram ac diuinam Synodum, quæ statuit vt amita & consobrina cum Patruo & consobrino matrimonio coniungantur, etiamsi sint in sexto gradu affinitatis. Et lege hanc iussionem, quæ sita est in Synodali declaratione, quæ inuenitur in Cod. iam dicti Domini Nicolai Patriarchæ. Quia autem aliquando ad Imperatoris tribunal agitatum est, an posset vnus & idem duas abconsobrinas in matrimonio habere, vt pote cùm contractus ad septimum affinitatis gradum deducatur, edita est Imperatoris Domini Emanuelis Comneni iussio, quæ statuit hoc non posse fieri, quoniã maritus censeatur vnius esse gradus cũ vxore, & quòd contractus ad sextum affinitatis gradũ deueniat. Sed quoniam hæc iussio non sita est in competentibus secretis, ego quidem non possum amplius scribere. Ecclesia autem prohibet hoc matrimonium. Lege etiam lxvij. can. sancti Basilij, & quæ in eo scripta sunt. Præter hæc autem scias, quòd ante imperium inclyti Imperatoris Domini Alexij Comneni aliter fiebant sponsalia. Mense autem Iulio vij. indict. anno 6692. emissa est lex eiusdem Imperatoris, quæ sic habet: Antiquæ quidẽ leges valde diuersa sponsaliorum & matrimoniorum decreta statuerunt: & magis hanc partem quã Phrygas & Mysos, vt est in prouerbio, nouerunt. Quæ autem sub beato Patriarcha Domino Ioanne

Xiphilino per Synodalẽ considerationẽ peracta edita est declaratio, cui etiã inter Imperatores vel in primis illustris D. Niceph. Botaniates bulla aurea robur dedisse inuenitur, ea quę à se lõgè inuicem seiuncta fuerãt in vnũ coniunxisse videtur, & quod in matrimoniis Synodalis statuit decisio, idipsum etiã in spõsalibus apertè decernit, à duobus fratribus duas cõsobrinas nõ permittens desponderi. Et permulti quidem rem non consideratam aggredientes, & Synodalis constitutionis mentem assequi non valentes, aberrant, nec cõiicere possunt quidnam sint sponsalia: & cùm quàm sit res securior perspicere non possint, etiam quod à sua intelligentia considerari non potest, ecclesiasticæ subtilitati adscribunt: nostri quidem Imperij pietas rem paulo magis ex scientia adgrediens, & eam quæ videtur repugnantiam rectè distinguens ac diiudicans, per præsentem cõstitutionem optimum decretum inuenit. Quoniam enim lex antiqua sponsalia in sola cõtrahentium volũtate definit, nec de alio quàm de cõsensu, & contractibus & spõsis curiosè inquirit: nobis autẽ Dei gratia ad multo honoratius & sacratius incrementum vita nostra processit: & ideo non solùm nuptiæ, sed etiã ipsa spõsalia, habent sacrã quæ in eis peragitur benedictionem: tẽpus quoq; præfinitum per recentius decretũ sapientiss. Imp. Domini Leonis, in prima eorũ qui cõuenerunt, cõiunctione expositum est: scilicet in masculis quidem xv. ætatis annus: in fœminis autẽ tertius-decimus: quod quidem tempus etiam ad perfectam matrimonij cõiunctionẽ satis esse lex vetus declarauit, Existimauit nostra potestas per hanc esse constitutionẽ tutò pronũciandum, illa esse propriè spõsalia, & ex synodalis subtilitatis cõsideratione nuptiis æquiualere, quæ habent integrum tempus, quod Imperatoris Domini Alexij nouella cõstituit, & sacrã benedictionem consequentem agnouerunt: & in illis, Synodalis decisionis valere obseruationem. Si enim alteram fortè earum quæ conueniunt partium, morte vel aliquo alio euentu, vel mutata sententia separari contigerit,

τοῦ Ξιφιλίνου συνοδικῇ διασκέψει συντελεσθεῖσα σημείωσις, ἣ καὶ ὁ ἐν βασιλεῦσιν ἀοίδιμος κύριος Νικηφόρος ὁ Βοτανειάτης διὰ χρυσοβούλλου γραφῆς τὸ κῦρος εὑρίσκεται χαρισάμενος, τὰ διεστῶτα χωρὶς ἀλλήλων εἰς ἓν συνάπτουσα φαίνεται. κἀντεῦθεν ὅπερ ἐπὶ τῶν γάμων ὁ συνοδικὸς ἐθέσπισε τόμος, τοῦτο ἐπὶ τῆς μνηστείας διαῤῥήδην αὐτὴ ἀποφαίνεται, δύο ἀδελφοῖς ἐξαδέλφας δύο μὴ ἐφεῖσθαι μνηστεύεσθαι. καὶ ὁ μὲν πολὺς ἄνθρωπος ἀνεξετάστως τῷ πράγματι ἐπιβάλλων, καὶ βάθει ὅλως μὴ ἐξικνούμενος εἰς τὸν νοῦν τῆς συνοδικῆς διαγνώσεως, ἀσυλλογίστως ἐπλάζετο, ὅ,τι ποτὲ μνηστεία ἐστὶ, καὶ ὅπως ἔχει τὸ ἀσφαλὲς μᾶλλον ἀκριβοῦν μὴ δυνάμενος, καί που τάχα τὸ τῆς ἰδίας ἀνεπίσκεπτον διανοίας κατὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐπιγράφεται ἀκριβείας. ἡ δὲ τῆς ἡμετέρας βασιλείας εὐσέβεια ἐπιστατικώτερον ἐπιβάλλουσα τῇ διασκέψει, καὶ τὴν ἐναντιοφανείᾳ καλῶς διαιτήσασα, ἀρίστην τὴν συμφωνίαν διὰ τῆς παρούσης νομοθεσίας ἐξεύρηκεν. ἐπειδὴ γὰρ ὁ παλαιὸς νόμος τὴν μνηστείαν ἐν μόνῃ τῇ τῶν συναλλαττόντων ὁρίζει βουλήσει, καὶ πλέον οὐδὲν συναινέσεως, καὶ συμβολαίου, καὶ μνήστρων, περιεργάζεται· ἡμῖν δὲ χάριτι θεοῦ πρὸς κοσμιωτέραν πολλῷ καὶ ἱερωτέραν ἐπίδοσιν τὰ τοῦ βίου προεληλύθασι πράγματα, κἀντεῦθεν οὐκ ὁ γάμος μόνον ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ μνηστεία ἱερὰν εὐλογίαν ἐπιτελουμένην ἔχει περὶ ἑαυτῇ, καὶ ὁ καιρὸς ὡρισμένος διὰ νεαρωτέρου θεσπίσματος τοῦ φιλοσοφωτάτου βασιλέως κυροῦ Λέοντος ἐπὶ τῇ πρώτῃ τῶν συμβαινόντων συναρμογῇ ἐξετέθη· ἤγουν ἐπὶ μὲν ἀρρένων, ὁ πέντε καὶ δέκατος τῆς ἡλικίας ἐνιαυτὸς, ἐπὶ δὲ θηλειῶν ὁ τρισκαιδέκατος, ὃν δήπου χρόνον καὶ πρὸς γαμικὴν συναυλίαν τελείαν ἀποχρώντως ἔχειν ὁ παλαιὸς νόμος ἐπέσκεψε δεῖν, ἔγνω διὰ τοῦ παρόντος θεσπίσματος τὸ ἡμέτερον κράτος, ἀσφαλῶς ἀποφήνασθαι ἐκείνας εἶναι κυρίως μνηστείας καὶ ἰσοδυναμούσας τῷ γάμῳ κατὰ τὴν τῆς συνοδικῆς ἀκριβείας διάσκεψιν, ὅσαι καὶ τὸν χρόνον ὃν ἡ βασιλέως κυρίου Λέοντος θεσμοθεσία ὥρισε, ἀκέραιον ἔχουσι καθ' ἑαυτὰς, καὶ τὴν ἱερὰν εὐλογίαν ἐπακολουθοῦσαν ἐγνώρισαν, καὶ ἐπ' ἐκείνων τὴν τοῦ συνοδικοῦ τόμου κρατεῖν ὀφείλειν παρατήρησιν. Εἰ γὰρ καὶ θάτερον ἴσως τῶν συμβαλόντων μερῶν θανάτῳ ἢ περιστάσει τύχης ἑτέρᾳ ἢ γνώμης μεταβολῇ ἀποδιαστῆναι συμβαίη,

καὶ πρὸς ἑτέρου βίου συγκλήρωσιν μετατάξασθαι, οὐκ ὀλίγον ἐντεῦθεν τὸ ἄτοπον ἐπισύρεται, τὰς προεξοδίους τῶν γάμων εὐχὰς ἐπὶ μνηστεία συντελεσθείσας, ὥς τι τῶν εἰκαίων καὶ συμφερομένων λογίσασθαι, καὶ διαφόρως ἐκλαβέσθαι τόδε τὸ πρᾶγμα, ὥσπερ ἂν εἰ μὴ θεὸς μέσος τῶν συναπτομένων προσώπων διὰ τῆς μνηστείας, εἰσήγετο. τούτῳ γὰρ καὶ ὁ προμνημονευθεὶς ἀοίδιμος βασιλεὺς εὐεπηβόλως ἀνακολουθήσας, τὸν τῆς ἁγίας καὶ καθολικῆς ϛ΄ συνόδου κανόνα, ὃς τὴν μνηστευσαμένην ἔτι τοῦ μνηστῆρος ἐν ἀνθρώποις ὄντος πρὸς γαμικὴν ὁμιλίαν ἑτέρῳ συνέρχεσθαι ἀπεκώλυσε, μοιχείαν τὸ πρᾶγμα διορισαμένης σαφῶς πρὸς τὴν ἐμφαινομένην τοῦ παλαιγενοῦς ἐναντίωσιν νόμου, καλῶς συνεβίβασεν ὅτι καὶ ἡ μετὰ τὴν τοῖς μνηστῆρσι γινομένην εὐλογίαν διάστασις, τοῦτ᾽ ἔστι κατὰ τὴν ἐκείνου φωνὴν μνηστείας ἀληθοῦς λύσις. Εἰ δὲ μνηστεῖαί τινες κατὰ τὴν τῶν πολλῶν συνήθειαν ἀκολούθως ἤδη γεγόνασι, καὶ συμβόλαια μὲν ἐξετέθησαν, οὔπω δὲ ὁ πακτὸς ἐπέστη καιρὸς καθ᾽ ὃν ἡ τοῖς Χριστιανοῖς ὀφειλομένη εὐλογία εἴωθε γίνεσθαι, καὶ οὐδὲ αἱ συνήθεις ἐπὶ τοῖς μνηστευσαμένοις εὐχαὶ διὰ τοῦ ἱερέως ἐξεφωνήθησαν, ταύτας μνηστείας μὲν ἀληθεῖς, ὅσον κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἀκριβολογίαν, μηδὲ εἶναι, μηδὲ ὀνομάζεσθαι, μήτε μὲν τὴν συνοδικὴν σημείωσιν κατὰ τούτων ἔχειν τὸ ἐνεργὸν, ὡς ἁπλῶς δὲ ἀρεσκείας ἀνθρώπων δι᾽ ἐπερωτήσεως κατησφαλισμένας τὸ ἐνεργὸν ἀποφέρεσθαι, καὶ τὴν παλαιὰν ἔχειν νομοθεσίαν ἐπὶ τούτων τὸ πάγιον. τούτῳ γὰρ τῷ τρόπῳ καὶ ὁ πρεσβυγενὴς φυλαχθήσεται νόμος ἀκέραιος, ὡς ἐπὶ τῶν μνηστειῶν τὸ πρότερον ἐξεφωνήθη. καὶ ἡ τῆς συνόδου διάγνωσις ἀθιγὴς καθόλου καὶ ἀνεπιχείρητος συντηρηθήσεται, νοουμένη καὶ ἑρμηνευομένη κατὰ τὴν ἐνταῦθα παρατήρησιν. ἐπεὶ δὲ οὕτω ταῦτα, καὶ μνηστεῖαι μὲν ἀληθεῖς ἐτυπώθησαν, ὅσαι μετὰ τῆς ἱερᾶς εὐλογίας κατὰ τὸν ὡρισμένον καιρὸν συντελεσθεῖσαι γνωρίζονται· αἱ δὲ κατὰ τὴν πρεσβυτέραν νομοθεσίαν γινόμεναι, ὡς ἀνθρώπων ἀρέσκειαι κατησφαλισμέναι δι᾽ ἐπερωτήσεων τὸ ἐνεργὸν ἔχειν ἀφείθησαν, καὶ μόνος ὁ παλαιγενὴς ἐπὶ τούτων ἀφείθη νόμος κρατεῖν, ὃς ὡρισμένα τὰ κεκωλυμένα ἐπὶ τῆς ἀποζυγείσης μνηστῆς εἰσέρχεσθαι πρόσωπα διετάξατο, δεῖ τι προστεθῆναι καὶ νῦν τῷ παρόντι θέματι, τῆς Χριστιανοῖς πρεπούσης εὐκοσμίας ἐχόμενον. ἐπεὶ γὰρ οὐδὲν κατὰ τὸν ἀκριβῆ καὶ προσήκοντα λόγον τὰ τῆς παλαιᾶς τε καὶ νέας νομοθεσίας ἐπράττετο.

A & ad aliam vitæ sortem transferri, non parum hinc absurdi exoritur, si preces, quæ nuptias præcedunt, peractæ, in sponsalibus, tanquam vile quidpiam, & vulgare confusúmque reputentur, & hæc res indiscriminatim sumatur, tanquam si ne Deus quidem inter personas quæ coniunguntur per sponsalia, intercesserit. Hac enim ratione prædictus noster Imperator aptè secutus sanctę & vniuersalis sextæ Synodi canonem, qui eam quæ desponsa est, donec est in viuis sponsus, ad matrimonialem societatem alij coniungi prohibet, & alioqui esse adulterium apertè definit contra ac leges antiquæ statuant, decernit quòd quæ fit separatio post factam sponsis benedictionem, ea est, illius sententia, verorum spōsalium solutio. Sin autem sponsalia aliqua conuenienter multorum consuetudini facta sint, & editi quidem sint contractus: nondum autem venit tēpus in quo quæ debetur Christianis benedictio, fieri cōsueuit, & nec preces, quæ in iis qui sponsalia contrahūt, per sacerdotē prolatę sunt, ea vera quidē sponsalia, quod ad ecclesiasticam subtilitatē attinet, nec esse, C nec nominari: neque Synodalem declarationem in eis locū habere: sed hominum tamē placita stipulationibus firmata rata esse, & veteres leges suam in eis firmitatē obtinere. Hoc enim modo & lex antiqua integra seruabitur, quę de sponsalibus priùs est edita: & Synodi decretū intactum inuiolatúmque remanebit, vt quod cōuenienter huic obseruationi intelligatur & interpretetur. Quoniā autem hæc ita se habent, & vera quidē esse spōsalia statutum est, quæ cū sa-D cra benedictione pręstituto etiā tempore peracta esse noscūtur: quæ autem ex antiquis fiunt legibus, vt hominū placita stipulationibus munita, ea in vsu esse permissum est, & solam in eis veterem legē seruari, quę certas prohibitas personas ad separatam sponsam non accedere debere sanxerunt: oportet etiam huic decreto aliquid addere, quod non est à Christiana honestate alienū. Quoniam enim antiqua lex & noua non ex accurata perfectáque ratione seruatur:

sed maxima quidem pars populi, sequens antiquã legum autoritatem, post septennium audacter sponsalia peragebat, & ad sponsas vnusquisque sine metu ingrediebatur, antiquo more, & libertate congressus, amoris etiam ardorem accendentes. Pars autem sacratior sequens nouellam Imperatoris constitutionẽ, ponebat quidem differentiam inter sponsalia & matrimonium, eas quæ fiunt primum in sponsalibus, & ita eas quæ in nuptiis preces cantans: sed eadem vno & eodem tempore faciebant, sponsaliáque ac matrimonium in vno spacio peragebantur, breui tantùm aliquo intercedente momento: Hoc nostra pietas, vtpote quod nimis temere fiebat, corrigens, statuit per præsentem generalem constitutionem, ea, quæ in septimo anno contrahentium, & deinceps vsque ad xiiij. vel xij. annum ætatis sub forma sponsalium fiunt, non habere omnino locum legitimorum & firmorum sponsalium, sed tanquam firmas solùm stipulationes haberi & iudicari ex natura aliorum contractuum, & ita hæc apud omnes nostros subiectos exerceri, antiqua lege, quæ de sponsalibus est edita, de prohibitis scilicet personis ad sponsam separatam accedere, perfectè obseruanda, vt quæ in Christianis esse debet honestas, magis abundet. Etsi enim non sint sponsalia, si subtiliter considerentur: sed quia tamen id quod fit, habere sponsalium scopum videtur, & fundamenta matrimonij ex eo iaci incipiunt, æquum fuerit etiam personas lege prohibitas rursus quoque prohiberi: nullúmque tam impudenter & iuueniliter se gerere vt eam audeat vxorem accipere, quam antiqua lex, cùm esset sponsa alicuius, non permisit alij nubere solutis sponsalibus. Aduentante quidem tempore, quod simul ad sponsalia & matrimonium aptum esse noscimus, scilicet fœmina quidem xij. annum prætereunte, masculo autem xiiij. transcendente, tunc sponsalia primum cum sacris precum canticis peragi, & ei consuetis obseruationibus, scilicet arrha, & osculo spõsis cõsueto, & ita breuiori

A ἀλλ' ὁ μὲν πολὺς ὄχλος τῆς πρεσβυτέρας τῶν νόμων αὐθεντείας ἐχόμενος μετὰ τὸν ἑπταετῆ χρόνον τελεσιουργῶν τὰς μνηστείας ἀνυποστόλως ἐτύγχανε, καὶ ἀδεῶς ἐπὶ τὰς μνηστευομένας εἰσήρχοντο ἕκαστος τῇ συνεχεῖ συνηθείᾳ καὶ τῇ ἐλευθερίᾳ τῆς εἰς ὁμιλίαν συνόδου, τὸ τοῦ ἔρωτος φλεγμαῖνον προσανακαίοντες. ἡ δὲ ἱερωτέρα μερὶς τῆς νεαρᾶς τοῦ βασιλέως ἀκολουθοῦσα διαταγῇ, διαστολὴν μὲν μνηστείας καὶ γάμου ἐτίθετο, τὰς ἐπὶ τοῖς μνήστροις εὐχὰς πρῶτον, καὶ οὕτω τὰς ἐπὶ τῷ γάμῳ τοῖς συναπτομένοις ἐπᾴδουσα, ταῦτα δὲ ἡνωμένως ἅμα καὶ κατὰ ταυτὸν ἐτελεῖτο, καὶ μνηστεία καὶ B γάμος ἐνὶ διαστήματι κατεπράττετο, ἀκαριαίου τινὸς ἐν τῷ μεταξὺ συνεμπίπτοντος, διορθουμένη τοῦτο ὡς ἀβασανίστως γινόμενον, ἡ ἡμετέρα εὐσέβεια θεσπίζει διὰ τοῦ παρόντος γενικοῦ διατάγματος, τὰ μὲν κατὰ τὸν ἑπταετῆ τῶν συμβαλλόντων χρόνον, καὶ εἰς τὸν ἑξῆς ἄχρι τοῦ ιδ'. ἢ ιβ'. τῆς ἡλικίας ἐνιαυτοῦ γινόμενα ὡς ἐν τύπῳ μνηστείας συμβόλαια, μὴ τάξιν ὅλως μνηστείας ἐννόμου καὶ ἀσφαλοῦς ἀποφέρεσθαι, ἀλλ' ὡς ἐπερωτήσεις μόνον ἐσφαλισμένας κρίνεσθαί τε καὶ ἐνεργεῖν κατὰ τὴν φύσιν τῶν ἄλλων συναλλαγμάτων, καὶ οὕτως C αὐτὰ παρὰ πᾶσι τοῖς ὑφ' ἡμᾶς πολιτεύεσθαι, τοῦ παλαιοῦ νόμου, ὡς ἐπὶ τῶν μνηστειῶν ἐξεφωνήθη τὸ ἐνεργὸν εἰς τὰ κεκωλυμένα ἐπὶ τὴν ἀποζευχθεῖσαν μνηστὴν εἰσέρχεσθαι πρόσωπα, ἔχειν ὀφείλοντος τέλειον διὰ τὸ περιούσιον τῆς παρὰ Χριστιανοῖς πρεπούσης ἐμπολιτεύεσθαι καταστάσεως· εἰ γὰρ καὶ μὴ μνηστεία ἐστὶ κατὰ τὸ ἀκριβὲς ἐντελὴς τὸ γινόμενον ἀλλ' ὅτι σκοπὸν ἔχειν μνηστείας δοκεῖ τὸ πραττόμενον, καὶ θεμέλιον γάμου προκαταβάλλεσθαι ἄρχεται), πολὺ ἂν εἴη εὔλογον τὰ κεκωλυμένα τῷ νόμῳ πρόσωπα, καὶ αὖθις ἔχειν τὰ κώλυμα, καὶ μηδένα θαρρεῖν νεανιεύεσθαι ἀναιδῶς ὡς εἰς D γυναῖκα λαμβάνειν ἀποτολμᾶν ἣν ὁ παλαιὸς νόμος μνηστὴν τινος γινομένην οὐκ ἀφῆκεν ἑτέρῳ λυομένων τῶν μνηστειῶν κατὰ γάμον συνέρχεσθαι. ἱκνουμένου μέντοι τοῦ χρόνου ὃν εἰς μνηστείαν ἅμα καὶ γάμον ἁρμόδιον εἶναι γνωρίζομεν, ἤγουν τῆς μὲν θηλείας δωδεκαετῆ χρόνον διατρεχούσης, τοῦ ἄρρενος δὲ τὸν τεσσαρεσκαιδέκατον ὑπερβαίνοντος, τηνικαῦτα τὴν μνηστείαν πρώτως μετὰ τῆς ἱερᾶς τῶν εὐχῶν ἐπῳδῆς ἐκτελεῖσθαι, καὶ τῶν συνήθων ταύτῃ παρατηρήσεων, ἤγουν τοῦ ἀρραβῶνος καὶ τοῦ φιλίου τοῖς μνηστῆρσι φιλήματος, καὶ οὕτω βραχέως

ἢ πλείονος

ἢ πλείονος καιροῦ διαλείποντος, καθὼς ἂν δόξῃ τοῖς συναλλάττουσιν, ἀπαραιτήτως καὶ τὸν ἔννομον γάμον προβαίνειν, καὶ μὴ κατὰ ταυτὸν συμβαίνειν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ πολλάκις καὶ ὥρᾳ πραγμάτων διῃρημένων ἐκ πλείονος ἀποτέλεσμα. οὕτω γὰρ τῆς ἀκολουθίας προβαινούσης ἐν γάμοις, ὅ,τε ὁ παλαιὸς νόμος φυλαχθήσεται, ὃς κεκωλυμένων προσώπων ἀπαρίθμησιν ἐποιήσατο, μὴ ἐφιεὶς ταῦτα εἰς τὴν ἀποζευχθεῖσαν μνηστὴν τοῦ ἐγγίζοντος προσώπου εἰσέρχεσθαι· καὶ τὸ νεαρὸν τοῦ φιλοσοφωτάτου διατ. κοσμίως ἐν ἅπασι δόξει κρατοῦν καὶ πολιτευόμενον, καὶ τὰ συμβάλλοντα πρόσωπα τῶν ἀώρων ἀπρεπῶν κωλυόμενα συνελεύσεων ἀγνεύουσαν, ποιήσονται τὴν ἀναστροφὴν ἐν εὐθέτῳ καιρῷ μεθ' ἱερᾶς ἐπικλήσεως εἰς ἄλληλα συνερχόμενα· ὁπηνίκα δεῖ μνηστείαν καὶ γάμον αὐτοῖς καταρτίζεσθαι. καὶ εἴ τις παρὰ τὰ διηγορευμένα τῇ παρούσῃ τοῦ κράτους ἡμῶν διατ. μνηστείας τολμήσει διαπράξασθαι, καὶ μὴ ταύταις γενικῶς κατὰ πάντων ἐκφωνηθείσαις, καὶ εἰς τὸ ἑξῆς ὀφειλούσαις κρατεῖν φανείη ἑπόμενος, ἀπ' αὐτῆς τῆς α'. ἡμέρας τοῦ εἰσιέναι μέλλοντος Ἰουλίου μηνὸς τῆς ἐνεστώσης ζ'. ἐπινεμήσεως τοῦ ϛφϛβ'. ἔτους καὶ ἀρραβῶνας πρὸ τοῦ νενομισμένου καιροῦ, καὶ τῆς ἱερᾶς εὐλογίας τολμήσει διαπράξασθαι, ἢ καὶ εἰς θέαν ἀλλήλοις ἐφήσει τὰ συναλλάσσοντα συνέρχεσθαι πρόσωπα, καὶ ἀδιαφορίαν ἔχειν ἐν αὐτοῖς, ὁ μὲν συμβολαιογράφος, ὁ δὲ ἀρραβωνικὸν συμβόλαιον ἐκτιθέμενος, τῆς ἰδίας στατίωνος μετακινηθήσεται, οἱ δὲ τὴν μνηστείαν πρὸ ὥρας κατεργαζόμενοι, ἀνθρωπίνῳ καὶ θείῳ ἴστωσαν ἑαυτοὺς ἐνοχοποιοῦντας μηνίματι. τὸ μὲν δημόσιον, διὰ τοῦ σεκρέτου τῶν οἰκειακῶν τὸ τοῖς συμβολαίοις ἐγκείμενον ἐξ ἐπερωτήσεως πρόστιμον ἐφ' ἑκάστῳ αὐτῶν εἰσπράξεται καθ' ὁλόκληρον διὰ τὴν τοῦ παρόντος διατ. παραφρόνησιν. πιστεύομεν δὲ καὶ αὐτὸν τὸν θεὸν κατὰ τούτων διαναστήσεσθαι, ὅτι πονηρίαν κατὰ προαίρεσιν ἄντικρυς ἐπὶ μέσον τῶν νέων εἰσαγαγεῖν οὐκ ἐνάρκησαν. Εἰ μὲν γὰρ ὁ παλαιὸς νόμος οὐ κατήργηται, καὶ μνηστείας τελείας οὐ δύναται καταπράξασθαι, τὰ δὲ τῆς νεωτέρας νομοθεσίας εἰς ἔργον ἐξαγαγεῖν οἱ συναλλάσσοντες ἀπαναίνονται, τί ἄλλο ποιοῦσιν ἢ ἀνθρώποις οὐδὲν ἀλλήλοις κατὰ νόμους προσήκοντας ἑαυτοῖς συγχωροῦσι παρὰ τὸν νόμον συμφθείρεσθαι;

A vel longiori interiecto tempore, vt contrahentibus visum fuerit, inexcusabiliter legitimas quoque nuptias procedere: & non eodem simul die, vel etiam hora sæpe vna fieri, rebus ampliùs diuisis. Hac enim procedente in matrimoniis consequentia, & lex antiqua seruabitur, quæ prohibitas personas enumerauit, non permittens eas accedere ad separatam sponsam propinquæ personæ: & nouella Maximi Philosophi constitutio rectè in omnibus B seruari, & esse in vsu videbitur: & personæ, quæ conueniunt, ab immaturis & indecoris congressionibus prohibitæ, puram & castam conuersationem agent, tempore opportuno cum sacra benedictione simul congredientes, quando sponsalia & matrimonium ab eis peragi oportuerit. Et si quis præter ea quę statuta sunt à præsenti nostræ potentiæ constitutione, ausus fuerit sponsalia peragere, & non hæc generaliter & in omnes edita, & in C posterum seruanda, sequi visus sit, ab ipso primo die Iulij mensis ingressuri instantis septimæ indictionis 6592. & arrhas ante tempus præstitutum, & sacram benedictionem exigere ausus fuerit, vel contrahentes personas ad se videndum ingredi permiserit, & inter se inuicem indiscriminatim versari, scriptor quidem contractus, qui arrhæ contractũ exposuit, propria statione mouebitur. Qui autem spõsalia ante tempus peragunt, se humanæ & diuinæ D iræ obnoxios esse sciant. Fiscus enim per secretum domesticorum, pœnam, quæ ex stipulatione in contractu inserta est, in vnoquoque ipsorum in solidum exiget, propter præsentis constitutionis contemptum. Credimus autem etiam ipsum Deũ aduersus eos insurrecturum, quòd prudentes ac scientes nequitiam inter adolescentes nõ veriti sint introducere. Si enim lex quidem antiqua cessauit, nec perfecta potuit sponsalia contrahere, iis autem quæ recèns constituta sunt, qui contrahunt, vti recusant, quid aliud agunt quàm quòd homines, qui nihil legibus ad se inuicem attinent, permittunt inter se matrimonio coniungi?

petulantes amores adolescentum animis per impiam conuersationem immittentes. Similiter emissa est etiam alia eiusdem Imperatoris super eadem lege constitutio, quæ sic habet: Scimus nos mense Iulio septimæ indictionis anni 6592. de matrimonio & sponsalibus statuisse ea quæ in constitutione & relatione comprehensa sunt, & nihil eorum moueri sustinemus, sed inuiolabilia & immutabilia semper manere volumus: & contrahi quidem sponsalia & matrimonium vt diximus, tempúsque minimè innouatum seruari: & eorum qui coniunguntur, illum quidem esse maiorem xiiij. annis, hanc verò xij. Quia autem nihil tunc statutum est, an quæ sic contrahuntur sponsalia, per pœnæ solutionem soluantur, an omnino indissolubilia permaneant, & propterea ipse nos interrogasti, statuimus, ea sponsalia, quæ sunt propriè sponsalia, immobilia omnino & indissolubilia permanere, vt pote Deo in medium introducto, & per precum mysterium coniunctionem confirmante, nec ea vnquam pœnæ datione solui, quæ nec etiam in contractibus in posterum inscribentur: quoniam sponsalia non ex ipsis, sed per Dei inuocationem confirmantur, quæ etiam indissolubilia omnino manebunt, vt quæ propter eas solas causas soluantur propter quas & matrimonium, quibus ea æquiualere constitutum est. Ac etiam personæ quoque cognatæ, prohibitæ nuptias vel sponsalia contrahere, itidem prohibebuntur, & præter ea quæ hac constitutione decreta sunt, nihil fiet ab aliquo, nisi forte Imperator, dispensatiua aliqua ratione, sponsalia, & præeunte sacra benedictione, intra annos præstitutos permiserit. Licet enim Imperatoribus supra leges dispensare, vt dixit sapiens Imperator, & etiam leges antiquæ. Quin & ipsi tempus contrahentes, non etiam naturalem congressionem permittent, donec eorum qui coniunguntur, alter quidem annum xiiij. altera verò xij.

ἔρωτας ἀσελγεῖς ταῖς τῶν νέων ψυχαῖς διὰ τῆς ἀθέσμου κατεργαζόμενοι συναναστροφῆς. ὡσαύτως ἀπελύθη καὶ ἑτέρα πρόσταξις τοῦ αὐτοῦ βασιλέως χάριν τῆς αὐτῆς νομοθεσίας, οὕτω δυνάμεως ἔχουσα, Ἴσμεν κατὰ τὸν Ἰούλιον μῆνα τῆς ε. ἰνδικτιῶνος τοῦ ςφϟβ΄. ἔτους νομοθετήσαντες περὶ γάμου τε καὶ μνηστείας ὅσα τῇ τε τοιαύτῃ νομοθεσίᾳ καὶ τῇ ἀναφορᾷ περιείληπται, καὶ τούτων οὐδὲν παρακινηθῆναι ἀνεχόμεθα, ἀλλὰ μένειν ἀπαρεγχείρητα βουλόμεθα καὶ ἀναλλοίωτα μέχρι παντός, καὶ τήν τε σύστασιν τῆς μνηστείας καὶ τοῦ γάμου, ὥσπερ εἴρηται, γίνεσθαι, τόν τε χρόνον τηρεῖσθαι ἀκαινοτόμητον, καὶ τῶν συναρμοζομένων τὸν μὲν τῶν ιδ΄. ἐτῶν εἶναι μείζονα, τὴν δὲ τῶν ιβ΄. ἐπεὶ δὲ οὐδὲν τότε διατετύπωται, εἴτε λυόμεναι προστίμων ἔσονται καταβολαῖς αἱ τοιουτοτρόπως συνιστάμεναι μνηστεῖαι, εἴτε καὶ ἀδιάλυτοι μένουσι τὸ παράπαν· καὶ διὰ τοῦτο καὶ περὶ τούτου αὐτὸς ἐρώτησας, θεσπίζομεν τὰς τοιαύτας μνηστείας αἳ κυρίως μνηστεῖαι τυγχάνουσι, ἀμετακινήτους μένειν καὶ ἀμεταπτώτους, καὶ τὸ ὅλον ἀλύτους, ὥστε θεοῦ μέσον τῶν συναπτομένων εἰσαγομένου, καὶ τὴν τοιαύτην συναρμογὴν διὰ τῆς τῶν εὐχῶν ἱεροτελεστίας κρατύνοντος, καὶ μηδέποτε ταύτας προστίμου ἀναλύεσθαι δόσει, ὅτε οὐδὲ τοῖς συμβολαίοις τὸ λοιπὸν ἐγγραφήσονται, ὅτι μηδὲ παρ' αὐτῶν αἱ μνηστεῖαι κρατύνονται, ἀλλὰ διὰ τῆς τοῦ θεοῦ ἐπικλήσεως, αἵπερ καὶ ἄλυτοι τὸ παράπαν μένουσι, μόναις λυόμεναι ταῖς αἰτίαις αἷς καὶ οἱ γάμοι, οἷς ἰσοδυνάμους εἶναι ταύτας νενομοθέτηται. καὶ τὰ κεκωλυμένα δὲ γενικὰ πρόσωπα πρὸς γάμον ἢ μνηστείαν κατὰ τὸ δόξαν ἕξει τὴν κώλυσιν, καὶ παρὰ τὴν διηγορευμένην τῇ δὲ τῇ διατ. ὑπ' οὐδενός τι διαπραχθήσεται, εἰ μήπω βασιλεὺς οἰκονομικῷ τινι λόγῳ τήν τε μνηστείαν καὶ τὴν ἐξ ἱερολογίας συναρμογὴν ἐντὸς τῶν ὁρισθέντων ἐτῶν ἐπιτρέψειε. βασιλεῦσι γὰρ ἔξεστιν ὑπερτέρως ἢ κατὰ νόμους οἰκονομεῖν, ὥσπερ ὁ σοφός τε εἴρηκε βασιλεύς, καὶ τῶν νομοθεσιῶν αἱ πρεσβύτεραι. καὶ αὐτοὶ δὲ τὸν χρόνον συντέμνοντες οὐχὶ καὶ τὴν φυσικὴν ἐφήσουσι σύνοδον, ἕως τῶν ἁρμοζομένων ὁ μὲν τὸν ιδ΄. ἐνιαυτὸν, ἡ δὲ τὸν ιβ΄.

ὑπερβῇ, τῶν γονέων ἐπιμελῆ τίθεσθαι φυλακὴν ὀφειλόντων, τοῦ μή τι πρὸ τοῦ ῥηθέντος περαιωθῆναι χρόνου. ὡς τοῦ τε διαπραξαμένου τὴν ἄωρον μίξιν, καὶ τῶν γεννητόρων αὐτοῦ τοῖς μετὰ τῶν φθορέων νόμοις ὑποκεισομένου. καὶ ὅτε δὲ βασιλεὺς μνηστείας ἢ γάμου καινοτομοίη καιρὸν, εἰ θανάτῳ διασταῖεν οἱ ἁρμοζόμενοι πρὸ τοῦ ὁρισθέντος τῷ πράγματι χρόνου, ἕξει καὶ οὕτω τὴν κώλυσιν τὰ κωλυόμενα πρόσωπα, καὶ οὐκ ἔσται τούτοις ἐνάφορμον πρὸς τὸ τολμᾶν τὰ ἀτόλμητα τὸ πρὸ τοῦ δοκοῦντος ταῖς ἡμετέραις διατάξεσι χρόνου τὴν μνηστείαν ἢ τὸν γάμον τὴν λύσιν θανάτου δέξασθαι. τὸ γὰρ ἐλλεῖπον τοῦ τελείου χρόνου τῆς μνηστείας ἢ τοῦ γάμου ἡ τοῦ βασιλέως ἀναπληροῦσα οἰκονομία ἀπαράβατον τηρήσει τοῖς κεκωλυμένοις τὴν κώλυσιν, καὶ οὐδαμῶς θήσουσι συνάλλαγμα κωλυόμενον, ἀλλ' ὅσα ἐξ ἀκριβοῦς μνηστείας ἢ τελείου γάμου κωλύονται συναλλάγματα, ταῦτα καὶ ὑπὸ τῶν ἐντὸς τοῦ νενομισμένου χρόνου τὴν σύστασιν οἰκονομικῶς, καὶ τὴν λύσιν φυσικῶς δεξαμένων εἰρχθήσεται. Ἔτι σημείωσαι ἀπὸ τῆς νεαρᾶς τοῦ βασιλέως κυρίου Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, ὅτι κακῶς ἐξεχωρήθη ὁ πλευρῆς κυρίου Μιχαὴλ συζυγῆναι τῇ σπανασπουλίνᾳ κυρίᾳ Ἄννῃ προφήτῃ οὔσῃ ἐξαδέλφῃ τῆς προμνηστευθείσης αὐτῷ Μαρίας τῆς τοῦ Σερκλίου· κἂν γὰρ νόμῳ θανάτου πρὸς τοῦ γάμου διεζύγη τῆς τοιαύτης μνηστῆς, καὶ οὐδὲ συνεμίγη ταύτῃ, ἀλλ' οὐκ ὤφειλεν ἐξαδέλφην αὐτῆς πρὸς τὴν λαβεῖν. οὐδὲ γὰρ ἡ συνάφεια, ἀλλὰ ἡ τῆς εὐχῆς τελετὴ ποιεῖ τὴν μνηστείαν ὡς γάμον λογίζεσθαι. Εἰ γοῦν λαϊκὸς τοιοῦτόν τι ποιεῖν κεκώλυται, πολλῷ μᾶλλον ἱερωμένος. ὁ τοιοῦτος γὰρ ἐκωλύθη διὰ σημειώματος συνοδικοῦ ἐπὶ τῆς ἐφημερείας τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου κυρίου Μιχαὴλ τοῦ Ἀγχιάλου συνάπτεσθαι νομίμως γυναικὶ συγγενεῖ οὔσῃ τῇ διὰ δεσμωτικῶν μόνων ἐγγράφων κατεγγυηθείσῃ τούτῳ, καὶ μὴ φθασάσῃ λαβεῖν μνηστείας εὐχὴν μετ' αὐτοῦ, ἢ ὡς θανούσῃ, ἢ ὡς ἑτέρῳ συναφθείσῃ ἐκ μεταμελοῦ ἀνδρί, εἰ μήπω ταύτην ἑξαετῆ οὖσαν ὁ θάνατος ἠῤῥαβωνίσατο. ἔδοξε γὰρ τῇ συνόδῳ μετὰ ἑξαέτους γυναικὸς ἐπιθυμίαν φθορᾶς μὴ μεσολαβεῖν.

A excesserit: parentibus magnam diligentiam adhibere debentibus ne quid fiat ante dictum tempus. Nam & is qui immaturum concubitum perpetrarit, & eius parentes, legibus quę de stupro latæ sunt, tenebuntur. Porrò autem quando Imperator, sponsaliorum vel nuptiarum tempus innouauerit, si qui coniungebantur, ante tempus rei præstitum morte separati sint, sic quoque prohibebuntur personæ prohibitæ, nec eis facilè licebit irrumpere ad ea audenda quæ fieri non debent, B vt ante tempus nostris visum constitutionibus sponsalia vel matrimonium soluantur. Quod enim deest perfecto tempori sponsaliorum vel nuptiarum, Imperatoris supplens dispensatio, iis quæ sunt prohibita illabefactatam prohibitionem seruabit, & nequaquam facient contractum prohibitum. Sed quicũque ex perfectis sponsalibus vel matrimoniis prohibentur contractus, ij etiam ab iis quæ intra præstitutum tempus & dispensatiuæ constitutionem, & solutionem, naturaliter acceperunt, prohibebuntur. C Nota verò ex præsenti nouella, quòd malè permissum fuit bellicoso Domino Michaeli *matrimonio* coniungi cum rarissimæ formę Domina Anna, quæ patruelis erat Mariæ Serblij *filiæ* antea illi desponsæ. Nam tametsi lege mortis ante nuptias ab ea sponsa separatus est, neque cum illa se commiscuit: attamen ipsius patruelem *vxorem* ducere non debuit. Neque enim coniunctio, sed precationum ceremoniæ, vt sponsalia tanquam nuptiæ reputentur, D faciunt. Si igitur laicus tale quippiam facere prohibetur, *profectò* consecratus multò magis. Tali namque temporibus sanctissimi illius Patriarchæ Domini Michaelis Anchiali per synodalem commentarium vetitum est legitimè coniungi cum *ea* muliere, quæ cognata eius fuerit, quæ obligatoriis scriptis duntaxat illi obstricta fuisset, neque sponsaliorum preces cum ipso excepisset, quòd aut mortua, aut pœnitudine ducta alteri viro cõiuncta esset: extra quàm si eam necdum sexennem mors arrhabonis instar abstulerit. Visum est enim consilio in sexennem mulierẽ copulæ concupiscentiam nõ concipi.

Verùm hoc in laicis non obtinebit. Nam qui altari *deseruiunt* soli vnius vxoris, eiusdémque virginis, viri nominari, ipsique eiusdem status esse debent. Porrò quæ *hac* nouella de sponsalibus comprehenduntur, ex ipsa manifesta sunt. Scias autē, quòd in secreto Chartophylacij sita est declaratio sanctissimi illius Patriarchæ Domini Nicolai, quæ hæc ad verbū tractat: Sanctissimus Cyzici Metropolitanus Symeon cum nostra mediocritate cōsidens, dixit, quòd Clericus quidam suę Metropolis, cui nomen est Ioannes Diabatenus, despōdit quandam Mariam Theophili vocatam, septem annos natam. Cùm autem intellexisset esse iniusta sponsalia, quòd esset impubes sponsa, tunc quidem destitit, post annos autem octo eam in matrimonio legitimè duxit. Et hæc dicens, volebat scire quid de Clerico agendum. Audiuit itaque à nostra mediocritate, & à considente fraternitate, quòd nō solùm in contractu matrimoniali arrhas dari cautum est, sed etiam in omnibus contractibus, verùm non coactè, sed sponte. Quemadmodum itaque in aliis contractibus non dicimus esse infirmum quod factum est non datis arrhis, ita etiam in matrimoniali contractu: & si arrha seu sponsalia non præcesserint, firmum erit & inseparabile matrimonium. Cùm itaque sponsalia, quæ, vt dictum est, præcessere inter Clericum & Mariam, consistere non possent, habebit Clericus inseparabiliter eā quæ per solam sacram benedictionem illi in matrimonio coniuncta fuit, vt tractatum est. Donatio autem ante nuptias, propter quam etiam sponsalia fieri constitutum est inter coniuges, vel ipsas partes, non tractabitur, sed perinde ac si nec sponsalia præcessissent, nec donatio ante nuptias consecuta esset, erit firmum, & non infringendum matrimonium.

Cap. III.

De iis quæ existimant maritos suos absentes mortuos, & nubunt, Synod. vi. canon xciij. Basil. can. xxxi. xxxvi. xlvi.

τοῦτο δὲ ἐπὶ λαϊκῶν οὐ κρατήσει. μόνοι γὰρ οἱ τοῦ βήματος μιᾶς γυναικὸς καὶ τῆς αὐτῆς παρθένου ἄνδρες ὀφείλουσι ὀνομάζεσθαι, καὶ αὐτοὶ τῆς αὐτῆς εἶναι καταστάσεως. Ἔτι σημείωσαι ὅτι τὰ μὲν τῇ νεαρᾷ περιεχόμενα χάριν τῆς μνηστείας, δῆλα εἰσὶν ἐκ τῆς τοῦ αὐτοῦ Ἀλεξίου κυρίου βασιλέως δευτέρας προστάξεως. γίνωσκε δὲ ὅτι τῷ σεκρέτῳ τοῦ χαρτοφυλακίου σημείωμα κατέστρωται τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου κυροῦ Νικολάου πατριάρχου, τὰ δὲ κατὰ ῥῆμα διαλαμβάνον, μηνὶ Ἰουλίῳ κα΄. ἡμέρα δ΄. ἰνδικτιῶνος ιε΄. προκαθημένου τοῦ ἁγιωτάτου ἡμῶν δεσπότου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου Νικολάου ἐν τῷ ..... συνεδριαζόντων αὐτῷ μητροπολιτῶν τοῦ δεῖνος καὶ δεῖνος, ὁ θεοφιλέστατος μητροπολίτης τῆς Κυζικοῦ Συμεὼν συνεδριάζων τῇ ἡμῶν μετριότητι εἶπεν, ὡς κληρικὸς τῆς κατ᾽ αὐτὸν μητροπόλεως Ἰωάννης Διαβατηνὸς ὀνομαζόμενος, ἐμνηστεύσατο γυναῖκά τινα Μαρίαν τοῦ Θεοφίλου καλουμένην, ἡλικίας οὖσαν ἑπταετοῦς· μαθὼν δὲ τὴν μνηστείαν εἶναι παράνομον, διὰ τὴν τῆς μνηστῆς ἀνηβότητα, τότε μὲν ἀπέστη ταύτης· μετὰ δὲ χρόνους ὀκτὼ νομίμως ταύτην πρὸς γάμον ἠγάγετο, καὶ ταῦτα λέγων ἤθελε τί ποιητέον ἐπὶ τῷ κληρικῷ μαθεῖν. ἤκουσεν οὖν ἀπὸ τῆς ἡμῶν μετριότητος, καὶ τῆς συνεδριαζούσης ἀδελφότητος, ὡς οὐκ ἐπὶ μόνου τοῦ γαμικοῦ συναλλάγματος ἀρραβῶνας νενόμισται δίδοσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πάντων τῶν συναλλαγμάτων, πλὴν οὐκ ἠναγκασμένως ἀλλ᾽ αὐθαιρέτως. ὥσπερ τοίνυν ἐπὶ τῶν ἄλλων συναλλαγμάτων οὐ λέγομεν ἄκυρον εἶναι τὸ γεγονός, μὴ δοθέντων ἀρραβώνων, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ γαμικοῦ συναλλάγματος, κἂν ἀρραβὼν ἤτοι μνηστεία οὐ προεδόθη, βέβαιον ἔσται καὶ ἀδιάσπαστον· τῆς γοῦν προβάσης μνηστείας ὡς εἴρηται μέσον τοῦ κληρικοῦ καὶ τῆς Μαρίας οὔσης ἀνυποστάτου, ἐσεῖται ὁ κληρικὸς ἔχων ἀδιασπάστως τὴν διὰ μόνης γαμικῆς ἱερολογίας ἁρμοσθεῖσαν αὐτῷ σύζυγον, ὡς διείληπται. προγάμου δὲ δωρεᾶς δι᾽ ἣν καὶ τὴν μνηστείαν νενομοθέτηται γίνεσθαι μέσον τῶν ὁμοζύγων, ἢ τῶν μερῶν αὐτῶν, οὐ πραγματευθήσεται, ἀλλ᾽ ὥσπερ εἰ μηδὲ προεδόθη μνηστεία, μηδὲ προγάμου παρηκολούθησε δωρεά, βέβαιος ὁ γάμος ἔσται καὶ ἀδιάρρηκτος.

Κεφάλαιον γ΄.

Περὶ τῶν ὑπονοουσῶν ἀποθανεῖν τοὺς ἄνδρας αὐτῶν, καὶ γαμουσῶν, συνόδου ϛ΄. κανὼν ϛγ΄. Βασιλείου κανὼν λα΄. λϛ΄. μϛ΄.

Κείμενον.

Η περὶ ῥεπουδίου διαλεγομένη ριζ΄. νεαρά, φησὶν ὡς ἐὰν στρατιώτης, ἢ σχολάριος, ἢ φοιδεράτος, ἢ ἄλλος ἔνοπλος ἐν ἐξπεδίτῳ διάγῃ ὁσουσδήποτε ἐνιαυτοὺς, περιμενέτω αὐτὸν ἡ αὐτοῦ γαμετὴ, κἂν μὴ γράμματα ἐδέξατο παρ᾽ αὐτοῦ. Εἰ δὲ ἀκούσῃ αὐτὸν τελευτῆσαι, μὴ γαμείτω, εἰ μὴ πρότερον δι᾽ ἑαυτῆς, ἢ τῶν γονέων αὐτῆς, ἢ ἑτέρου ἀξιοπίστου, τοὺς πριόρας τοῦ ἀριθμοῦ καὶ τοὺς χαρτουλαρίους, ἐν ᾧ στρατεύεται, καὶ τὸν τριβοῦνον ἐρωτήσῃ εἰ τῇ ἀληθείᾳ ἐτελεύτησε· κἀκεῖνοι τῶν ἁγίων εὐαγγελίων προκειμένων ἐν ὑπομνήματι καταθῶνται αὐτὸν τελευτῆσαι, καὶ τὴν πρᾶξιν ἡ γυνὴ λαμβανέτω, καὶ μετὰ τὸ λαβεῖν, μενέτω ἐνιαυτὸν, καὶ τότε νομίμως γαμείτω. Εἰ δὲ παρὰ ταύτην τὴν διάταξιν γαμήσῃ, καὶ αὐτὴ, καὶ ὁ λαβὼν αὐτὴν, ὡς μοιχοὶ τιμωρείσθωσαν, καὶ δέκα λιτρῶν ποινὴν διδόασιν ᾧ εἶπον ἀποθανεῖν, καὶ ἐχέτω ἄδειαν εἰ βούλοιτο τὴν ἰδίαν ἀναλαβεῖν γαμετήν. Εἰ δὲ σχολάριος ἦν, παρὰ τῶν πρώτων τῆς σχολῆς, καὶ τοῦ ἀκτουαρίου, ἡ λεχθεῖσα γινέσθω κατάθεσις. Εἰ δὲ φοιδεράτος, παρὰ τοῦ ὀπτίονος αὐτοῦ.

Σχόλιον.

Η περὶ διαζυγίου ριζ΄. νεαρὰ τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ, ἔστι κεφ. γ΄. τοῦ ζ΄. τιτ. τοῦ κη΄. βιβλίου, καὶ φησὶ τῶν γυναικῶν τῶν ὑπονοουσῶν τελευτῆσαι τοὺς ἀποδημοῦντας ἄνδρας στρατιώτας αὐτῶν, ὅσα συνωψίσθησαν εἰς τὸ κείμενον.

Κεφάλαιον δ΄.

Περὶ τῶν διαζευγνυμένων, ἀποστόλων κανὼν ε΄. συνόδου Γάγγρας κανὼν ιδ΄. συνόδου Καρθαγένης κανὼν ρβ΄. συνόδου ς΄. κανὼν πζ΄. Βασιλείου κανὼν θ΄. λε΄. μη΄. οζ΄.

Κείμενον.

Περὶ διαζεύξεως γάμου ἐν πολλοῖς τόποις ὁ πολιτικὸς διαλέγεται νόμος, καὶ μάλιστα βιβλίον κδ΄. τιτ. β΄. καὶ βιβλίον ε΄. τοῦ κώδικος τιτ. ιζ΄. καὶ ἐν τῇ περὶ γάμων νεαρᾷ φησί. τελειότερον δὲ ριζ΄. νεαρὰ ῥητῶς ἐκτιθεμένη τὰς αἰτίας, καθ᾽ ἃς ἡ γυνὴ ἢ ὁ ἀνὴρ δύναται ῥεπούδιον πέμπειν, καὶ τὴν προῖκα κερδαίνειν, τὴν δεσποτείαν αὐτῆς φυλάττων τοῖς ἐκ τοῦ αὐτοῦ γάμου παισὶν εἴπερ εἰσίν· ἐὰν συνοίδε τινας ἐπιβουλεύοντας τῇ βασιλείᾳ, καὶ τῷ ἰδίῳ μὴ φανερώσῃ ἀνδρί·

TEXTVS.

Quæ de repudiis tractat cxvij. Nouella, dicit, quòd si miles, vel scholaris, vel fœderatus, vel alius armatus agit in expeditione aliquot annis, expectet eum vxor, etiam si ab eo literas non acceperit: sin autem autem audierit eum esse mortuū, ne nubat, nisi priùs per se, vel suos parentes, vel alium fide dignum, Priores & Chartularios numeri in quo militat, & Tribunum interrogauerit, an re vera sit mortuus: & illi sanctis Euangeliis propositis, in actis deponāt eum esse mortuum: & mulier actum accipiat, & postquam acceperit, annum maneat, & tunc nubat legitimè: sin autem contra hoc præscriptum nupserit, & ipsa, & qui eam accepit, vt adulteri puniantur: sin autem qui deposuerunt, falsum dixisse conuicti sunt, priuantur militia seu exauthorantur, & decem librarum pœnam pendunt ei quem mortuum esse dixerunt: & est in eius potestate propriam si velit vxorem accipere: Sin autem erat scholaris, à primis scholæ, & actuario, fiat dicta depositio: sin autem fœderatus, ab ipsius optione.

SCHOL. BALS. De repudiis cxvii. Imperatoris Iustiniani Nouella est cap. iii. tit. vii. lib. xxviii. Basilicor. & dicit de mulieribus, maritos suos milites absentes obiisse suspicantibus, quæcunque in textu compendiosè sunt proposita.

CAP. IIII.

De iis qui separantur, Apost. can. v. Syn. Gangr. canon xiiij. Syn. Carth. can. xxij. Syn. vi. canon lxxxvij. Basil. canon ix. xxxv. xlviij. lxxvij.

TEXTVS.

De matrimonij separatione in multis locis ius ciuile, & maximè in lib. xxiiij. tit. ij. Digestorum, & libro v. Codicis, tit. xvij. & in Nouella de nuptiis: perfectiùs autem cxvij. Nouella, quæ causas rite exponit; propter quas maritus vel vxor potest repudiare & dotem lucrifacere, eius seruans dominium liberis ex eo matrimonio susceptis, si modo sint. Si scierit aliquos Imperatori moliri insidias, & suo marito non indicauerit.

καὶ τινὲς μὲν εἶπον εἶναι τοῦτο τὸ συνήθως παρὰ τῶν παίδων γινόμενον παίγνιον ἔξωθεν τοῦ ἱππικοῦ, ἀντὶ ἵππων χρωμένων ἀνθρώποις εἰς διφρηλασίαν. τινὲς δὲ εἶπον εἶναι τοῦτο ξύλινόν τι κατασκεύασμα διὰ κλιμάκων λοξοειδῶς ἀνυψούμενον, ἐχουσῶν διὰ μέσου ὀπὰς διαφόρους. οἱ γὰρ συνηθικίζοντες ἐπὶ τῷ τοιούτῳ παιγνίῳ, βώλους τέσσαρας ἐπεσβαμμένας ἄνωθεν τῶν κλιμάκων τιθέμενοι, πρὸς τὸ κάταντες ἀπολύουσι. καὶ ὁ πρῶτος ἀπὸ τῶν βώλων ἐξερχόμενος διὰ τῶν ὀπῶν ἐκ τῆς τελευταίας ὀπῆς τὴν νικῶσαν δίδωσι τῷ ἔχοντι αὐτόν. ἔοικεν οὖν κἀμοὶ τοῦτο τὸ δεύτερον παίγνιον παρὰ τοῦ νόμου ἀποτρέπεσθαι ὡς ἔχον αἰτίαν κύβου. περὶ δὲ κυβευόντων κληρικῶν ἀνάγνωθι καὶ τὴν πζ'. νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυρίου Λέοντος φιλοσόφου.

Quidam dicebant quidem id esse eum ludum, qui sæpe fit à pueris extra circũ equestrem, loco equorum hominibus ad currum agẽdum vtentibus. Nonnulli autem dicebant hoc esse aliquod instrumẽtum ligneum, quod per scalas obliquas erigitur, quæ in medio habent multa foramina. Qui enim in eo ludo deponunt quatuor glebas diuerse tinctas, in scalarum fastigio ponentes, in decliue emittunt: & prima gleba, quæ exit per foramina ex vltimo foramine, dat ei qui ipsam habere potest, victoriam. Mihi ergo videtur hunc secundum ludum à lege dissuaderi, & puniri, vt qui aleæ speciem quandam habeat. De clericis autem alea ludentibus, lege etiam lxxxvij. nouellam Imperatoris Domini Leonis sapientis.

Κεφάλαιον λ.

Περὶ δαιμονιζομένων, ἀποστόλων κανὼν οθ'. συνόδου ς'. κανὼν ξς'. ξζ'. Τιμοθέου κανὼν β'. γ'. ιδ'. ιε'.

Κείμενον.

Εἴρηται βιβλίῳ ε'. τοῦ κώδικος τίτ. ο'. διάτ. δ'. ὅτι ἐὰν γυνὴ μαίνηται αὐτεξουσία οὖσα, μόνος ὁ ἀνὴρ δύναται πέμπειν ῥεπούδιον. ἐν δὲ τῷ κβ'. διατάγματι τοῦ γ'. τίτ. τοῦ κδ'. βιβλίου φησίν, ἐὰν ὁ εἷς τῶν συνοικούντων μαίνηται, αὐτὸς μὲν οὐ δύναται στέλλειν διέσιον. εἰ δὲ φορητή ἐστιν ἡ μανία, εἴτε διηνεκής, εἴτε ἐκ διαλειμμάτων, οὐκ ὀφείλει ὁ νήφων τῷ μαινομένῳ στέλλειν διαζύγιον. εἰ δὲ στείλῃ, ὑποπίπτει τοῖς ἐπιτιμίοις τοῦ ἀλόγου διαζεύξεως. εἰ δὲ ἀνυπόστατός ἐστιν ἡ μανία, καὶ οὐκ ἔστιν ἐλπὶς ἀναλήψεως, ἔξεστι διὰ τὸν ἐντεῦθεν φόβον, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ παιδοποιῆσαι, ῥεπουδίῳ λύειν τὸν γάμον. εἰ μέντοι μὴ λύει τὸν γάμον, ἀλλὰ περιφρονεῖ αὐτήν, ἀναγκάζεται διὰ τοῦ ἄρχοντος τρέφειν αὐτήν, καὶ φροντίζειν τῆς ἰατρείας αὐτῆς, καὶ μηδὲν παραλείπειν τῶν ἀνδρὶ πρεπόντων, πρὸς τὸ ποσὸν τῆς προικός. εἰ δὲ σκορπίζει τὴν προῖκα, μεσεγγυᾶται ἐφ' ᾧ τὴν γυναῖκα καὶ τὴν φαμιλίαν αὐτῆς ἀξίαν ἔχειν ἐντεῦθεν παραμυθίαν, φυλαττομένων τῶν ἐξ ἀρχῆς συμφώνων. ἀλλὰ ταῦτα σήμερον οὐ προβαίνει, οὔτε διὰ μανίαν εὐλόγως λύεται γάμος, τῆς περὶ ῥεπουδίων ριζ'. νεαρᾶς ῥητὰς αἰτίας λεγούσης, καὶ ὑποβαλλούσης τὸν παρ' αὐτὰς στέλλοντα ῥεπούδιον, τῇ ἐκπτώσει τῶν γαμικῶν ἐπιδόσεων, καὶ ἄλλοις ἐπιτιμίοις.

Cap. XXX.

De iis qui sunt dæmoniaci, Apost. can. lxxix. Syn. vi. can. lxvi. Timothei canon ij. iij. xiiij. & xv.

Textvs.

Dicit liber v. Cod. tit. lxx. constit. iiij. quòd si mulier quæ est sui iuris, insaniat, solus maritus ei potest mittere libellum repudij. In xxij. autem cap. iij. tit. xxiiij. libri dicitur, quòd si vnus eorum qui cohabitant, insaniat, ipse quidem non potest repudium mittere. Si est autem furor tolerabilis, siue perpetuus, siue qui dilucida habeat interualla, non debet is qui est sanæ mentis, mittere ei qui furit, libellum repudij. Sin autem mittat, cadit in pœnas iniusti diuortij. Si verò est furor intolerabilis, & non est spes vt conualescat, licet propter eum metum, & procreandi desiderium, repudio soluere matrimonium. Quòd si nõ soluit matrimonium, sed eam negligit, cogitur per Magistratum eam alere, & eius curandæ curam gerere, & nihil eorum omittere quæ virum decent, pro quantitate dotis. Sin autem dotem dissipat, fideiubet, vt vxor, & eius familia habeant ex eo quod par est solatium, iis seruatis quæ ab initio conuenerunt. Sed hæc hodie non procedunt: nec propter furorem iustè soluitur matrimonium, cum cxvij. de repudiis nouella causas apertè dicat, & eum qui præter eas mittit repudium, nuptialium donationum priuationi & aliis pœnis subiiciat.

l. Cum repudiante C. de Curatore furiosi. l. Si maritus. ff. Soluto matrimonio.

SCHOL. BALS. Quod Latinè A est diuortium, xxij. cap. iij. tit. xxiiij. libri, appellat διέσιον. est autem διέσιον sonus Musicus, qui sic à Philosophis dicitur, & Diapason harmoniam separat, ex quo etiam dicta est δίεχα. Cùm itaque coniuges vnius harmoniæ locum obtineant (erunt enim, inquit, duo in carne vna) si ex iusta causa quomodocunque fiat seiunctio ac separatio inter ipsos, dicimus fieri διέσιον. In sponsis autem non habet propriè locum diuortium: sed repudium. Nondum enim facto B matrimonio nec secuta copula, etiãsi sponsi videantur coniuncti, sunt tamen separati corporibus, vt quæ sunt sub iugo animalia: legislatoribus tamen visum est, vt citra vllum discrimen, repudium in coniugibus à Latinis dicatur. Lege librum ij. tit. ii. cap. cii. Constitutio iv. tit. lxx. lib. v. Cod. est cap. xxi. tit. x. lib. xxxviii. quod eadem dicit, quæ in textu scripta sunt. Digestum xxii. tit. iii. lib. xxiv. digest. est thema ix. cap. xxii. tit. vii. lib. Basilic. xxviij. quod habet quomodo in textu scriptum est. Veruntamen scias, illud C caput à Nouella Iustiniani cxvii. abrogatum esse, quæ in lib. Basilic. xxviii. posita est, & cùm caussas, ob quas repudia mittuntur, recenseat, nullam tamen furoris facere mentionem. C. & ci. Domini Leonis sapientis nouella definiunt vt vir quidem triennio permaneat: & intra illud, suum cum furiosa vxore coniugium non separet. Mulier autem à suo marito furioso non separetur vsque ad quinquennium: lege etiam nouellam Imperatoris Domini Botoniatæ, quæ de furiosorum diuortio eadem dicit. D

CAP. XXXI.

De laico segregato, & ab alio suscepto, præter eius voluntatem qui eum segregauit, Apost. can. ij. xiij. Syn. Antioch. can. vi.

CAP. XXXII.

De iis qui in dominico vel sabbato ieiunant, Apost. canon lxi. lxij. Syn. Gang. canon xviij. Syn. vi. canon lv. lvi.

CAP. XXXIII.

De iis qui docent, domum Dei &

Σχόλιον.

Διέσιόν ἐστι φθόγγος μουσικὸς οὕτω λεγόμενος παρὰ φιλοσόφοις, καὶ χωρίζων τὴν διὰ πασῶν ἁρμονίαν, ἐξ οὗ καὶ δίεχα εἴρηται. τῶν οὖν ὁμοζύγων μιᾶς ἁρμονίας τόπον ἐπεχόντων, (ἔσονται γὰρ φησὶν εἰς σάρκα μίαν) ἐὰν ἐξ εὐλόγου αἰτίας ὁπωσδήποτε διάστασις καὶ χωρισμὸς γένηται, μέσον αὐτῶν λέγεται γίνεσθαι διέσιον. ὅπερ ἐπὶ τῶν μνηστήρων χώραν οὐκ ἔχει κυρίως ἀλλὰ διαζύγιον. μήπω γὰρ γινομένου γάμου καὶ συναφείας, κἂν δοκῶσι συναφθῆναι οἱ μνηστῆρες, ἀλλὰ τοῖς σώμασι κεχωρισμένοι εἰσὶν ὡς τὰ ὑπὸ τὸν ζυγὸν ὄντα ζῶα· πλὴν ἤρεσε τοῖς νομοθέταις ἀδιαφόρως καὶ ἐπὶ τῶν ὁμοζύγων τὸ διαζύγιον λέγεσθαι, ὅπερ ὠνόμασται παρὰ Λατίνοις ῥεπούδιον. καὶ ἀνάγνωθι βιβλίου β'. τίτ. β'. κεφ. ρβ'. ἡ δ'. διάτ. τοῦ ο'. τίτ. τοῦ ε'. βιβλίου τοῦ κώδικος, ἔστι κεφ. κα'. τοῦ ι'. τίτ. τοῦ λη'. βιβλίου, τὰ αὐτὰ λέγον ὅσα εἰς τὸ κείμενον ἐγράφησαν. τὸ κβ'. διάτ. τοῦ γ'. τίτ. τοῦ κδ'. βιβλίου τῶν διάτ. ἔστι θέμα θ'. κβ'. κεφ. τοῦ η'. τίτ. τοῦ κη'. βιβλίου τῶν βασιλικῶν, οὕτως ἔχον ὡς εἰς τὸ κείμενον ἐγράφησαν. πλὴν γίνωσκε ὅτι τὸ τοιοῦτον κεφ. ἀνῃρέθη ὑπὸ τῆς ριζ'. Ἰουστινιανείου νεαρᾶς τῆς κειμένης ἐν βιβλίῳ κη'. τῶν βασιλικῶν τίτ. ζ'. καὶ λεγούσης τὰς αἰτίας δι' ἃς ῥεπούδιον πέμπεται, τῆς δὲ μανίας ὅλως μὴ ἐπιμνησθείσης. ἡ μέντοι ρ'. καὶ ρα'. νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυρίου Λέοντος τοῦ σοφοῦ διορίζονται τὸν μὲν ἄνδρα καρτερεῖν ἐπὶ τριετίᾳ, καὶ ἐντὸς ταύτης μὴ διαλύειν τὴν μετὰ γυναικὸς αὐτοῦ μανείσης συζυγίαν, τὴν δὲ γυναῖκα μὴ διαζεύγνυσθαι τοῦ μανέντος ἀνδρὸς αὐτῆς, εἰ μὴ παρέλθῃ πενταετία. ἀνάγνωθι καὶ τὴν νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυρίου Νικηφόρου Βοτονειάτου.

Κεφάλαιον λα'.

Περὶ λαϊκοῦ ἀφορισθέντος, καὶ δεχθέντος ἐξ ἑτέρου παρὰ γνώμην τοῦ ἀφορίσαντος, ἀποστόλων κανὼν ιβ'. ιγ'. συνόδου Ἀντιοχείας κανὼν ς'.

Κεφάλαιον λβ'.

Περὶ τῶν ἐν κυριακῇ ἢ σαββάτῳ νηστευόντων, ἀποστόλων κανὼν ξς'. συνόδου Γαγγρῶν κανὼν ιη'. συνόδου ς'. κανὼν νε'. νς'.

Κεφάλαιον λγ'.

Περὶ τῶν διδασκόντων, τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ καὶ

τὰς συνάξεις εὐκαταφρονήτοις, συνόδου Γαγγρῶν κανὼν ε. κ'.

A congregationes esse aspernandas, Syn. Gangr. canon v. xx.

Κεφάλαιον λδ'.

Περὶ λαϊκῶν πειρωμένων ἀθετεῖν τὰ τῆς ἐν Ἐφέσῳ συνόδου, συνόδου Ἐφέσου κανὼν ϛ'. ἀνάγνωθι τὰ παραγραφέντα ἐν τῷ ϛ'. κεφ. τοῦ ια'. τίτ. τοῦ παρόντος συντάγματος.

Cap. XXXIV.

De laicis qui conantur ea infirmare quæ in Synodo Ephesina acta sunt, Syn. Ephesinæ can. vi. lege quæ adscripta sunt in xiii. cap. xi. tit. præsentis operis.

Κεφάλαιον λε'.

Περὶ τῶν ἀκροωμένων τῶν γραφῶν, καὶ μέχρι τέλους μὴ προσκαρτερούντων, ἢ μὴ κοινωνούντων, ἀποστόλων κανὼν θ'. συνόδου Ἀντιοχείας κανὼν β'.

Cap. XXXV.

De iis qui audiunt scripturas, & non ad finem usque perseuerant, vel non communicant, Apost. canon ix. Syn. Antioch. canon ii.

B

Κεφάλαιον λϛ'.

Περὶ τῶν ἰδίᾳ ἐκκλησιαζόντων, συνόδου Γάγγρας κανὼν ϛ'. συνόδου ϛ'. κανὼν λα'. νθ'. ἀνάγνωθι τὰ παραγεγραμμένα ἐν τῷ ιδ'. κεφ. τοῦ γ'. τίτ. τοῦ παρόντος συντάγματος.

Cap. XXXVI.

De iis qui seorsum in ecclesia congregantur, Syn. Gangr. canon vi. Syn. vi. canon xxxi. lix. lege quæ adscripta sunt in xiiii. cap. iii. tit. præsentis operis.

Κεφάλαιον λζ'.

Περὶ τοῦ ἐπιθυμήσαντος συγκαθευδῆσαι γυναικὶ, καὶ μὴ πράξαντος, συνόδου Νεοκαισαρείας κανὼν δ'.

Cap. XXXVII.

De eo qui desiderauit dormire cum muliere, & non fecit, Syn. Neocæsar. canon iiii.

C

Κεφάλαιον λη'.

Περὶ μὴ νηστευόντων τὴν τεσσαρακοστὴν καὶ τετράδα παρασκευήν, ἀποστόλων κανὼν ξθ'.

Cap. XXXVIII.

De iis qui ieiunant quadragesimam, quartam, & quintam feriam, Apost. canon lxix.

Κεφάλαιον λθ'.

Περὶ τῶν ἀφαιρουμένων τῆς ἐκκλησίας κηρὸν ἢ ἔλαιον, ἀποστόλων κανὼν οβ'.

Cap. XXXIX.

De iis qui non ecclesiæ auferunt ceram vel oleum, Apost. can. lxxii.

Κεφάλαιον μ'.

Περὶ λαϊκῶν ἀκοινωνήτων γινομένων, Θεοφίλου ἐκ τῆς πρὸς Μηνᾶν ἐπίσκοπον ἐπιστολῆς.

Cap. XL.

De laicis qui propter iniquitatem excommunicati sunt, Theophili ex epistola ad Menam episcopum.

D

Κεφάλαιον μα'.

Περὶ τοῦ μὴ διδάσκειν λαϊκοὺς, συνόδου ϛ'. κανὼν ξδ'.

Cap. XLI.

Non debere laicos docere, Syn. sextæ canon lxiiii.





ΤΙΤΛΟΣ ΙΔ'.

Περὶ κοινῶν πάντων ἀνθρώπων.

TITVLVS DECIMVSQVARTVS.

DE COMMVNIBVS omnibus hominibus.

Κεφάλαιον α'.

Περὶ πλεονεξίας, Γρηγορίου Νύσσης κανὼν ϛ'.

Cap. I.

De auaritia, Gregorii Nysseni, canon vi.

Cap. II.

De iis qui cum brutis coeunt, Syn. Ancyr. canon xvi. xvij. Basilij canon lxiij. Gregorij Nysseni, canon iij.

Cap. III.

De homicidis & latronibus, Apost. canon lxv. Syn. Ancyr. can. xxi. xxij. xxiij. Basil. canon vij. viij. xi. xiij. xxxiij. xliij. li. liij. lv. lvi. lvij. Gregorij Nysseni canon iij.

Cap. IIII.

Oportere, eos qui pœnam excommunicationis incurrerunt, communicare cùm sunt morituri: & quid fiet si cùm communicauerint, non moriantur, Syn. Nic. can. xiij. Gregorij Nysseni canon v.

Cap. V.

De eo cui in somnis semen fluxerit, vel abest à cubili suæ vxoris, & vult communicare, & quibusnam diebus oporteat à mutua coniunctione propterea abstinere, Dionysij ex epistola ad Basilidem canon iij. iiij. Timothei canon v. vij. xij.

Cap. VI.

Quomodo fit oblatio pro eo qui sibi mortem consciuit, Timothei canon xiiij.

Cap. VII.

De eo qui habet vxorem Dæmoniacam, & vult propterea aliam accipere, Timothei canon xv.

Schol. Bals. De præsenti capite satis scripsimus in xxx. cap. xiij tit. præsentis operis, & lege quæ in eius scholio compendiosè propositæ sunt, Nouellas Imperatoris Domini Leonis Philosophi, & dic fieri, ita vt eæ volunt, Dæmoniacorum diuortia.

Finis, cum Deo, XIV. titulorum, qui à sanctissimo illo Patriarcha Photio compendiosè sunt propositi.

A

Κεφάλαιον β΄.

Περὶ ἀλογευομένων, συνόδου Ἀγκύρας κανὼν ιϛ΄. ιζ΄. Βασιλείου κανὼν ξγ΄. Γρηγορίου Νύσσης κανὼν γ΄.

Κεφάλαιον γ΄.

Περὶ φονέων, καὶ λῃστῶν, ἀποστόλων κανὼν ξϛ΄. συνόδου Ἀγκύρας κανὼν κα΄. κβ΄. κγ΄. κε΄. Βασιλείου κανὼν ζ΄. η΄. ια΄. ιγ΄. λγ΄. μγ΄. νβ΄. νδ΄. νε΄. νϛ΄. νζ΄. Γρηγορίου Νύσσης κανὼν δ΄.

Κεφάλαιον δ΄.

B

Περὶ τοῦ τοὺς ἐπιτίμιον ἀκοινωνησίας ἔχοντας ὀφείλειν κοινωνεῖν μέλλοντας τελευτᾷν, καὶ τί γὰρ ἐὰν διὰ τοῦτο μεταλαβόντες μὴ ἀποθάνωσι, συνόδου Νικαίας κανὼν ιγ΄. Γρηγορίου Νύσσης κανὼν ε΄.

Κεφάλαιον ε΄.

Περὶ τοῦ ὀνειρωχθέντος, ἢ ἀπὸ κοίτης τῆς ἰδίας γαμετῆς ὄντος, καὶ θέλοντος κοινωνῆσαι, καὶ ποίας ἡμέρας δεῖ τῆς πρὸς ἀλλήλους μίξεως διὰ τοῦτο ἀπέχεσθαι, Διονυσίου ἐκ τῆς πρὸς Βασιλείδην ἐπιστολῆς κανὼν γ΄. δ΄. Τιμοθέου κανὼν ε΄. ιβ΄. ιγ΄.

Κεφάλαιον ϛ΄.

C

Πῶς γίνεται προσφορὰ ὑπὲρ τοῦ ἑαυτὸν αἰκελόντος, Τιμοθέου κανὼν ιδ΄.

Κεφάλαιον ζ΄.

Περὶ τοῦ ἔχοντος γαμετὴν δαιμονιζομένην, καὶ διὰ τοῦτο θέλοντος ἄλλην λαβεῖν, Τιμοθέου κανὼν ιε΄.

Σχόλιον.

Περὶ τοῦ παρόντος κεφ. ἐγράψαμεν ἀρκούντως ἐν τῷ λ΄. κεφ. τοῦ ιγ΄. τίτ. τοῦ παρόντος συντάγματος. καὶ ἀνάγνωθι τὰς εἰς τὸ σχόλιον τοῦτο συνοψισθείσας νεαρὰς τοῦ βασιλέως κυρίου Λέοντος τοῦ φιλοσόφου, καὶ κατ' ἐκείνας λέγε τὰ τῶν δαιμονώντων γίνεσθαι

D

διαζύγια.

Τέλος σὺν θεῷ τῶν δέκα πρὸς τοῖς τέσσαρσι τίτλων τῶν παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου κυροῦ Φωτίου συνοψισθέντων.

ΕΡΩΤΗΣΕΙΣ ΜΟΝΑΧΩΝ

τινῶν ἔξω τῆς πόλεως ἀσκουμένων, καὶ ἀποκρίσεις ἐπ᾽ αὐταῖς γενόμεναι παρὰ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγίας συνόδου ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυρίου Νικολάου, βασιλεύοντος τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυρίου Αλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ.

Ερώτησις.

ΕΙ ΧΡΗ μοναχὸν εἰσιέναι εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον. κωλύει γὰρ τοῦτο ὁ λγ΄. κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ ἁγίας συνόδου, ὃς καὶ οὐ παραχωρεῖ ἐπὶ ἄμβωνος ἀναγινώσκειν ἢ ψάλλειν ἀσφράγιστόν τινα ἢ μοναχόν. ὁμοίως καὶ ὁ τῆς ἐν Λαοδικείᾳ κανὼν ιέ. καὶ ὁ κά. καὶ ὁ τῆς ἐν Νικαίᾳ, τῆς δευτέρας, κανὼν ιδ΄.

Απόκρισις.

Τὸ μὲν δίχα χειροθεσίας ἐπὶ ἄμβωνος ὡς ἀναγνώστην ποιῆσαι τὸν μοναχὸν, τὰς τοῦ ἀναγνώστου ὑπηρεσίας, κεκώλυται. τὸ δὲ εἰς θυσιαστήριον εἰσιέναι, χάριν ὑφάψεως κηρίου ἢ κανδήλας, τὸν μηδενὶ ἐγκλήματι γενόμενον ἔνοχον, οὐκ οἶμαι δεῖν κωλυθῆναι, διὰ τὴν τοῦ μοναχικοῦ σχήματος σεμνότητα.

Ερμηνεία.

Καλῶς καὶ κατὰ τὴν τῶν θείων κανόνων παράδοσιν ἀποκριναμένης τῆς ἁγίας συνόδου πρὸς τὴν ἐρώτησιν, εἶπον τινὲς, ὡς τὸ μὲν μὴ ἀναγινώσκειν ἐπ᾽ ἄμβωνος τοὺς μὴ λαβόντας ἀναγνώστου σφραγῖδα μοναχοὺς, ἀδιάστικτόν ἐστι. τὸ δὲ ἐγχωρηθῆναι πάντα περιβεβλημένον σχῆμα μοναχικὸν εἰσιέναι εἰς τὸ θυσιαστήριον, οὐδὲ ἀδιαστίκτως παραληφθήσεται. ἀλλ᾽ ἐπεὶ ὁ ξθ΄. κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, διορίζεται ἄβατον εἶναι τοῖς λαϊκοῖς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον, εἰ μὲν ὁ τοῦ μοναχικοῦ σχήματος καταξιωθεὶς, καὶ ἀποκάρσεως ἔτυχεν, ἀκωλύτως εἰσελεύσεται εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον. Εἰ δὲ διὰ δοκιμασίαν κατὰ τοὺς κανόνας τὰ μοναχικὰ ἐνεδύσατο, ἃ καὶ ἀποτίθεσθαι ἐντὸς τριετίας ἐξεχωρήθη, οὐκ εἰσελεύσεται εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον χωρὶς οἱασδήποτε ὑποθέσεως, ὡς μηδὲ μετὰ τῶν μοναχῶν

INTERROGATIONES

QVORVNDAM MONACHOrum, qui extra ciuitatem exercebantur, & responsiones, quæ ad eas factæ sunt à sancta Constantinopolitana Synodo, tempore sanctissimi Patriarchæ Domini Nicolai, imperante celeberrimo Imperatore Alexio Comneno.

QVÆSTIO.

AN oporteat Monachum ad sanctum altare ingredi? Hoc enim prohibet xxxiij. canon sanctæ Syn. in Trullo. qui etiam non permittit cantare in ambone, vel legere Monachum aliquem, qui non characterem acceperit. similiter & Syn. Laodic. can. xv. & xxi. & Syn. Nic. secunda, canon xiiij.

RESP. *Sine manuum quidem impositione, fungi Monachum lectoris officio perinde ac si esset lector, est prohibitum: ad altare autem accedere, pro accendendis cereis vel candelis, Monachum, qui nulli est affinis crimini, non existimo prohiberi oportere, propter Monachalis habitus honestatem.*

SCHOL. BALS. Cùm sancta Synodus rectè, & diuinorum canonum traditioni conuenienter ad quæstionem responderit, dixerunt quidam quòd Monachos quidem in ambone non legere, qui lectoris characterem non acceperint, est indistinctum: vt autem quilibet habitu Monastico indutus ad altare accedat, non indistinctè accipietur. Sed quoniam lxix. canon Syn. in Trullo, statuit laicos non posse ad sanctum Altare accedere: si is quidem qui Monachali habitu dignatus est, etiam tonsuram est assecutus, ad sanctum altare absque vllo impedimento accedet: sin autem propter probationem, conuenienter canonibus, vestes Monasticas induit, quas etiam intra triennium deponere ei permissum est, non ingredietur ad sanctum altare pro vlla causa, vt qui nondum in ordinem Monachorum

sit relatus, sed adhuc est laicus. Mihi autem videtur non posse quispiam qui sanctas vestes vllo modo indutus est, eas abiicere, & eas habere ludibrio. Non enim debet cum vestibus Monasticis probari, sed cum habitu laico, & ideo omnibus qui sacra veste induti sunt, erit absque vllo praeiudicio aditus ad sanctum altare, vt qui ne in laici quidem locum venire possint. Lege etiam quae à nobis scripta sunt in xii. canone sanctae Synodi.

QVAESTIO.

An non oporteat in sabbato genu flectere, sicut nec in Dominico, vel Pentecoste?

RESP. *A canone quidem non est prohibitum. Multi autem, quia ieiunium in sabbato non sequatur, ne genu quidem flectunt.*

SCHOL. BALS. Veneranda responsio multas breuiter contradictiones dissoluit. Dixit enim, quòd quoniam à sanctis Patribus non est expresse prohibitum in sabbato genu flectere, sicut est ieiunare prohibitum, qui genu flectit, non reputabitur aduersari ecclesiasticis traditionibus, & multo magis si hoc facit propter exercitationem. Quia autem à sanctis Patribus omnino sunt propè exaequata sabbata Dominicis, & qui in iis ieiunant, puniuntur: nec ei qui genu nō flectit, praeiudicium afferetur. Dicit enim quoddam iuris praeceptum hoc modo: Non omne quod non est prohibitum, est permissum.

QVAESTIO.

An oportet ieiunium in Augusto peragere?

RESP. *Erat prius in hoc tempore ieiunium, sed translatum est, ne cum gentilium, quae hoc tempore fiebant, ieiuniis incideret. Sed tamen adhuc multi homines hoc ieiunium ieiunant.*

SCHOL. BALS. De hoc ieiunio aliquando quaesitum est coram potenti & sancto nostro Domino & Imperatore, praesente sanctissimo illo Patriarcha Domino Luca, & qui cum eo inuenti sunt Antistitibus; & nonnulli quidem dicebant, non debere nos ieiunare, propter translationē quae in respōsione declaratur.

συνταττόμενος, ἀλλ' ἔτι ὢν λαϊκός. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ὅτι οὐ δύναταί τις τὰ μοναχικὰ ὁπωσδήποτε περιβαλλόμενος ἄμφια ῥῖψαι καὶ διαπαῖξαι αὐτά. οὐ γὰρ μετὰ μοναχικῶν ἀμφίων ὀφείλει δοκιμάζεσθαι· ἀλλὰ μετὰ σχήματος λαϊκοῦ. διὸ καὶ πᾶσι τοῖς τὸ ἱερὸν σχῆμα ἠμφιεσμένοις ἀποκριμάτιστος ἔσται ἡ εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον εἰσέλευσις. ὡς μηδὲ δυναμένοις εἰς τόπον ἐλθεῖν λαϊκοῦ. ἀνάγνωθι καὶ τὰ παρ' ἡμῶν γραφέντα εἰς τὸν ιδʹ. κανόνα τῆς ζʹ. συνόδου.

Ἐρώτησις.

Εἰ χρὴ μὲν κλίνειν ἐν σαββάτῳ γόνυ, ὥσπερ οὐδὲ ἐν κυριακῇ ἢ ἐν πεντηκοστῇ.

Ἀπόκρισις.

Ἀπὸ τοῦ κανόνος μὲν οὐ κεκώλυται· οἱ πολλοὶ δὲ διὰ τὸ μὴ ἐπακολουθεῖν ἐν σαββάτῳ νηστείαν, οὐδὲ γόνυ κλίνουσιν.

Ἑρμηνεία.

Ἡ προσκυνητέα ἀπόκρισις, δι' ὀλίγου πολλὰς ἀντιλογίας ἔλυσεν. εἶπε γὰρ ὡς ἐπεὶ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων οὐκ ἐκωλύθη ῥητῶς τὸ γόνυ κάμπτειν κατὰ τὰ σάββατα, ὥσπερ τὸ νηστεύειν κεκώλυται, ὁ γόνυ κάμπτων, οὐ λογιασθήσεται ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς ἐναντιούμενος παραδόσεσι, καὶ μᾶλλον εἴπερ τοῦτο ποιεῖ διὰ ἄσκησιν. ὅτι δὲ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων ἐξισώθησαν δῆλον σχεδὸν ταῖς κυριακαῖς τὰ σάββατα, καὶ οἱ νηστεύοντες ἐν τούτοις, κολάζονται, οὐδὲ ὁ γόνυ μὴ κάμπτων προσκριματισθήσεται. ἔστι γὰρ νομικόν τι παράγγελμα, οὕτω διεξιόν, οὐ πᾶν τὸ μὴ κεκωλυμένον ἐπιτέτραπται.

Ἐρώτησις.

Εἰ χρὴ τὴν ἐν τῷ Αὐγούστῳ νηστείαν ἐπιτελεῖν.

Ἀπόκρισις.

Ἦν νηστεία πρότερον ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ· μετετέθη δὲ διὰ τὸ μὴ περιπίπτειν ταῖς κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον γινομέναις ἐθνικαῖς νηστείαις. πλὴν καὶ ἔτι πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ταύτην τὴν νηστείαν νηστεύουσιν.

Ἑρμηνεία.

Τὸ περὶ τῆς νηστείας ταύτης ἐζητήθη ποτὲ ἐνώπιον τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως κατὰ παρουσίαν τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου κυροῦ Λουκᾶ, καὶ τῶν προευρεθέντων ἀρχιερέων· καὶ τινὲς μὲν εἶπον μὴ ὀφείλειν νηστεύειν ἡμᾶς διὰ τὴν ἐν τῇ ἀποκρίσει δηλουμένην μετάθεσιν.

ἕτεροι

ἕτεροι δὲ ἀντέτεινον, ὡς ἐπεὶ ἡ ἁγία σύνοδος ἀνενδοιάστως φησὶ νηστείαν μὲν γίνεσθαι πρότερον κατὰ ταύτας τὰς ἡμέρας· μετατεθῆναι δὲ ταύτην. οὐ δηλοῦται δὲ ὅπως καὶ ὅπου ἡ μετάθεσις γέγονεν· ὀφείλομεν δὴ ἐξ ἀνάγκης νηστεύειν. ὁ δὲ πατριάρχης καὶ οἱ ἀρχιερεῖς ἀπεφήναντο ἀπαραίτητον εἶναι τὴν νηστείαν τοῦ Αὐγούστου μηνός, καὶ εἰς ἐπισύστασιν τοῦ λόγου αὐτῶν ἐχρῶντο καὶ τῷ τόμῳ τῆς ἑνώσεως, τῷ διαλαμβάνοντι τοὺς τριγάμους τρεῖς τοῦ ἔτους μεταλαμβάνειν τῶν θείων ἁγιασμάτων, κατὰ τὸ μέγα πάσχα δηλαδή, κατὰ τὴν ἑορτὴν τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου, καὶ κατὰ τὴν γέννησιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, διὰ τὸ ἐν ταύταις προηγεῖσθαι νηστείαν, καὶ τὸ ἐκ ταύτης ὄφελος. ἀμφιβαλόντων δὲ καὶ εἰσέτι τῶν τότε τινῶν διὰ τὸ μὴ εὑρίσκεσθαι ὁπουδήποτε τὴν ποσότητα τῶν ἡμερῶν τῆς τοιαύτης νηστείας, εἶπεν ὁ αὐτὸς ἁγιώτατος πατριάρχης, ὡς τῶν ἡμερῶν ταύτης τε καὶ τῆς τελουμένης νηστείας πρὸ τῆς ἑορτῆς τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ μὴ δηλουμένων ἔκ τινος ἐγγράφου, ἀναγκαζόμεθα ἕπεσθαι τῇ ἀγράφῳ ἐκκλησιαστικῇ παραδόσει, καὶ ὀφείλομεν νηστεύειν ἀπὸ τῆς πρώτης τοῦ Αὐγούστου μηνὸς καὶ ἀπὸ τῆς ιδ΄. τοῦ Νοεμβρίου μηνός. εἰ δὲ καταλῦσαι διὰ σωματικὴν ἀσθένειαν ἀναγκαζόμεθα, ἐκ προτροπῆς ἐπισκοπικῆς αἱ δηλωθεῖσαι ἡμέραι τῶν νηστειῶν στενοχωρηθήσονται, ὅτι καὶ τοῦτο δέδοκται ἐξ ἀγράφου ἐκκλησιαστικῆς παραδόσεως.

Ἐρώτησις.

Εἰ δεῖ τὸν δαιμονιζόμενον μεταλαμβάνειν τῶν ἁγιασμάτων. ὁ μὲν γὰρ ἅγιος Τιμόθεος εἰς τὰς πρὸς αὐτὸν ἐρωτήσεις εἶπεν ἄλλως, καὶ οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι ἄλλως, καὶ οἱ μεταγενέστεροι ἄλλως.

Ἀπόκρισις.

Εἰ ἀπὸ μέλανος ἐνοχλεῖται χυμοῦ τις, ὡς δαιμονᾶν δοκεῖν, οὐ κωλυθήσεται. εἰ δὲ τῇ ἀληθείᾳ δαιμονῶν ἐστιν, ἥκιστα τῶν ἁγιασμάτων ἀξιωθήσεται. ὅτι οὐδὲ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος.

Ἑρμηνεία.

Ἐμοὶ δοκεῖ καὶ τῷ ἐκ διαλείμματος δαιμονῶντι παρὰ τοῦ ἁγίου Τιμοθέου ἐκχωρηθῆναι τὴν τῶν θείων ἁγιασμάτων μετάληψιν, καθ' ὃν νήφει πάντως καιρόν. καὶ μᾶλλον ἐὰν κατὰ τὴν μανίαν οὐ βλασφημεῖ κατὰ τῶν ἁγίων. ὥσπερ γὰρ ὁ ἀπὸ χυμοῦ μελαγχολικωτέρου ὀχλούμενος, ἐὰν οὐκ οἶδε τὴν χάριν τῶν ἁγιασμάτων, ἐπὶ πλέον δὲ βλασφημεῖ,

Alij autem contrà dicebant, quòd quoniam ſancta Synodus dicit abſque vlla dubitatione ieiunium fuiſſe prius hoc tempore, ſed fuiſſe trãſlatum, non declaratur autem vbi & quomodo tranſlatio facta ſit, debemus neceſſariò ieiunare. Patriarcha autem & Antiſtites pronunciarunt eſſe inexcuſabile ieiunium Auguſti menſis, & ad dicti ſui comprobationem etiam vnionis deciſione vtebantur, quæ tractat trigamos ter in anno eſſe ſacramentorum participes, ſcilicet in Paſchate, & in feſto dormitionis ſanctiſſimæ Deiparæ, & in natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti: eo quòd in eis præcederet ieiunium, & eius vtilitas. Quibuſdam autem tunc quoque dubitantibus, quòd nuſquam inueniretur præſcripta eius ieiunij dierum quantitas, dixit ipſe ſanctiſſimus Patriarcha, quòd cùm dies huius, & illius, quod ante Chriſti natalem fit, ieiunij, non declarentur ab vlla ſcriptura, cogimur ſequi non ſcriptam eccleſiaſticam traditionem, & debemus ieiunare à primo die Auguſti, & à xiiij. menſis Nouembris: ſin autem propter corporalem imbecillitatem id ſoluere cogamur, Epiſcopali permiſſione dies declarati in anguſtum redigentur: nam hoc quoque placuit ex non ſcripta eccleſiaſtica traditione.

QVÆSTIO.

An oportet Dæmoniacum communicare ſacramentis? Sanctus enim Timotheus in ſibi propoſitis quæſtionibus aliter dixit, & ſancti Apoſtoli aliter.

RESP. *Siquis atra bile agitatur, vt videatur eſſe Dæmoniacus, non prohibebitur. Sed ſi eſt reuera Dæmoniacus, ſacramentis minimè dignabitur: nulla eſt enim luci ſocietas cum tenebris.*

SCHOL. BALS. Mihi videtur ſanctus Timotheus, ei etiam, qui eſt per interualla Dæmoniacus, conceſſiſſe diuinorum ſacramentorum participationem, eo tempore quo eſt ſanæ mentis, & maximè, ſi eo tempore quo eſt furore percitus, non blaſphemet aduerſus ſancta. Quemadmodum enim qui ab humore melancholico vexatur, ſi non nouit ſacramentorum gratiam, imò etiam, quod magis eſt, blaſphemat,

non concedetur ei, vt sit sacramentorum particeps, ne diuina ex eo iniuria afficiantur: ita etiam qui furit per interualla, si sit dignus, & furoris tempore aduersus diuina mysteria non blasphemet, non impedietur eorum esse particeps eo tempore quo est sanæ mentis. In extrema autem respiratione existimo omnes debere dignos haberi diuino & sancto viatico. Nam sanctus quoque Timotheus decernit eos tunc baptizari debere.

QVÆSTIO.

An oportet ea quæ in ecclesia offeruntur, vt oblationes, panem scilicet & vinum, sacerdotem indiscriminatim comedere, & an tanquam panem communem debet hæc comedere, & si multa eiusmodi collecta fuerint, quid oportet his facere.

RESP. *Exaltatæ quidem oblationis fragmenta nequaquam, sed in sola debent ecclesia comedi, donec vniuersa consumpserint. quæ autẽ ex aliis supersunt, nõ cũ lacte, & caseo, & piscibus, sed separatim, & per se.*

SCHOL. BALS. Consequenter vii. can. Theophili Episcopi Alexandrini, qui situs est in compellatoria eius ad sanctum Theophanem oratione, & hæc expresse definit: Quæ pro sacrificio offeruntur, post ea quę cõsumuntur in vsum sacramẽtorum, Clerici diuidũt, & nec Catechumenus ex iis comedat, vel bibat. Sed potiùs Clerici, & fideles fratres qui sunt cum ipsis, respondit sancta Synodus. Sed canõ quidem nõ definit de fragmentis quæ restant ex sancto pane exaltato, & reliquis: nec præcepit quomodo iis vti oporteat. Respõsio autem, eorum consumptionẽ in duo diuisit. Sed sancta quidem Synodus de vino oblato nihil respondit. Sanctus autẽ ipsum quoque, similiter ac panes, consumẽdum decreuit, & rectè, vt existimo. Neque enim exaltatur vinum, sed solũ sanctificatur. lege etiam sanctorũ Apostolorum canonẽ lxxii. Syn. Ancyr. can. vii. & viii.

QVÆSTIO. VI.

Si vllus quocunq; in loco tonsus Monachus in aliquo quod eius animã offẽdit, læditur, & volẽs recedere, à suo Præposito ligatus fuerit, quid aget? Damnum cõtemnet, an vinculũ?

οὐ παραχωρηθήσεται μεταλαβεῖν, ἵνα μὴ ἐντεῦθεν περιυβρίζωνται τὰ θεῖα· οὕτω καὶ ὁ ἐκ διαλείμματος μαινόμενος, ἐὰν ἄξιός ἐστι, καὶ οὐδὲ βλασφημεῖ κατὰ τὸν τῆς μανίας καιρὸν κατὰ τῶν θείων μυστηρίων, οὐκ ἐμποδισθήσεται αὐτῶν μετασχεῖν, καθ' ὃν νήφει καιρόν. κατὰ δὲ τὰς τελευταίας ἀναπνοὰς οἴομαι πάντας ὀφείλειν ἀξιοῦσθαι τοῦ θείου καὶ ἁγίου ἐφοδίου, ὅτι καὶ ὁ ἅγιος Τιμόθεος, βαπτίζεσθαι τούτους τηνικαῦτα διορίζεται.

Ἐρώτησις.

Εἰ δεῖ τὰ προσφερόμενα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, οἷον προσφορὰς καὶ νάματα, ἀδιαφόρως ἐσθίειν τὸν ἱερέα, καὶ ὡς βούλεται. καὶ εἰ ὡς ἄρτον κοινὸν ὀφείλει ταῦτα ἐσθίειν· καὶ εἰ πολλὰ τοιαῦτα συναχθείη, τί δεῖ ταῦτα ποιεῖν.

Ἀπόκρισις.

Τὰ μὲν τῆς ὑψωθείσης κλάσματα οὐχί, ἀλλ' ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ μόνῃ ἐσθίειν ἕως ἂν ἅπαντα δαπανήσωσι· τὰ δὲ περιττὰ τῶν ἄλλων μὴ μετὰ γάλακτος καὶ τυροῦ καὶ ᾠοῦ καὶ ἰχθύων, ἀλλ' ἀποτεταγμένως καὶ ἰδιαζόντως.

Ἑρμηνεία.

Ἀκολούθως τῷ ζ'. κανόνι τοῦ ἁγίου Θεοφίλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, τῷ κειμένῳ εἰς τὸν προσφωνηματικὸν λόγον αὐτοῦ τὸν εἰς τὰ ἅγια θεοφάνια, καὶ διοριζομένῳ ταῦτα ῥητῶς, τὰ προσφερόμενα εἰς λόγον θυσίας μετὰ τὰ ἀναλισκόμενα εἰς τὴν τῶν ἁγίων χρείαν, οἱ κληρικοὶ διανεμέσθωσαν, καὶ μήτε κατηχούμενος ἐκ τούτων ἐσθιέτω ἢ πινέτω, ἀλλὰ μᾶλλον οἱ κληρικοὶ καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς πιστοὶ ἀδελφοί, ἀπεκρίνατο ἡ ἁγία σύνοδος. πλὴν ὁ μὲν κανὼν οὐ διεστείλατό τι χάριν τῶν περιττευόντων κλασμάτων ἀπὸ τοῦ ὑψωθέντος ἁγίου ἄρτου, καὶ τῶν λοιπῶν. οὐδ' ὅπως τούτοις δεῖ χρᾶσθαι παρεκελεύσατο. ἡ δὲ ἀπόκρισις διεῖλεν εἰς δύο τὴν τούτων δαπάνην. περὶ μέντοι τοῦ προσφερομένου οἴνου, ἡ μὲν ἁγία σύνοδος οὐδέν τι ἀπελογίσατο· ὁ δὲ ἅγιος, καὶ τοῦτον παρομοίως τοῖς ἄρτοις δαπανᾶσθαι διωρίσατο. καὶ ὡς νομίζω καλῶς. οὐδὲ γὰρ ὑψοῦται ὁ οἶνος, ἀλλὰ μόνον ἁγιάζεται. ἀνάγνωθι τὸν τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνα οβ'. καὶ τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου καὶ ζ'. καὶ η'.

Ἐρώτησις.

Εἰ ὁπουδήποτε ἀποκαρεὶς μοναχός τις βλάπτεται κατά τι συμβὰν ψυχικῶς, καὶ βουλόμενος ὑποχωρῆσαι δεσμηθῇ παρὰ τοῦ οἰκείου προεστῶτος, τί ποιήσει; τῆς βλάβης καταφρονήσει, ἢ τοῦ δεσμοῦ;

Ἀπόκρισις.

Χρὴ τοῦτον λέγειν τῷ προεστῶτι δι' ὃ βλάπτεται. καὶ εἰ ἔστι προφανὴς κίνδυνος ἐκ τούτου, ὑποχωρεῖν ἐκεῖθεν, καὶ μὴ τοῦ δεσμοῦ φροντίζειν.

Ἑρμηνεία.

Ὁ τρίτος κανὼν τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων συστάσης πρώτης καὶ τῆς δευτέρας συνόδου, ἀφορίζεσθαι διορίζεται τὸν καθηγούμενον, μὴ ἀναζητοῦντα μετ' ἐπιμελείας τὸν ἀποδιδράσκοντα μοναχὸν αὐτοῦ. καὶ ὁ δ'. κανὼν τῆς αὐτῆς συνόδου ἀφορίζει τὸν χωρὶς εὐλόγου αἰτίας μεταπίπτοντα μοναχόν, καὶ τὸν δεχόμενον αὐτόν· ὅθεν καὶ ἡ ἁγία σύνοδος ἀπελογήσατο μὴ ἀπεριμερίμνως, καὶ κατὰ τὸ δόξαν σκάνδαλον ἑνὶ ἑκάστῳ τῶν μοναχῶν, ὑποχωρεῖν ἐξ ἧς ἀπεκάρη μονῆς, ἀλλὰ ἀναδιδάσκειν τοῦτο τὸν καθηγούμενον, καὶ εἰ μὴ τύχοι διορθώσεως, ὑποχωρεῖν ἀπὸ τῆς μονῆς, καὶ μὴ ἐπιστρέφεσθαι τοῦ ἡγουμενικοῦ δεσμοῦ. ἐκλαβοῦ δὲ τὸ μὴ ἐπιστρέφεσθαι αὐτὸν τοῦ δεσμοῦ, εἰς τὸ μὴ ὑποπτεύειν κίνδυνον ἐκ τοῦ ὑποχωρῆσαι πρὸ τοῦ λυθῆναι τὸν δεσμόν· μὴ μέντοι γε καὶ εἰς τὸ γενέσθαι αὐτόλυτον. ἀναγκασθήσεται γὰρ προσελθεῖν τῷ κατὰ χώραν ἐπισκόπῳ, καὶ λυθῆναι τοῦ δεσμοῦ, ἢ κατὰ παρουσίαν τοῦ ἐπαγαγόντος αὐτόν, ἢ καὶ ἐκείνου δίχα, μετὰ τὴν μετάκλησιν μὴ παρουσιασομένους.

Ἐρώτησις.

Ἡγούμενος τελευτῶν, κατέλιπεν ἕτερον ἀνθ' ἑαυτοῦ, δεσμήσας αὐτὸν μὴ ὑποχωρῆσαι· ἀλλ' ὁ τοιοῦτος καταγνοὺς ἑαυτοῦ ἀσθένειαν, ὑπεχώρησε. τί γοῦν χρὴ ποιῆσαι περὶ τοῦ δεσμοῦ;

Ἀπόκρισις.

Ἀνεύλογος ὁ δεσμός, καὶ διὰ τοῦτο ἀνισχυρός, καὶ ὁ δεσμηθεὶς ἀπολυθήσεται, ἀρχιερεῖ προσελθών, καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀπαγγείλας.

Ἑρμηνεία.

Ὁ λβ'. κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων φησὶ τὸν ἀφορισθέντα παρὰ ἐπισκόπου μὴ δέχεσθαι παρὰ ἑτέρου, ἀλλ' ἢ παρὰ τοῦ ἀφορίσαντος αὐτόν· εἰ μὴ κατὰ συγκυρίαν τελευτήσει ὁ ἀφορίσας τοῦτον. κατὰ γοῦν τὴν τούτου περίληψιν ἀπελογήσατο ἡ ἁγία σύνοδος, τὸν ἀνεύλογον δεσμὸν τοῦ τελευτήσαντος καθηγουμένου λύεσθαι παρὰ ἀρχιερέως πάντως τοῦ κατὰ χώραν. οὐ γὰρ ἐνεδόθη ἑτέρας ἐνορίας ἀρχιερεῖ λύειν δεσμὸν καθηγουμένου, μὴ ὑποκειμένου αὐτῷ. καὶ ὁ μὲν παράλογος

RESP. *Oportet eum dicere Præposito scopum propter quem læditur, & si est ex eo manifestum periculum, recedere, & vinculum non curare.*

SCHOL. BALS. Tertius canon primæ & secundæ Synodi, quæ congregata est in æde sanctorum Apost. statuit vt segregetur Monasterij præpositus, qui non diligenter requirit Monachum suum qui aufugit: & quartus canon eiusdem Synodi segregat Monachũ, qui sine iusta causa recedit, & eum qui illum excipit. Vnde etiam sancta Synodus respondit, non incõsideratè, & pro ea quæ sibi apparuerit offensione licere vnicuique Monacho, ex eo in quo tonsus est Monasterio recedere. Sed hoc Præpositum docere, & si non correctionem assecutus sit, à Monasterio recedere, & vinculi sui Præpositi nullam curam ducere. Accipe autem illud, vinculi nullam curam ducere, ad hoc, vt non suspicetur aliquod sibi imminere periculum, eo quòd recesserit antequam sit solutum vinculum: non etiam ad hoc vt ipse per se absoluatur. Cogetur enim accedere ad loci Episcopum, & absolui à vinculo, vel eo præsente qui illi imposuit, vel etiam sine illo, postquam vocatus non adfuerit.

QVÆSTIO VII.

Moriens præpositus reliquit pro se alium, eo ligato ne recederet. Is autem sua imbecillitate cognita, recessit. Quid itaque faciendum est de vinculo?

RESP. *Ratione caret vinculum, & ideo inualidum, & accedens ad Episcopum ligatus absoluetur, cùm sua ei exposuerit.*

SCHOL. BALS. Xxxii. canon sanctorum Apostolorum, dicit eum qui ab Episcopo segregatus est, ab alio non suscipi, præterquam ab eo qui ipsum segregauit, nisi fortè fortuna moriatur qui eum segregauit. Sicut ergo eo comprehenditur, respondit sancta Synodus iniustum vinculum defuncti Præpositi solui omnino ab Episcopo regionis. Neque enim datum est alterius regionis Antistiti soluere vincula Præpositi sibi non subditi: & iniusta

quidem segregatio sic soluetur. De A ἀφορισμὸς οὕτω λυθήσεται. περὶ δὲ τοῦ ἐπιτι-
co autem, cui pœna est imposita pro- μηθέντος διὰ ἀδύνατον ἢ καὶ περιφανῶς παρά-
pter rem quæ fieri non potest, vel νομον καὶ ἀκανόνιστον αἰτίαν, σκεπτέον. καὶ ζήτει θέ-
causam manifestè iniustã, & non ca- μα ι. τοῦ ε. κεφ. τοῦ πρώτου τίτλου τοῦ ια. βιβλ. τῶν
nonicam, considerandũ est, & quære βασιλικῶν.
primum decretum quinti cap. primi
tituli xi. lib. Basilic.

Qvæstio VIII. / Ἐρώτησις.

An oportet, sacerdotem qui propter crimen est depositus, vel qui sacerdotium sua sponte deposuit, cùm seipsũ condẽnasset, præfari illud, Benedictus Deus, & hoc, Deus misereatur nostri, vel hoc, Christus, qui est verus, vel suffire suffitibus seu thymiamatibus, vel communicare intra altare?

Εἰ χρεὼν τὸν ἐπὶ ἐγκλήματι καθαιρεθέντα ἱερέα ἢ ἑκουσίως τὴν ἱερωσύνην καταλείψαντα, καταγνόντα ἑαυτοῦ, προλέγειν τό, εὐλογητὸς ὁ θεός, καὶ τό, ὁ θεὸς οἰκτηρῆσαι ἡμᾶς, ἢ τό, Χριστὸς ἀληθινός. ἢ θυμιᾶν μετὰ θυμιατοῦ, ἢ μεταλαμβάνειν ἔνδον τοῦ θυσιαστηρίου;

Ἀπόκρισις.

B Οὐχί. εἰς γὰρ τὸν τῶν λαϊκῶν τόπον ταχθήσεται.

Resp. *Non. In laicorum enim locum redactus est.*

Schol. Bals. Xxij. can. sancti Basil. sacerdotem qui illicitũ matrimonium contraxit insciẽs, dicit sola esse cathedra dignandum propter ignorantiam, non sinit autẽ eum alios benedicere. Nonus canon Synodi Neocæsar. hæc dicit expresse: Si Presbyter, qui corpore antè peccauit, promotus fuerit, & se ante ordinationem peccasse confessus fuerit, ne offerat, manens in cæteris, propterea quòd alioqui bonus sit. Et lxxix. Nouella Imperatoris Domini Leonis sapiẽtis statuit, vt qui post ordinationem cum muliere coniungitur, deponatur quidem, sed ad Clericorum habitus, & alîus ministerii in ecclesiis, quod non est attingere illicitum, alienationem nõ condemnetur. Mihi itaque videntur hæc conciliari pro differentia operationis ecclesiasticæ, & qui non sic operantur, iis quæ ad sacerdotes per accessum ad Altare, pertinent, priuabuntur, sed operationibus quæ pertinent ad Clericos qui sunt extra sacrum tribunal, non priuabuntur.

Qvæstio IX.

Quod dicit sanctus Basilius in paruis pœnis, sit à benedictione alienus pro lapsus proportione, quid est?

Resp. *Priuari aliquem benedictione, quæ datur in ecclesia.*

Schol. Bals. Benedictiones ecclesiasticæ sunt omnia quæ fiunt, vel dantur ab Episcopis, vel sacerdotibus in ecclesiis, ad preces & stabilimentum fidelis populi. Vnusquisque ergo pro sui lapsus proportione ecclesiastica benedictione priuetur.

Qvæstio X.

An oportet eos qui à sancta donatione sunt prohibiti, comedere exaltatas oblationes?

Resp. *Inuenimus in vita sancti Theodori Siceotæ eos fuisse prohibitos.*

Qvæstio XI.

An oporteat, vt vult canonicum Ieiunatoris, canonicè se gerere?

Resp. *Hoc ius canonicum Ieiunatoris nimia indulgentia vsum, multos perdidit. Qui itaque in boni cognitione existunt, & ab eo excidunt, corrigantur.*

Schol. Bals. Hæ duæ interpretationes claræ sunt. Videmus ergo, quòd permulti ex Monachis qui hominum peccatorum confessiones audiunt, cum eo iure canonico se canonicè gerunt. Ora ergo, vt fiat conuenienter huic salutari responsioni. Quòd autem exaltati panis fragmentum non accipiant, qui diuinorum sacramentorum esse participes sunt prohibiti, actu fieri videmus. Existimo autem quòd mulieres, etsi prohibitæ fuerint sanctis communicare, exaltati tamen panis fragmentum accipere non vetabuntur. Nam in diuersis etiam canonibus dicit Basilius, mulieres quæ lapsæ sunt, & propterea ecclesiasticæ excommunicationis pœna tenentur, à sancta quidem participatione alienari, sed ab ecclesiastica communione vt viros non alienari, ne non bona de eis suspicio exoriatur: & propterea traducantur. Si itaque non datum eis fuerit in ecclesia existentibus exaltati panis fragmentum, cognoscetur protinus malum propter quod sancta communione dignæ non habentur. Quod non vult sanctus.



ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΩΝ

ΑΓΙΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

CANONES SANCTORVM

APOSTOLORVM.

Κανὼν α΄.



ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ χειροτονείσθω ὑπὸ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν.

Ἑρμηνεία.

Ὁ ἀποστολικὸς οὗτος κανών, περὶ χειροτονίας διαλέγεται τῆς παρὰ ἀρχιερέως τελουμένης ἐπ' ἐκκλησίας, καθὼς καὶ ὁ μέγας Παῦλος φησί, χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει, μηδὲ κοινώνει ἀλλοτρίαις ἁμαρτίαις· οὐ μὴν περὶ ψήφου, καθώς τινες εἶπον, ἀκολουθήσαντες τοῖς ἀγράφως λεγομένοις, διὰ τὴν τῶν χειρῶν ἔκτασιν τὴν γινομένην, ὅτε παρὰ τοῦ πλήθους τῶν πόλεων, αἱ ψῆφοι τῶν ἀρχιερέων ἐγίνοντο. κἂν γὰρ ἡ ἐν Λαοδικείᾳ σύνοδος ἐν ί. κανόνι φησὶ μὴ δεῖν τὰς χειροτονίας ἐν παρουσίᾳ ἀκροωμένων γίνεσθαι, κἀκ τούτου τινὲς ὑπέλαβον καὶ τὸν κανόνα τοῦτον περὶ ψήφου διαλέγεσθαι· ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ μὴ καλῶς τούτους λέγειν, ὅτι καὶ ἡ ἐπ' ἐκκλησίας χειροτονία διὰ μυστικῶν εὐχῶν τελεῖται, κἂν ἐνώπιον πολλῶν γένηται· ἄλλως τε τοῦ δ΄. κανόνος τῆς ἐν Νικαίᾳ α. ἁγίας συνόδου, διοριζομένου τὴν τοῦ ἐπισκόπου ψῆφον γίνεσθαι παρὰ πάντων τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων ἢ τέως τριῶν, ἐγγράφως καὶ τῶν λοιπῶν συναινούντων, ἀπορῶ πῶς εἶπον τινὲς τὸν κανόνα τοῦτον νοεῖσθαι περὶ ψήφου ἀρχιερέως, λέγοντα ὑπὸ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν χειροτονεῖσθαι ἐπίσκοπον.

CANON I.



EPISCOPVS *à duobus vel tribus Episcopis ordinetur.*

SCHOL. BALS.

Hic canon Apostolicus loquitur de ordinatione, quæ fit ab Antistitibus in Ecclesia: sicut magnus quoque dicit Apostolus, Nemini manus citò imposueris, nec alienis peccatis communicaueris: non autem de electione, vt nonnulli dicebant, secuti ea quæ dicebantur sine scriptis, per manuum eleuationem quæ fiebat à populo ciuitatum, quando fiebant electiones Antistitum. Etsi enim Laodicena Synodus dicit in primo canone non debere fieri ordinationes in præsentia audientium, quo in lóco ordinatio, quæ Græcè est χειροτονία, pro electione accipitur, & ideo nõnulli existimarunt hunc quoq; canonẽ loqui de electione, mihi tamẽ videtur eos non rectè dicere. Quę enim fit in Ecclesia ordinatio, per preces mysticas peragitur, etiãsi fiat corã multis: alioqui cùm iiij. canon sanctæ primæ Synodi decernat debere fieri electionem Episcopi ab omnibus Episcopis prouinciæ, vel à tribus saltẽ, reliquis in scriptis assentiẽtibus, dubito quomodo dixerũt nõnulli hunc canonẽ de electione intelligi, qui dicit à duobus vel tribus Episc. ordinãdũ Episcopum.

Canon II.

Presbyter ab vno Episcopo ordinetur, & Diaconus, & reliqui Clerici.

Schol. Bals. Hic quoque præsens canon de ordinatione consequenter statuens, probat etiam præcedentem canonem accipi de ordinatione Episcoporum, non de eorum electione. Neque enim Presbyterum, vel Diaconum, vel alium Clericum priùs eligi & sic ordinari docti sumus.

Canon. III.

Si quis Episcopus, vel Presbyter, præter Domini de sacrificio ordinationem, alia quædam ad altare attulerit, mel, vel lac, vel pro vino siceram, vel confecta, vel aues, vel aliqua animalia, vel legumina, præter ordinationem, deponatur, præterquam noua legumina * *tẽpore opportuno. Ne liceat autem aliquid aliud ad altare offerre quàm oleum ad luminare, & incensum tempore sanctæ oblationis.*

* Haloandri exemplar habet ἢ σταφυλὰς, id est, vel vuã, quod hîc deest.

Schol. Bals. Sacrificia, quæ ex lege antiqua in templo fiebant, per sanguinẽ & animalium cædem, eadem prohibentes diuini Apostoli, incruentum, quod à Domino traditum est, sacrificium fieri iusserunt, & Sacerdotem, qui præter hæc facit, deponendum esse statuerunt. Est autem Sicera quidquid sine vino inebriat. Cùm autem audis canonem dicentem, Præterquam noua legumina, ne putes per hæc permitti fieri sacrificium. Sed dic ea offerri Sacerdoti, tanquam nouorum fructuum primitias: & vt ea ex manibus Sacerdotis cum benedictione accipientes, Deo gratias agamus, qui ea nobis suppeditat, quæ ad victum nostrum cultúmque sufficiunt. Et ideo, vt est verisimile, Patriarchæ quoque vuas offerunt in altari sacrę ædis Blachernarum, peracto sacro in festo dormitionis sanctissimę Deiparæ. Ego autẽ vidi quendã depositũ, & ex venerandi Monasterij regionis cui præerat, præfectura eiectum, quòd caseos & carnes ad altare inferret, consilio cuiusdam improbi hominis, qui eum seduxit, & dixit hoc modo futuram

A

Κανόνες.

Πρεσβύτερος ὑπὸ ἑνὸς ἐπισκόπου χειροτονείσθω, καὶ διάκονος, καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί.

Ἑρμηνεία.

Καὶ οὗτος ὁ κανὼν περὶ χειροτονίας ἀκολούθως νομοθετῶν παρίστησι καὶ τὸν πρὸ αὐτοῦ κανόνα ἐκλαμβάνεσθαι περὶ ἐπισκόπων χειροτονίας, οὐ περὶ ψήφου αὐτῶν. οὐδὲ γὰρ ψηφίζεσθαι πρότερον πρεσβύτερον ἢ διάκονον, ἐνεδιδάχθημεν, ἢ ἕτερον κληρικὸν, καὶ οὕτω χειροτονεῖσθαι αὐτόν.

Κανόνες.

B

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, παρὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν τὴν ἐπὶ τῇ θυσίᾳ, προσενέγκῃ ἕτερά τινα ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, ἢ μέλι, ἢ γάλα, ἢ ἀντὶ οἴνου σίκερα ἐπιτηδευτὰ, ἢ ὄρνεις, ἢ ζῶά τινα, ἢ ὄσπρια, παρὰ τὴν διάταξιν, καθαιρείσθω· πλὴν νέων χίδρων, τῷ καιρῷ τῷ δέοντι. μὴ ἐξὸν δὲ ἔστω, προσάγεσθαί τι ἕτερον πρὸς τὸ θυσιαστήριον, ἢ ἔλαιον εἰς τὴν λυχνίαν, καὶ θυμίαμα, τῷ καιρῷ τῆς ἁγίας προσφορᾶς.

Ἑρμηνεία.

Τὰς ἐκ τοῦ παλαιοῦ νόμου γινομένας ἐπὶ τοῦ ἱεροῦ θυσίας δι' αἵματος καὶ ζώων σφαγῆς ἀπαγορεύσαντες οἱ θεῖοι ἀπόστολοι, τὴν ὑπὸ τοῦ

C

κυρίου παραδοθεῖσαν ἀναίμακτον θυσίαν ἐκέλευσαν γίνεσθαι, καὶ τὸν παρὰ ταῦτα ποιοῦντα ἱερέα καθαιρεῖσθαι διωρίσαντο. σίκερα δέ ἐστι, πᾶν τὸ ἄνευ οἴνου μέθην ἐμποιοῦν. ἀκούων δὲ τοῦ κανόνος λέγοντος πλὴν νέων χίδρων, ἤγουν ὀσπρίων, μὴ νομίσῃς συγκεχωρεῖσθαι τὴν διὰ τούτων θυσίαν· καὶ τοῦτο γὰρ ἀπηγόρευται. ἀλλὰ λέγε προσφέρεσθαι ταῦτα τῷ ἱερεῖ ὡς ἀπαρχὰς τῶν ἐτησίων καρπῶν. καὶ ἵνα λαμβάνοντες αὐτὰ ὑπὸ τῶν χειρῶν τοῦ ἱερέως μετ' εὐλογίας, εὐχαριστίαν τῷ θεῷ ἀναπέμπωμεν, τῷ οἰκονομή-

D

σαντι τὰ πρὸς ζωάρκειαν καὶ θεραπείαν ἡμῶν. διὰ γὰρ τοῦτο ὡς ἔοικε καὶ σταφυλὰς τῷ πατριάρχῃ προσφέρουσιν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ τοῦ θείου ναοῦ τῶν Βλαχερνῶν, μετὰ τὴν ἱεροτελεστίαν κατὰ τὴν ἑορτὴν τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου. ἐγὼ δὲ εἶδον καθαιρεθέντα καὶ τῆς ἡγουμενίας ἐκβληθέντα τινὰ προεστῶτα τῆς σεβασμίας μονῆς τῆς χώρας, διὰ τὸ τυροὺς καὶ κρέα ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ εἰσαγαγεῖν ἀπὸ συμβουλῆς ἀνθρώπου κακοῦ, πλανήσαντος αὐτὸν, καὶ εἰπόντος ἐκ τούτου τὸν τρόπον πολλῶν ἀῤῥω-

σημάτων θεραπείαν γίνεσθαι. θυμίαμα δὲ καὶ ἔλαιον, οὐ χάριν θυσίας προσάγεται, ἀλλ᾽ εἰς φωταγωγίαν τοῦ ναοῦ, καὶ εὐχαριστίαν τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς καὶ θεοῦ. ἀνάγνωθι τῆς ϛ΄. συνόδου κανόνας κη΄. λβ΄.

Κανόνες.

Η ἄλλη πᾶσα ὀπώρα εἰς οἶκον ἀποστελλέσθω ἀπαρχὴ τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ θυσιαστήριον. δῆλον δὲ, ὡς ὁ ἐπίσκοπος καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἐπιμερίζουσι τοῖς διακόνοις, καὶ τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς.

Ερμηνεία.

Σημείωσαι καὶ ἀπὸ τούτου τοῦ κανόνος, ὅτι ἐν τῷ ναῷ μόνα ὄσπρια καὶ σταφυλαὶ ὡς ἀπαρχαὶ τῷ ἐπισκόπῳ προσάγονται. αἱ ὀπῶραι δὲ καὶ τὰ λοιπὰ ἀποστέλλονται τῷ ἐπισκόπῳ χάριν τοῦ δι᾽ αὐτοῦ ἀξίαν τῷ θεῷ εὐχαριστίαν δοθῆναι. ὅπως δὲ τὰ ἐπὶ ταῖς μνήμαις τῶν ἁγίων καὶ τῶν κατοιχομένων προσφερόμενα καὶ κοινίσκια λεγόμενα διὰ πολυειδῶν ὀπωρῶν κοσμούμενα τῷ θυσιαστηρίῳ προσφέρονται, μαθήσῃ ἀπὸ τοῦ εἰς τοὺς κεκοιμημένους λόγου τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου. σὺ δὲ εἰπὲ, ὅτι καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ἀναγκάζονται οἱ ἐπίσκοποι παρηγορεῖσθαι τοὺς κληρικοὺς αὐτῶν ἀπὸ τῶν εἰσόδων τῶν ἐκκλησιῶν.

Κανόνες.

Επίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος, τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα μὴ ἐκβαλέτω προφάσει εὐλαβείας. ἐὰν δὲ ἐκβάλῃ, ἀφοριζέσθω· ἐπιμένων δὲ, καθαιρείσθω.

Ερμηνεία.

Πρὸ τῆς ϛ΄. συνόδου τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ τοῦ παλατίου γινομένης, ἐξῆν τοῖς ἐπισκόποις ἔχειν γυναῖκας, καὶ μετὰ τὸ ἐπισκοπικὸν ἀξίωμα, ὥσπερ ἔχουσι ταύτας καὶ οἱ μετὰ τὸν γάμον χειροτονούμενοι ἱερεῖς ἢ διάκονοι. ἐπεὶ οὖν πρὸ τῆς Ἰουστινιανείου ριζ΄. νεαρᾶς τῆς κειμένης ἐν βιβλίῳ τῶν βασιλικῶν κη΄. τίτλῳ ζ΄. ἄδειαν εἶχεν ὁ βουλόμενος ἐκ πάσης αἰτίας ἀποστέλλειν τῇ γυναικὶ αὐτοῦ διαζύγιον, φησὶν ὁ παρὼν κανὼν, μὴ ἔχειν ἄδειαν τὸν ἐπίσκοπον ἢ τὸν πρεσβύτερον ἢ τὸν διάκονον, προφάσει εὐλαβείας ἐκβάλλειν τὴν οἰκείαν γυναῖκα. τὰ τοῦ τοιούτου δὲ κανόνος ἐσχόλασεν, ὅσον τέως εἰς τοὺς πρεσβυτέρους καὶ διακόνους· οἱ γὰρ ἐπίσκοποι γυναῖκας ἔχειν, ὡς εἴρηται, μετὰ τὴν ἐπισκοπὴν οὐ δύνανται.

A plurimorum morborum medelam. Incensum autem & oleum propter sacrificium non offertur, sed ad templi illuminationem, & veræ Luci & Deo gratiarum exhibẽdam actionẽ. Lege sextæ Syn. can. xxviii. & xxxij.

CANON IIII.

Omnis autem alius fructus domum mittatur, primitiæ Episcopo & Presbyteris. Clarum autem est, quòd Episcopus & Presbyteri Diaconis & reliquis clericis distribuunt.

B SCHOL. BALS. Nota etiam ex hoc præsenti canone, quòd in templo sola legumina & vuæ, vt primitiæ, Deo offeruntur: fructus autem & reliqua mittuntur ad Episcopum: vt per eum, vt par est, Deo gratiæ agãtur. quomodo autem quæ in memoriis sanctorum & mortuorum offeruntur, & cæniscia appellantur, omni genere fructuum ornata ad altare offerantur, disces ex oratione magni Athanasij, De iis qui dormierunt. Tu autem dic quòd etiam ex præsenti canone necesse habent Episcopi consolari Clericos C suos ex redditibus ecclesiarum.

CANON V.

Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus vxorem suam ne eiiciat religionis prætextu: sin autem eiecerit, segregetur: & si perseueret, deponatur.

SCHOL. BALS. Ante sextam Synodum, quæ fuit in Trullo palatii, licebat Episcopis habere vxores, etiã post dignitatem Episcopalem, quemadmodum & qui post matrimonium ordinantur Sacerdotes & D Diaconi. Quoniam itaque ante cxvij. Iustiniani nouellam, quæ sita est in libro Basilic. xxviii. tit. vii. licet quauis ex causa mittere suæ vxori libellum repudii, dicit præsens canon, non licere Episcopo, vel Presbytero, vel Diacono prætextu pietatis suam vxorem eiicere. Hic autem canon exoleuit, quod ad Presbyteros & Diaconos attinet: Episcopi enim, vt dictum est, post Episcopatum vxores habere nõ possunt,

quòd non possit aliter solui matrimonium quàm pro causis quæ in nouella continentur, quæ sunt hæ: Si quis ex coniugibus aduersus Imperatorem conspirauerit. Si vxor adulterata fuerit. Si alteruter vitæ alterius insidiatus fuerit. Si vxor cum viris externis nolente marito conuiuetur, vel lauetur. Si extra domum mariti vxor manserit, nisi fortè apud suos parentes. Si vxor vadat ad equorum circense curriculum præter voluntatem mariti. Si alteruter coniugum vitam Monasticam elegerit. Sunt etiam aliæ causæ in dicta nouella contentæ, quam etiam lege.

CANON VI.

Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus seculares curas non suscipiat: alioqui deponatur.

SCHOL. BALS. De hominibus consecratis, qui seculares seruitutes exercent, satis scripsimus in xiii. cap. viii. tit. presẽtis operis. Cùm autẽ hic canon dicat, Clericũ qui sic facit, deponendũ, lxxxi. autẽ canon Apostolicus & alii canones dicant, vel cesset, vel deponatur: interrogauerit quispiam, quisnam est sequendus: & puto, quòd benignior. Nam clarum illum & magnum œconomum Aristenum xxx. dierum publicis edictis à iuris dicendi officio cessare iussit sancta Synodus.

CANON VII.

Si quis Episcopus, Presbyter, vel Diaconus, Sacri Paschæ diem ante vernum æquinoctium cum Iudæis celebrauerit, deponatur.

SCHOL. BALS. Diuini Apostoli nolunt nos festum cum Iudæis celebrare. Decernunt ergo vt Pascha dominicum à nobis celebretur postquam illi Pascha legale celebrauerint: & quia illi ante vernum æquinoctium Pascha celebrant, debemus nos post vernum æquinoctium celebrare. Est autem vernum æquinoctium, non, vt nonnulli dicunt, xxv. mensis Martii, vel xx. aut aliquis alius dies præstitutus: sed quando id euenerit. Ex cyclica enim sententia cursus Solis & Lunæ aliàs aliter est æquinoctium.

ἐκ τοῦ μὴ λύεσθαι σήμερον ἄλλως πως γυναικέσιον οἱονδηποτοῦν, εἰ μὴ ἐκ τῶν αἰτιῶν τῶν ἐν τῇ ῥηθείσῃ νεαρᾷ περιεχομένων. αἳ καὶ εἰσὶν αὗται, τὸ φρονῆσαι τινὰς ἐκ τῶν ὁμοζύγων κατὰ βασιλέα, τὸ μοιχευθῆναι τὴν γυναῖκα, τὸ ἐπιβουλεῦσαι θάτερον τῇ τοῦ ἑτέρου ζωῇ, τὸ συμποσιάζειν ἢ συλλούεσθαι τὴν γυναῖκα ἀνδράσιν ἐξωτικοῖς, μὴ βουλομένου τοῦ ἀνδρὸς, τὸ ἔξω τῆς οἰκίας τοῦ ἀνδρὸς μεῖναι τὴν γυναῖκα, εἰ μή τοίγε τυχὸν παρὰ τοῖς ἰδίοις γονεῦσι, τὸ τὴν γυναῖκα ἀπελθεῖν εἰς ἱπποδρόμιον δίχα γνώμης τοῦ ἀνδρὸς, τὸ ἑλέσθαι τὸν μονήρη βίον θάτερον ἐκ τῶν ὁμοζύγων, καὶ ἄλλαι τινὲς ὑπογεγραμμέναι ἐν τῇ ῥηθείσῃ νεαρᾷ, ἣν καὶ ἀνάγνωθι.

Κανὼν ϛ΄.

Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος, κοσμικὰς φροντίδας μὴ ἀναλαμβανέτω· εἰ δὲ μή, καθαιρείσθω.

Ἑρμηνεία.

Περὶ τῶν ἱερωμένων ἐνεργούντων δουλείας κοσμικάς, ἱκανῶς ἐγράψαμεν ἐν τῷ ιγ΄. κεφαλαίῳ τοῦ η΄. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. τούτου δὲ τοῦ ἀποστολικοῦ κανόνος λέγοντος καθαιρεῖσθαι τὸν οὕτω ποιοῦντα κληρικόν· τοῦ δὲ πα΄. ἀποστολικοῦ κανόνος, καὶ ἑτέρων κανόνων λεγόντων, ἢ παυσάσθω ἢ καθαιρείσθω, ἐρωτήσει τις τίνι προσέχειν ὀφείλομεν· καὶ οἶμαι ὅτι τῷ φιλανθρωποτέρῳ, ὅτι καὶ τὸν ὑπέρθυμον ἐκεῖνον καὶ μέγαν οἰκονόμον τὸν Ἀριστηνὸν διὰ τριακονθημέρων ἐπιφωνημάτων τελικῶν, ἀπεφώνησεν ἡ ἁγία σύνοδος ἀποσχέσθαι τοῦ δικαιοδοτικοῦ ὀφφικίου.

Κανὼν ζ΄.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τὴν ἁγίαν τοῦ πάσχα ἡμέραν πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας μετὰ Ἰουδαίων ἐπιτελέσῃ, καθαιρείσθω.

Ἑρμηνεία.

Οἱ θεῖοι ἀπόστολοι συνεορτάζειν ἡμᾶς μετὰ Ἰουδαίων οὐ θέλουσι. διορίζονται οὖν τὸ κυριακὸν πάσχα γίνεσθαι παρ᾽ ἡμῶν μετὰ τὸ ἐκείνους τελέσαι τὸ νομικὸν πάσχα. καὶ ἐπεὶ ἐκεῖνοι πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας τὸ πάσχα ἑορτάζουσιν, ὀφείλομεν ἡμεῖς ἑορτάζειν μετὰ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν. ἐαρινὴ δὲ ἰσημερία γίνεται, οὐχ ὥς τινές φασι κατὰ τὴν κε΄. τοῦ Μαρτίου μηνὸς, ἢ τὴν κ΄. ἢ ἑτέραν οἱανδήτινα ὡρισμένην ἡμέραν, ἀλλ᾽ ὅτε τύχῃ. ἀπὸ γὰρ τῆς κυκλικοῦ ψήφου τοῦ ἡλιακοῦ δρόμου καὶ τῆς σελήνης, ἄλλοτε ἄλλως ἡ ἐαρινὴ γίνεται ἰσημερία.

ὅτι οὖν ἐνομοθέτησεν ὁ Μωσῆς πάσχα ποιεῖν τοὺς Ἰουδαίους ἐτησίως, ἤτοι διάβασιν τῶν κακῶν, εἰς ἀνάμνησιν τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς Αἰγυπτιακῆς δουλείας· καὶ τοῦτο δὲ οὐκ ἄλλως, ἀλλ' ἢ πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας, τεσσαρεσκαιδεκαταίας οὔσης τῆς σελήνης ἐν τῷ πρώτῳ μηνὶ, ἤτοι τῷ Μαρτίῳ, ἑορτάζομεν καὶ ἡμεῖς τὸ κυριακὸν πάσχα, ἤτοι τὴν ἐκ τῆς δουλείας τοῦ διαβόλου ἐλευθερίαν ἡμῶν, ἣν διὰ τοῦ οἰκείου πάθους ὁ Χριστὸς καὶ θεὸς ἡμῶν ἡμῖν ἐχαρίσατο. ἑορτάζομεν δὲ τοῦτο, οὐχ ὅτε Ἰουδαϊκὸν πάσχα τελεῖται, ἀλλὰ μετὰ τοῦτο, δηλονότι μετὰ τὸ γενέσθαι τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν καὶ μετὰ τὴν ιδ'. ἡμέραν τοῦ πρώτου μηνὸς, ἤτοι τῆς πρώτης σελήνης τοῦ Μαρτίου μηνὸς, ἐν τῇ αὐτῇ μέντοι ἑβδομάδι, ὅτε καὶ τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ καὶ ἡ ἀνάστασις, οὕτω ποτὲ γεγόνασι. ζήτει καὶ τὸν η'. λόγον τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Χρυσοστόμου, ὃν συνεγράψατο εἰς τὸ πάσχα. ζήτει τὸν ογ'. κανόνα τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ παρ' ἡμῶν παραγραφέντα περὶ τοῦ πάσχα.

Κανὼν η'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ἢ ἐκ τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, προσφορᾶς γενομένης, μὴ μεταλάβοι, τὴν αἰτίαν εἰπάτω. καὶ ἐὰν ᾖ εὔλογος, συγγνώμης τυγχανέτω· εἰ δὲ μὴ λέγῃ, ἀφοριζέσθω, ὡς αἴτιος βλάβης γενόμενος τῷ λαῷ, καὶ ὑπόνοιαν ἐμποιήσας κατὰ τοῦ προσενέγκαντος.

Ἑρμηνεία.

Βενεφίκιον λέγεται κατὰ Λατίνους πᾶν δώρημα, καὶ εὐεργέτημα. ἐπεὶ οὖν τινὲς στρατιῶται ἐν καιρῷ διωγμοῦ, ζήλῳ θείῳ νικηθέντες τὰς ζώνας τῶν στρατειῶν αὐτῶν ἀπέθεντο καὶ πρὸς μαρτύριον ὥρμησαν· ὕστερον δὲ ὑπὸ δαιμονιώδους μεταμελείας συνωθηθέντες, ἀπέστησαν τοῦ μαρτυρίου, καὶ τοῖς ἀπίστοις διώκταις * ἠκολούθησαν, καὶ χρήμασιν ἢ ἄλλοις δωρήμασι, τοῦτο γάρ ἐστι τὸ βενεφίκιον ὡς εἴρηται, τὰς προτέρας αὐτῶν στρατείας ἔλαβον, καὶ εἰς τὸν οἰκεῖον ἔμετον ἀνέδραμον, φησὶν ὁ κανὼν ὡς εἴγε καὶ οὗτοι

SCHOL. BALS. Lxij canon Apostolicus tractat de clericis qui per vim transgressi sunt: præsens autem canon, de iis qui sine vi deum negauerunt: & dicit eos oportere recipi, si germanè, id est verè, pœnitentiam agant: & tribus quidem annis stare extra templum, & Dei hymnos & cantica audire: septem autem annis substerni siue intra ecclesiam stare, sed post ambonem, & cum catechumenis exire. Completo autem septennio, cum fidelibus quidem vnà comprecabuntur integrè: post biennium verò digni habebuntur sacramentis.

CANON XII.

Qui autem à gratia quidem euocati, & primum suum ardorem ostenderunt, & cingula deposuerunt, postea autem vt canes ad suum vomitum reuersi sunt, vt nonnulli etiam pecuniam profunderent, & beneficiis militiam assequerentur, hi decem annis prosternantur supplices, etiam post triennij auditionis tempus. In his autem omnibus examinare conuenit consilium & speciem pœnitentiæ. Quicunque enim, & metu, & lacrymis, & tolerantia, & bonis operibus, conuersionem & opere & habitu ostendunt, hi impleto auditionis tempore quod præfinitum est, meritò orationum communionem habebunt, cum eo quòd etiam liceat episcopo humanius aliquid de eis statuere. Quicunque autem non adeò grauiter tulerunt, nec multum sua referre existimarunt, satisque esse putarunt in ecclesias ingredi ad conuersionem, tempus omnino impleant.

SCHOL. BALS. Illud quod Græcè est, βενεφικίοις κατορθῶσαι τὸ ἀναστρατεύσασθαι, interpretatur, pecuniis vel aliis donis militiam accipere. Quoniam ergo nonnulli milites, tempore persecutionis diuino zelo moti, ipsarum militiarum cingula deposuerant, & ad martyrium impetu quodam procurrerant: postea autem dæmoniaca pœnitentia adacti, à martyrio defecerant, & infideles persecutores secuti erant, & pecuniis vel aliis donis priores suas militias receperant, hoc enim est beneficium, vt dictum est, & ad proprium vomitum redierant, dicit canon, quòd si ij cum sincera

* ἐκοινώνησαν.

compunctione ad ecclesiam accesserint, recipientur, debentes tribus quidem annis extra Ecclesiam stare, & diuinas scripturas audire, decem autem annis ὑποπίπτειν, id est post ambonem stare, & cum catechumenis exire, post hæc autem vnà cum fidelibus orare: sacramentis autem omnino digni non habeantur, nisi biennium præterierit, sicut & superiùs diximus. Quoniam & ij sunt ex iis qui sua sponte labuntur. Concedit autem canon episcopo vt pœnam minuat, pro eius cui pœna imposita est, conuersione.

Canon XIII.

De iis autem qui excedunt, antiqua & canonica lex nunc quoque seruabitur, vt si quis vita excedat, vltimo & maximè necessario viatico ne priuetur. Si autem deploratus & communionem assecutus, rursus in viuos relatus sit, cum iis qui orationum sunt tantùm communionis participes. In summa autem, de quolibet excedente, & Eucharistiæ participationem petente, episcopus cum examinatione eum oblatione impertiat.

Schol. Bals. Hic est canon generalis. Iubet enim, omnem cui pœna imposita est, & sacramentis est priuatus, præclaro sanctæ participationis seu communionis viatico non priuari, in extremo spiritu, cum examinatione episcopi. Addit autem, quòd si talis post sacramentorum participationem, mortem euaserit, vnà cum fidelibus precabitur. Sacramenta autem non assequetur, nisi præstitutum pœnæ tempus omnino impletum fuerit. Puto autem, quòd tunc post sanitatem vnà cum fidelibus orare permittetur ei cui pœna imposita est, quando & ante morbum vnà cum eis precabatur. Si enim in loco audientium stabat, eundem habebit locum etiam post sanitatem.

Canon XIIII.

De catechumenis, & qui lapsi sunt, visum est sanctæ & magnæ synodo, vt ij tribus annis tantùm audientes, postea orent cum catechumenis.

μετὰ εἰλικρινοῦς κατανύξεως προσέλθωσι τῇ ἐκκλησίᾳ, δεχθήσονται, ὀφείλοντες, τρία μὲν ἔτη ἔξωθεν τῆς ἐκκλησίας ἵστασθαι, ὄπισθεν τοῦ ἄμβωνος, καὶ ἐξέρχεσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων. μετὰ δὲ ταῦτα συνεύχεσθαι μετὰ τῶν πιστῶν· πάντως δὲ τῶν ἁγιασμάτων οὐκ ἀξιοῦσθαι, εἰ μὴ διετία παρέλθῃ, καθὼς καὶ ἄνωθεν εἴπομεν, ὅτι καὶ οὗτοι ἐκ τῶν ἑκουσίως παραπιπτόντων εἰσίν. ἐνέδωκε δὲ ὁ κανὼν τῷ ἐπισκόπῳ μειοῦν τὰ ἐπιτίμια κατὰ τὴν τοῦ ἐπιτιμηθέντος ἐπιστροφήν.

Κανὼν ιγ'.

Περὶ δὲ τῶν ἐξοδευόντων, ὁ παλαιὸς καὶ κανονικὸς νόμος φυλαχθήσεται καὶ νῦν, ὥστε, εἴ τις ἐξοδεύοι, τελευταίου καὶ ἀναγκαιοτάτου ἐφοδίου μὴ ἀποστερεῖσθαι. εἰ δὲ ἀπογνωσθεὶς καὶ κοινωνίας πάλιν τυχὼν, πάλιν ἐν τοῖς ζῶσιν ἐξετασθῇ, μετὰ τῶν κοινωνούντων τῆς εὐχῆς μόνης ἔστω. καθόλου δὲ καὶ περὶ παντὸς οὑτινος οὖν ἐξοδεύοντος, αἰτοῦντος τοῦ μετασχεῖν εὐχαριστίας, ὁ ἐπίσκοπος μετὰ δοκιμασίας μεταδιδότω τῆς προσφορᾶς.

Ἑρμηνεία.

Οὗτος ὁ κανὼν γενικός ἐστι. παρακελεύεται γὰρ, πάντα ἐπιτιμηθέντα, καὶ τῶν ἁγιασμάτων στερούμενον, ἀξιοῦσθαι τοῦ καλοῦ ἐφοδίου τῆς ἁγίας μεταλήψεως, ἐν ταῖς τελευταίαις ἀναπνοιαῖς, μετὰ δοκιμασίας τοῦ ἐπισκόπου. προστίθησι δὲ ὡς εἴπερ ὁ τοιοῦτος μετὰ τὴν μετάληψιν τῶν ἁγιασμάτων διαφύγῃ τὸν θάνατον, μετὰ τῶν πιστῶν μὲν συνεύξεται, τῶν δὲ ἁγιασμάτων οὐκ ἐπιτεύξεται, εἰ μὴ πληρωθῇ πάντως ὁ νενομισμένος χρόνος τοῦ ἐπιτιμίου. νομίζω δὲ ὅτι τότε μετὰ τὴν ὑγείαν συνεύχεσθαι τοῖς πιστοῖς παραχωρηθήσεται ὁ ἐπιτιμηθεὶς, ὅτε καὶ πρὸ τῆς νόσου τούτοις συνηύχετο. εἰ γὰρ ἐν τόπῳ ἀκροωμένων ἵστατο, τὸν αὐτὸν ἕξει τόπον καὶ μετὰ τὴν ὑγείαν.

Κανὼν ιδ'.

Περὶ τῶν κατηχουμένων καὶ παραπεσόντων ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, ὥστε τριῶν ἐτῶν αὐτοὺς ἀκροωμένους μόνον, μετὰ ταῦτα εὔχεσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων.

Ἑρμηνεία.

Τὸν ἐξ ἀπιστίας τῇ ἀληθεῖ πίστει προσελθόντα, καὶ κατηχηθέντα, καὶ μετὰ τὴν κατήχησιν πλανηθέντα, καὶ τὴν προτέραν θρησκείαν ζητήσαντα, μὴ ἁπλῶς δέχεσθαι εἰς τὸν τόπον τῶν κατηχουμένων, πάλιν ὑποστρέφοντα, οἱ ἅγιοι πατέρες διορίζονται, ἀλλὰ πρότερον ἐπὶ τριετίᾳ ἔξωθεν τοῦ ναοῦ ἵστασθαι μετὰ τῶν ἀκροωμένων. πληρωθείσης δὲ ταύτης, ἀποκαθίστασθαι εἰς τὴν προτέραν τάξιν καὶ στάσιν τῶν κατηχουμένων.

Κανὼν ιε'.

Διὰ τὸν πολὺν τάραχον καὶ τὰς στάσεις τὰς γινομένας, ἔδοξε παντάπασι περιαιρεθῆναι τὴν συνήθειαν τὴν παρὰ τὸν κανόνα εὑρεθεῖσαν ἔν τισι μέρεσιν· ὥστε ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μὴ μεταβαίνειν, μήτε ἐπίσκοπον, μήτε πρεσβύτερον, μήτε διάκονον. Εἰ δέ τις μετὰ τὸν τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου ὅρον, τοιούτῳ τινὶ ἐπιχειρήσειεν, ἢ ἐπιδοίη ἑαυτὸν πράγματι τοιούτῳ, ἀκυρωθήσεται ἐξάπαντος τὸ κατασκεύασμα, καὶ ἀποκατασταθήσεται τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐν ᾗ ὁ ἐπίσκοπος ἢ ὁ πρεσβύτερος ἐχειροτονήθη.

Ἑρμηνεία.

Ὁ μὲν ἀποστολικὸς ιε'. κανὼν, μηκέτι λειτουργείτω φησὶν ὁ κληρικὸς ὁ παρὰ γνώμην τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μεθιστάμενος. ὁ δὲ παρὼν κανὼν τὰ αὐτὰ καὶ περὶ ἐπισκόπων διοριζόμενος, ἄκυρον εἶναι φησὶ τὸ παρὰ ταῦτα ἴσως γενησόμενον.

Κανὼν ιϛ'.

Ὅσοι ῥιψοκίνδυνοι, μήτε τὸν φόβον τοῦ θεοῦ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντες, μήτε τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα εἰδότες, ἀναχωρήσουσι τῆς ἐκκλησίας, πρεσβύτεροι ἢ διάκονοι, ἢ ὅλως ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενοι· οὗτοι οὐδαμῶς δεκτοὶ ὀφείλουσιν εἶναι ἐν ἑτέρᾳ ἐκκλησίᾳ· ἀλλὰ πᾶσαν αὐτοῖς ἀνάγκην ἐπάγεσθαι χρὴ, ἀναστρέφειν εἰς τὰς ἑαυτῶν παροικίας, ἢ ἐπιμένοντας, ἀκοινωνήτους εἶναι προσήκει. Εἰ δὲ καὶ τολμήσειέν τις ὑφαρπάσαι τὸν τῷ ἑτέρῳ διαφέροντα, καὶ χειροτονῆσαι ἐν τῇ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ, μὴ συγκατατιθεμένου τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, οὗ ἀνεχώρησεν ὁ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενος, ἄκυρος ἔστω ἡ χειροτονία.

Ἑρμηνεία.

Ἀπὸ τοῦ τέλους τοῦ ιε'. κανόνος παρίσταται,

SCHOL. BALS. Eum qui ex infidelitate ad veram fidem accessit, & initiatus est: & post initiationem aberrauit; & priorem superstitionem repetiit, non simpliciter ad catechumenorum locum rursus recipi redeuntem sancti patres definiunt: sed priùs triennio extra templum stare cum audientibus: eo autem impleto, in priorem statum & ordinem catechumenorum recipi.

CANON XV.

Propter multum tumultum, & seditiones quæ fiunt, omnino visum est vt consuetudo quæ præter canonem in nonnullis partibus inuenitur, tollatur, vt à ciuitate in ciuitatem nec episcopus, nec presbyter, nec diaconus transeat. Si quis autem post sanctæ & magnæ synodi definitionem tale quippiam adgressus fuerit, vel se rei eiusmodi dederit, quod factum erit, omnino infirmabitur, & ecclesiæ restituetur cui episcopus vel presbyter ordinatus fuerit.

SCHOL. BALS. Apostolicus quidem decimus-quintus canon, Ne ampliùs ministret, inquit, clericus, qui præter proprij episcopi sententiam, à ciuitate in ciuitatem transit. Præsens autem canon eadem etiam de episcopis definiens, irritum esse statuit quod præter hæc fortasse factum fuerit.

CANON XVI.

Quicunque temerè & inconsideratè, nec Dei timorem præ oculis habentes, nec ecclesiasticum canonem scientes, presbyteri vel diaconi, vel quicunque omnino in canone recensentur, ab ecclesiis secesserint, ij in aliena Ecclesia nullo modo recipi debent, sed omnino cogendi sunt in suas ipsorum Parochias redire. Vel si perseuerēt, eos à communione separatos esse oportet. Sin autem etiam ausus fuerit quispiam eum qui ad alium pertinet, surripere, & in Ecclesia ordinare, non consentiente proprio Episcopo, à quo recessit qui in canone censetur, irrita sit ordinatio.

SCHOL. BALS. Ex fine decimi-quinti canonis ostenditur,

quòd omnes qui ordinantur, vel ad episcopatus ordinantur, vel ad monasteria, vel ad diuinas ædes. Vnde ei consequenter & vj. canon Chalced. Syn. & xiiij. statuunt clericos sic fieri, & quæ aliter facta fuerit, ordinationem irritam haberi. Quocirca etiam placuit non esse in clerici potestate à ciuitate in ciuitatem migrare, & clerum commutare sine dimissoriis literis eius qui ordinauit: clericos autem qui ab eis qui ordinarunt ipsos, euocantur, & redire non persuadentur, esse à communione separatos, id est, non permitti eis vt simul sacrificent. In ea enim significatione non communicare accipitur: non autem in ea quæ est, in ecclesiam non accedere, vel sacramenta non participare: idque omnino fit consequenter xv. canoni Apostolico, qui decernit eos non ministrare. Xvj. autem canon Apostolicus segregationi subiicit etiam eum qui ex alia parochia clericum recipit, sine dimissoriis literis eius qui eum ordinauit. Quare rectè facit is qui nunc est magnæ ecclesiæ Chartophylax, non permittens iis qui extra ordinati sunt, sacerdotibus, sacrificare, nisi & commendatitias & dimissorias literas eorum à quibus sunt ordinati, afferant. Lege & xxxv. can. Apost. Syno. Antioch. can. xiij. & xxij. & synod. Ephes. can. viij.

CANON XVII.

Quoniam multi qui in canone recensentur, plura habendi studium & turpe lucrum persequentes, diuinæ scripturæ obliti sunt: quæ dicit, Argentum suum non dedit ad vsuram: & fœnerantes, centesimas exigunt: æquum censuit sancta & magna synodus, vt si quis inuentus fuerit post statutum vsuras ex mutuo sumere, vel eam rem aliter persequi, vel sesquialteras exigere, vel aliquid aliud excogitare turpis quæstus gratia, è clero deponatur, & sit alienus à canone.

SCHOL. BALS. Quadragesimus quartus canon Apostolicus, eos qui ex mutuo vsuras exigũt, presbyteros, vel diaconos, deponi iubet, nisi ces-

ὅτι πάντες οἱ χειροτονούμενοι ἢ εἰς ἐπισκοπὴν ἐκκλησιῶν, ἢ εἰς μοναστήρια, ἢ εἰς θείους ναούς. ὅθεν ἀκολούθως τούτῳ καὶ ὁ ϛ'. κανὼν τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου καὶ ὁ ι'. διορίζονται οὕτω τοὺς κληρικοὺς γίνεσθαι, καὶ τὴν παρὰ ταῦτα γενησομένην χειροτονίαν ἀκυροῦσθαι. διὸ καὶ δέδοκται μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας τινὰ κληρικὸν ἀπὸ παροικίας εἰς παροικίαν μεταβαίνειν, καὶ ἀμείβειν τὸν κλῆρον ἄνευ ἀπολυτικῆς τοῦ χειροτονήσαντος τοῦτον. τοὺς δὲ μετακαλουμένους κληρικοὺς παρὰ τῶν χειροτονησάντων αὐτοὺς, καὶ μὴ πειθομένους ἀναστρέφειν, ἀκοινωνήτους αὐτοῖς εἶναι, ἤγουν μὴ παραχωρεῖσθαι συνιερουργεῖν. εἰς τοῦτο γὰρ τὸ μὴ κοινωνεῖν ἐκλαμβάνεται, οὐ μὴν εἰς τὸ μὴ ἐκκλησιάζειν, ἢ εἰς τὸ μὴ μεταλαμβάνειν τῶν ἁγιασμάτων, ἀκολούθως πάντως τῷ ιε'. ἀποστολικῷ κανόνι, τῷ διοριζομένῳ μὴ λειτουργεῖν τοὺς τοιούτους. ὁ δὲ ιϛ'. ἀποστολικὸς κανὼν, ἀφορισμῷ καθυποβάλλει τὸν δεξάμενον ἐπίσκοπον ἐξ ἑτέρας παροικίας κληρικὸν ἄνευ ἀπολυτικῆς γραφῆς τοῦ χειροτονήσαντος αὐτόν. ὥστε καλῶς ποιεῖ ὁ κατὰ καιροὺς τῆς μεγάλης ἐκκλησίας χαρτοφύλαξ, μὴ παραχωρῶν τοῖς ἐξωχειροτονήτοις ἱερεῦσιν ἱερουργεῖν, μὴ προκομίζουσι συστατικὰς καὶ ἀπολυτικὰς γραφὰς τῶν χειροτονησάντων αὐτούς. ἀνάγνωθι καὶ τὸν λε'. ἀποστολικὸν κανόνα, συνόδου Ἀντιοχείας κανόνας ιγ'. καὶ κβ'. συνόδου Ἐφέσου κανόνα η'.

Κανὼν ιζ'.

Ἐπειδὴ πολλοὶ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενοι, τὴν πλεονεξίαν καὶ τὴν αἰσχροκερδίαν διώκοντες, ἐπελάθοντο, τοῦ θείου γράμματος λέγοντος, τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ, καὶ δανείζοντες ἑκατοστὰς ἀπαιτοῦσιν, ἐδικαίωσεν ἡ ἁγία καὶ μεγάλη σύνοδος, ὡς εἴ τις εὑρεθείη μετὰ τὸν ὅρον τοῦτον τόκους λαμβάνειν, ἐκ μεταχειρήσεως, ἢ ἄλλως μετερχόμενος τὸ πρᾶγμα, ἡμιολίους ἀπαιτῶν, ἢ ὅλως ἕτερόν τι ἐπινοῶν αἰσχροῦ κέρδους ἕνεκα, καθαιρεθήσεται τοῦ κλήρου, καὶ ἀλλότριος τοῦ κανόνος ἔσται.

Ἑρμηνεία.

Ὁ μδ'. ἀποστολικὸς κανὼν τοὺς ἀπαιτοῦντας τόκους ἀπὸ δανείου, πρεσβυτέρους ἢ διακόνους, καθαιρεῖσθαι φησὶν, εἰ μὴ παύσωνται.

ὁ δὲ παρὼν κανὼν πάντας τοὺς κληρικοὺς τοὺς μετὰ τόκου δανείζοντας, ἢ ἡμιολίας ἀπαιτοῦντας, ἢ ἕτερόν τι αἰσχρὸν κέρδος ἑαυτοῖς ἐπινοοῦντας, καθαιρεῖσθαι ἐδικαίωσεν, ἀντὶ τοῦ οὕτω δίκαιον εἶναι ἔκρινε. ζήτει καὶ τὰ ἐν τῷ ῥηθέντι ἀποστολικῷ κανόνι γραφέντα, καὶ τὸ κζ'. κεφάλ. τοῦ θ'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, λέγον ἐν μέρει ἀπαιτεῖσθαι τόκους καὶ παρὰ ἱερωμένων, δηλονότι ἀπὸ διαφέροντος, καὶ τοὺς ἐξ ὑπερθέσεως. τοῦ δὲ ἀποστολικοῦ κανόνος, καὶ ἑτέρων διοριζομένων τοὺς ἱερωμένους, τοκίζοντας, καθαιρεῖσθαι, εἰ μὴ παύσωνται· ἐρωτήσει τις, ἐκείνοις ὀφείλομεν προσέχειν, ἢ τῷ παρόντι κανόνι, λέγοντι ἀπεντεῦθεν αὐτοὺς καθαιρεῖσθαι; Λύσις. ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, μετὰ παραγγελίαν ὁ κληρικὸς μὴ ἀφιστάμενος τῆς αἰσχροκερδίας, καθαιρεθήσεται, διὰ τὸ τοῦ ἀποστολικοῦ κανόνος φιλανθρωπότερον. σημείωσαι οὖν τὸν κανόνα διὰ τοὺς ἱερωμένους τοὺς ἐμπορευομένους οἰνάρια, καὶ βαλανεῖα πακτεύοντας, καὶ ἄλλα ἄττα τινὰ τοιαῦτα ποιοῦντας, καὶ προβαλλομένους ἀκανόνιστον τελευταίαν ἄγκυραν, τὴν πενίαν. τὸ δὲ ῥῆμα τὸ περιεχόμενον ἐν τῷ παρόντι κανόνι, καὶ λέγον, ἢ ἄλλως μετερχόμενος τὸ πρᾶγμα, ἡμιολίας ἀπαιτῶν, τοιοῦτόν ἐστιν, Τινὲς τῶν ἱερωμένων, εἰδότες τὸν κανόνα καὶ περιγράφοντες αὐτὸν, τὰ μὲν ῥήματα φυλάττουσι, τὸν δὲ νοῦν ἀθετοῦσι. διδόασι γὰρ πρός τινας ἀργύρια, καὶ συμφωνοῦσι τοσήνδε μερίδα ἐκ τοῦ κέρδους αὐτοὺς λαμβάνειν, τὸν δὲ κίνδυνον ἐπιγινώσκεσθαι παρὰ τῶν λαμβανόντων αὐτά· καὶ τῇ ἀληθείᾳ δανεισταὶ ὄντες, κοινωνοὶ λέγεσθαι σχηματίζονται. ἀποτρέπεται γοῦν καὶ τοῦτο ὁ κανὼν, καὶ καθαιρεῖ τοὺς ποιοῦντας τοιοῦτόν τι. ἡμιολίας δὲ νόησον τὰς ἐλαφροτέρας ἀπαιτήσεις τοῦ τόκου. κἂν γὰρ, φησὶν, οὐκ ἀπαιτῇ ὁ κληρικὸς ἑκατοσταίους τόκους βαρυτάτους, ἤτοι ὑπὲρ ἑκάστης ὑπερπύρων λίτρας ὑπέρπυρα ιι. δώδεκα (ἑκατοσταὶ γὰρ παρὰ τῶν κανόνων ἐκλήθησαν οἱ ἑκατοσταῖοι τόκοι· ὡς ἐκ παλαιοῦ τῆς λίτρας μὴ ποσουμένης εἰς ἑξάγια οβ'. κατὰ τὸ σήμερον ἐνεργοῦν, ἀλλὰ εἰς ρ'.) ζητεῖ δὲ τὰ ἡμίση τοῦ ὅλου τόκου, ἤγουν ιι. ἓξ ἢ καὶ τούτων ἥττονα·

A sent. Præsens autem canon, omnes clericos qui fœnerantur, vel sesquialteras exigunt, vel aliquod aliud turpe lucrum excogitant, deponi æquum censet. Quære & quæ scripta sunt in dicto Apostolico canone: & xxvij. cap. ix. tit. præsentis operis, dicens, ex parte ab iis qui sacris ordinibus initiati sunt, etiam vsuras repeti, scilicet & ex eo quod interest, & ex mora. Cùm verò Apostolicus canon, & alij, decernant B sacerdotes fœnerantes deponi, nisi cessauerint, an eos attendere debemus, an præsentem canonem, qui dicit ipsos ex hoc ipso deponi? Solutio. Vt mihi videtur, clericus, post denunciationem, à turpi lucro non abstinens, deponetur, eò quòd canon Apostolicus humaniùs loquatur. Nota ergo canonem propter sacerdotes, qui vina cauponantur, & balnea conducunt, & quædam alia eiusmodi faciunt, & quæ canoni non subiicitur, vltimam ancho- C ram paupertatem prætexuut. Verbum autem quod in præsenti canone comprehenditur, & dicit, vel rem aliter persequi, vel sesquialteras exigere, est huiusmodi: Quidam sacerdotes canonem intelligentes, & ipsum circunscribentes, eique fraudem facientes, verba quidem seruant, mentem autem negligunt. Dant enim nonnullis pecuniam, & tantam ex lucro partem se capturos paciscuntur: periculum autem agni- D turos qui eam accipiunt, & cùm sint re vera fœneratores, verbo tamen societatem prætexunt. Hoc ergo canon auersatur, & eos qui huiusmodi quid faciunt, deponit, sesquialteras autem intellige leuiores vsuræ exactiones. Quamuis enim centesimas vsuras grauissimas non exigat clericus, siue pro singulis nummorum libris, duodecim solidos: (centesimæ namque à canonibus appellatæ sunt vsuræ centesimæ, vtpote quòd olim non exagia lxxij. libra cõplecteretur, vt nunc vsus obtinet, sed centum) petat autem dimidium totius vsuræ, hoc est, sex solidos, vel etiam his pauciores:

sic quoque deponetur. Scito autem quandoquidem hodie libra exagia complectitur lxxij. non C. vt olim eum qui centesimas pro libra vsuras se accepturum pactus est, non duodecim solidos exacturum, sed pro rata parte.

Canon XVIII.

Peruenit ad sanctam Synodum, quòd in nonnullis locis & ciuitatibus diaconi dant presbyteris Eucharistiam, quod neque canon, neque consuetudo tradidit, vt qui offerendi potestatem non habent, iis qui offerunt, dent corpus Christi. Iam verò illud etiam cognitum est, quòd quidam ex diaconis etiam ante episcopos Eucharistiam attingunt. Hæc ergo omnia auferantur, & diaconi intra suas mensuras permaneant, scientes quòd sunt quidem episcopi ministri, presbyteris verò minores. Accipiant autem suo ordine Eucharistiam post presbyteros, eis præbente episcopo vel presbytero. Sed nec in medio quidem presbyterorum liceat diaconis sedere. Id sit enim præter canonem & ordinem. Si quis autem non vult obedire, etiam post has constitutiones, à diaconatu desistat.

Schol. Bals. Quòd magna sit sacerdotum dignitas, sed multo maior episcoporum, & quòd debent diaconis præponi, ex ipsis factis ostenditur. Illis seruitur, hi verò seruiunt. Quidni ergo præferri debent ij quibus ministratur, iis qui ministrant? Quoniam autem nonnulli, inquit, diaconi, ordinem in ciuitatibus dissoluentes, ante episcopos accipiunt, & dant presbyteris Eucharistiam: & cùm omnino debeant à presbyteris & sacerdotibus sanctificari, quoniam etiam Apostolus dicit, Quod minus est, ab eo quod est præstantius, benedicitur: non stant iis quæ decreta sunt, & in congregationibus etiam sedent in medio presbyterorum: definitum est vt diaconi ab episcopo vel presbytero accipiant, & vt post sacerdotes sacrorum mysteriorum participes fiant: & ne in medio quidem presbyterorum sedeant: vel, vt ij qui non ad ita faciendum se morigeros præbuerint, à diaconatu desistant.

καὶ οὕτω καθαιρεθήσεται. ἔσο δὲ εἰδὼς ὡς ἐπεὶ ἡ λίτρα σήμερον ἐξάγια ἔχει οβʹ. καὶ οὐχὶ ρʹ. ὡς τὸ παλαιὸν ὁ συμφωνήσας ἑκατοσιαίους τόκους λαβεῖν παρὰ λίτρας, οὐκ ἀπαιτήσει ἡ.ιβʹ. ἀλλὰ τὸ ἀναλογοῦν.

Κανὼν ιηʹ.

Ἦλθεν εἰς τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην σύνοδον, ὅτι ἔν τισι τόποις καὶ πόλεσι τοῖς πρεσβυτέροις τὴν εὐχαριστίαν οἱ διάκονοι διδόασιν, ὅπερ οὔτε ὁ κανὼν οὔτε ἡ συνήθεια παρέδωκεν, τοὺς ἐξουσίαν μὴ ἔχοντας προσφέρειν, τοῖς προσφέρουσι διδόναι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. κἀκεῖνο δὲ ἐγνωρίσθη, ὅτι ἤδη τινὲς τῶν διακόνων καὶ πρὸ τῶν ἐπισκόπων τῆς εὐχαριστίας ἅπτονται. ταῦτα οὖν πάντα περιῃρήσθω, καὶ ἐμμενέτωσαν οἱ διάκονοι τοῖς ἰδίοις μέτροις, εἰδότες ὅτι τοῦ μὲν ἐπισκόπου ὑπηρέται εἰσί, τῶν δὲ πρεσβυτέρων ἐλάττους τυγχάνουσι. λαμβανέτωσαν δὲ κατὰ τὴν τάξιν τὴν εὐχαριστίαν μετὰ τοὺς πρεσβυτέρους, ἢ τοῦ ἐπισκόπου διδόντος αὐτοῖς ἢ τοῦ πρεσβυτέρου. ἀλλὰ μὴ καθῆσθαι ἐν μέσῳ τῶν πρεσβυτέρων ἐξέστω τοῖς διακόνοις. παρὰ κανόνα γὰρ καὶ παρὰ τάξιν ἐστὶ τὸ γινόμενον. Εἰ δέ τις μὴ θέλει πειθαρχεῖν καὶ μετὰ τούτους τοὺς ὅρους, πεπαύσθω τῆς διακονίας.

Ἑρμηνεία.

Ὅτι μέγα ἐστὶ τὸ τῶν ἱερέων ἀξίωμα, πολλῷ δὲ πλέον τὸ τῶν ἐπισκόπων, καὶ οὗτοι τῶν διακόνων προτιμᾶσθαι ὀφείλουσιν, ἐξ αὐτῶν τῶν ἔργων παρίσταται. οἱ μὲν γὰρ δουλεύονται, οἱ δὲ δουλεύουσι. πῶς γοῦν οὐκ ὀφείλουσι προτιμᾶσθαι οἱ διακονούμενοι τῶν διακονούντων; ἐπεὶ δέ φησιν τινὲς διάκονοι τὴν τάξιν ἔν τισι πόλεσι παραλύοντες, πρὸ τῶν ἐπισκόπων μεταλαμβάνουσι, διδόασι δὲ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις τὴν εὐχαριστίαν, καὶ ἁπλῶς ὀφείλοντες ἁγιάζεσθαι ὑπὸ τῶν ἐπισκόπων, καὶ τῶν ἱερέων, ὅτι καὶ ὁ ἀπόστολος φησί, τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται, οὐκ ἐμμένουσι τοῖς δεδομένοις· καὶ ἐν ταῖς συνάξεσι δὲ κάθηνται μέσον τῶν ἱερέων· ὡρίσθη, ἀπὸ τοῦ ἐπισκόπου ἢ τοῦ πρεσβυτέρου μεταλαμβάνειν τοὺς διακόνους, καὶ μετὰ τοὺς ἱερεῖς τῶν ἁγιασμάτων ἀξιοῦσθαι, καὶ μηδὲ μέσον καθῆσθαι πρεσβυτέρων· ἢ μὴν τοὺς μὴ πειθαρχοῦντας οὕτω ποιεῖν, παύεσθαι τῆς διακονίας.

ταῦτα τοῦ κανόνος διεξιζομένου, τὸ μὲν μεταλαμβάνειν τοὺς διακόνους πρὸ τῶν ἐπισκόπων, ἢ διδόναι αὖθις τὴν εὐχαριστίαν ἤτοι τὰ ἅγια τοῖς ἱερεῦσιν, οὐ παραχωρεῖται, ἀλλ' οὐδὲ τὸ καθῆσθαι διάκονον ἐν τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ μέσον τῶν ἱερέων. τὸ δὲ καθῆσθαι τινὰς ἀπὸ τῶν ἐκκλησιαστικῶν διακόνων εἰς τὰς ἔξω τοῦ βήματος συνάξεις τέως πρὸ τῶν πρεσβυτέρων, βλέπομεν γινόμενον· καὶ οἴομεν γίνεσθαι τοῦτο διὰ τὰ ἀρχοντίκια· μόνοι γὰρ οἱ ἀξιωθέντες ἀρχοντικίων ἐκκλησιαστικῶν παρὰ τοῦ πατριάρχου, πρὸ τῶν ἱερέων κάθηνται. γίνεται δὲ τοῦτο παραλόγως. ὁ γὰρ κατὰ καιροὺς χαρτοφύλαξ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας, προκάθηται ἐν ταῖς ἔξω τῆς συνόδου συνάξεσιν, οὐ μόνον τῶν ἱερέων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀρχιερέων, ἀπὸ προστάξεως τοῦ ἀοιδίμου Βασιλέως κυροῦ Αλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, οὕτως ἐχούσης· ἡ Βασιλεία μου τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐκοσμίας φροντίζουσα, καὶ τὸ εὔτακτον, καὶ ἐν παντὶ μὲν ζητοῦσα τῷ πολιτεύματι, ἐπὶ πλέον δὲ τοῖς θείοις τοῦτο ἐμπολιτεύεσθαι διὰ σπουδῆς τιθεμένη, τὰ ἀρχῆθεν ἀπονενεμημένα προνόμια ἑκάστῳ τῶν ἐκκλησιαστικῶν βαθμῶν, καὶ τὴν ἄχρι καὶ δεῦρο ἐπικρατήσασαν ἐν τούτοις κατάστασιν, κατὰ τὸ ἀναλλοίωτον καὶ εἰς τὸ ἑξῆς εἶναι καὶ διαμένειν, βούλεται τε καὶ εὐδοκεῖ, ἁγιώτατε δέσποτα, ὡς καὶ παραδεχθεῖσαν διὰ τοσούτων ἐτῶν, καὶ τῷ μακρῷ χρόνῳ ἐκπολιτευσαμένην, καὶ ταῖς ἀπ' ἄλλου εἰς ἄλλον κατὰ τὸ ἀνεξάλλακτον ἕως τοῦ νῦν μεταβάσεσιν, ἐπικυρωθεῖσαν, καὶ βεβαιωθεῖσαν καλῶς· ἐπεὶ δὲ νῦν ἡ Βασιλεία μου μάθοι ὡς τινὲς τῶν ἀρχιερέων ἀντιφιλοτιμούμενοι πειρῶνται τὸ τοῦ χαρτοφύλακος ὑποβιβάσαι προνόμιον, καὶ κανόνας εἰς μέσον προσφέροντες, διὰ τούτων φιλονεικοῦσι μὴ προκαθῆσθαι αὐτὸν τῶν ἀρχιερέων, ὁπηνίκα δέοι τούτους συνέρχεσθαι κατά τινα χρείαν, καὶ συνεδριάζειν κατὰ ταυτὸν, πρὸ τῆς εἰς τὴν ἁγιωσύνην σου εἰσελεύσεως, κἂν ἀχρεῖον τῇ Βασιλείᾳ μου ἔδοξε, πρᾶγμα διὰ τοσούτου χρόνου βασανισθὲν, καὶ τοῖς πρὶν πατριάρχαις, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀρχιερεῦσιν,

A Hæc definiente canone, Diaconis quidem ante Episcopos accipere, vel dare Eucharistiam aut sacramenta sacerdotibus, non permittitur: sed nec ad sanctum altare in medio sacerdotum sedere. Vt autem nonnulli ex ecclesiasticis diaconis, in congregationibus quæ sunt extra sacrum tribunal, ante sacerdotes sedeant, fieri videmus: & existimo hoc fieri propter dignitates seu officia. Soli enim ij qui à Patriarcha officiis ecclesiasticis digni sunt habiti, sedent ante sacerdotes. B Fit autem & hoc præter rationem: lege enim etiam vj. synodi canonem vij. At is qui nunc est sanctissimæ ecclesiæ chartophylax, in congregationibus quæ fiunt extra synodum, sedet non solùm ante sacerdotes, sed etiam ante Pontifices, ex constitutione inclyti Imperatoris domini Alexij Comneni, quæ sic habet: Regia mea administratio, quæ Ecclesiasticæ honestatis maximam curam gerit, & bonum quidem ordinem cùm in omni ciuili ratione quærit, C tum autem multo magis in rebus diuinis eum versari studet, quæ vnicuique gradui ecclesiastico sunt ab initio tributa priuilegia, & eam quæ in his hucvsque obtinuit constitutionem, deinceps quoque esse immutabilem, & perseuerare vult, & censet, sanctissime domine, vtpote quæ per tot annos suscepta, & in vsu ciuili longo tempore versata, & ab alio in aliud immutabilibus hucvsque transmissionibus vindicata ac confirmata sit. Sed quoniam imperatoria mea D sublimitas didicit, quòd nonnulli Pontifices contentione quadam & gloriæ studio incitati, volunt Chartophylacis priuilegium minuere, & canones in medium adducentes, per eos contendunt illum ante Pontifices sedere non oportere, quando aliquo vsu exigente oportet eos conuenire & considere ante accessum ad tuam sanctitatem, non ferendum regiæ meæ maiestati visum est, vt res quæ tanto tempore approbata est, & à prioribus Patriarchis, & ab aliis Pontificibus:

ſed & ab iis qui nunc ob rem non honeſtam contendunt, longiſſimi temporis ſilentio, nunc obiter aboleretur, & tanquam neglectum quippiam conuelleretur. Hanc ergo rem decernit eſſe valde rationi conſentaneam & iuſtam. Si enim contrà vellent pontifices immobilia non mouere, nec ea quæ iis qui priùs fuerunt patribus placuêre, ſed & quæ iis ipſis longo ſilentio, & hucuſque patientia, probata fuere, rurſus in certamen non deducere, rectè ſe haberet, & eis magna gratia habere-tur, quòd pugnandi ſtudio abiecto, pacem & quietem prætuliſſent. Si autem etiam adhuc nonnulli, verba canonis vſurpantes (à ſententia enim longè abſunt) voluntatem ſuam confirmare conantur, & non rectè ordinem ad id quod eſt inordinatũ, transferunt, permittit quidem imperatoria mea ſerenitas canonis interpretari & declarare contextum, qui facilè comprehendi poteſt, & pulchrè diſcerni iis qui exactè penetrant, & canonicum ſenſum attingunt. Hoc autem vtiq; ipſum Põtificibus probro eſt, quòd cùm canonem ſcirent, & eius verba perfectè intelligerent, ſuam ipſorum cõſcientiam præter rationem conculcarunt, & dũ diſturbaretur canon, tolerauerũt, atq; inferiorem ſeſſionẽ ſub memoria ſuperioris Chartularii amplexi fuerunt. Ideóque pro ſacrorũ canonum contemptu mercedem hanc eis maieſtas mea tribuit, vt ſuas ad Eccleſias abigantur, eccleſiaſtici canonis etiam hac in parte veſtigiis inſiſtens, & aduerſus canonum cõtemptores ipſos canones ſacros in ſubſidium producens. Nec enim pontifices ij, qui Occidentalibus eccleſiis præſunt, & à multo iam tempore fidei ſuæ creditorum ouilium curam nullam geſſere, nec, vti cõueniebat, iis præfuerunt, dicere poterunt, rabiem hoſtilem, quæ per Orientem graſſata fuit, ad ipſos pertigiſſe, atque hoc modo ſibi ouium ratione præditarum inſpectionem ademptam eſſe. Et hoc quidem in hunc modum à maieſtate mea diſpoſitum euentus eis iudicium relinquit. Quia verò & illud ad aures eius relatum eſt, quoſdam ſcilicet eccleſiæ proceres eximios præteriri,

ἀλλὰ δὴ καὶ αὖθις τοῖς νῦν οὐκ ἐπ' εὐλόγῳ ἐρίζουσι πράγματι διὰ τῆς πολυημέρου δῆθεν σιωπῆς, κατὰ τὸ πάρελκον ἀθετηθῆναι, καὶ ὥς τι τῶν ἠμελημένων παρασυρῆναι. τοίνυν καὶ διορίζεται πρᾶγμα τι εὔλογον καὶ πάνυ δίκαιον τοῦτο. εἰ μὲν γὰρ ᾑροῦντο καὶ πάλιν οἱ ἀρχιερεῖς μὴ κινεῖν τὰ ἀκίνητα, μηδὲ τὰ τοῖς πρὶν δεδογμένα πατράσιν, ἀλλὰ δὴ καὶ αὖθις διὰ τῆς μακρᾶς συνδόξαντα σιωπῆς, καὶ τῆς ἕως τοῦ νῦν ἀνοχῆς, ἐκ παλιμβολίας ὥσπερ ἀναπαλαίειν, εὖ ἂν ἔχοι, καὶ χάρις ὅτι τὸ μάχιμον καταθέμενοι τὸ εἰρηναῖον προτετιμήκασιν. εἰ δὲ καὶ ἔτι τούτων τινὲς τῶν τοῦ κανόνος ῥημάτων ἀντιποιούμενοι, (τῆς γὰρ ἐννοίας πόῤῥω ἀποδιεστήκασι) πειρῶνται, τὸ οἰκεῖον συστῆσαι θέλημα, καὶ ἐπὶ τὸ ἄτακτον οὐ καλῶς τὴν τάξιν μεταβιβάζουσιν, ἐᾷ μὲν ἡ Βασιλεία μου τὴν τοῦ κανόνος ἑρμηνεῦσαι καὶ σαφηνίσαι ὑφήν, ῥᾳστην οὖσαν καταληφθῆναι, καὶ διαγνωσθῆναι καλῶς τοῖς βάπτουσι εἰς ἀκρίβειαν, καὶ κανονικῆς ἐννοίας θιγγάνουσιν. αὐτὸ δὲ τοῦτο τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐπιτιμᾷ, τί δήποτε τὸν κανόνα εἰδότες καὶ τὰ ῥήματα τούτου ἐξακριβούμενοι, τὴν ἑαυτῶν συνείδησιν ἀλόγως ἐπάτησαν, καὶ τοῦ κανόνος παραλειπομένου ἠνείχοντο, καὶ τὴν ὑφεδρίαν ἐπὶ τῶν πρὶν χαρτοφυλάκων ἠσπάζοντο· καὶ μισθὸν τούτοις τῆς τῶν ἱερῶν κανόνων περιφρονήσεως, τὴν ἐπὶ τὰς λαχούσας αὐτοὺς ἐκκλησίας ἀπέλασιν δίδωσι, κανόνι στοιχοῦσα κἀνταῦθα ἐκκλησιαστικῷ, καὶ τοῖς περιφρονηταῖς τῶν κανόνων ἐκείνων αὐτοὺς τοὺς ἱεροὺς κανόνας εἰς ἄμυναν ἀντεξάγουσα. οὐδὲ γὰρ ἂν ἔχοιεν λέγειν οἱ τῶν δυτικῶν προεστῶτες ἀρχιερεῖς ἐπὶ χρόνον μακρὸν τῶν ἐμπιστευθέντων αὐτοῖς μὴ φροντίζοντες ποιμνίων, μηδ' ὡς ἐχρῆν ἐν τούτοις ἐπιστατήσαντες ὡς ἡ τὴν ἕω κατατρέχουσα τῶν ἐχθρῶν λύσσα, προσέστηκε τούτοις, καὶ τὴν ἐπισκοπὴν ἐντεῦθεν τῶν λογικῶν προβάτων περιῃρέθησαν. καὶ τὸ μὲν οὕτως οἰκονομηθὲν παρὰ τῆς Βασιλείας μου, τὴν κρίσιν αὐτοῖς τοῦ ἀποτελέσματος παραλέλοιπεν. ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦτο εἰς ἀκοὰς ἀνηνέχθη αὐτῇ, ὥς τινὲς τῶν τῆς ἐκκλησίας λογάδων ἐν ταῖς γινομέναις,

ψήφοις καταλιμπάνονται, προτιμῶνται δὲ τούτων ἔνιοι, ὑποβεβηκότες ἴσως καὶ χρόνῳ καὶ καταστάσει βίου τῇ κρείττονι, καὶ μηδὲ πολλὰ περὶ τῆς ἐκκλησίας πονήσαντες, οὐκ οὖν ἔδοξεν οὐδὲ τοῦτο τὸ πρᾶγμα τῆς ἱερᾶς συνόδου τῶν ἀρχιερέων ἐπάξιον. ὅθεν καὶ ἐπισκήπτει πᾶσι φιλοθέως ὁμοῦ καὶ βασιλικῶς, μὴ παίζειν ἐν τοῖς οὐ παικτοῖς, μηδὲ πάθει ἐπὶ τὰ θεῖα χαρίζεσθαι. οὗ γὰρ ψυχὴ τὸ κινδυνευόμενον, τίνος φροντιστέον ἑτέρου; ἐκείνους δὲ προτιθέναι τῶν ἄλλων, καὶ τὴν ἐν ταῖς ψήφοις ἐπιτιμίαν χαρίζεσθαι, οὓς μετὰ λόγου καὶ βίος κοσμεῖ ἀνεπίληπτος, ἢ τοῦ λόγου σκάζοντος ἴσως, ὁ μακρὸς χρόνος, καὶ ὁ περὶ τὴν ἐκκλησίαν πολύπονος ἐπαναπληροῦσι τὸ ἐλλιπές. οὕτω γὰρ ἂν ταῖς ψήφοις καλῶς διαιτήσοιεν, καὶ ἐπὶ κρίματι τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς οὐκ ἂν ἁλοῖεν ψηφηφοροῦντες παρὰ Θεῷ.

Κανὼν ιθ'.

Περὶ τῶν Παυλιανισάντων, εἶτα προσφυγόντων τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ὅρος ἐκτέθειται, ἀναβαπτίζεσθαι αὐτοὺς ἐξάπαντος. εἰ δέ τινες τῷ παρεληλυθότι χρόνῳ ἐν τῷ κλήρῳ ἐξητάσθησαν, εἰ μὲν ἄμεμπτοι καὶ ἀνεπίληπτοι φανεῖεν, ἀναβαπτισθέντες χειροτονείσθωσαν ὑπὸ τοῦ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπου. εἰ δὲ ἡ ἀνάκρισις ἀνεπιτηδείους αὐτοὺς εὑρίσκει, καθαιρεῖσθαι αὐτοὺς προσήκει. ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τῶν διακονισσῶν, καὶ ὅλως περὶ τῶν ἐν τῷ κλήρῳ ἐξεταζομένων ὁ αὐτὸς τύπος παραφυλαχθήσεται. ἐμνήσθημεν δὲ τῶν διακονισσῶν τῶν ἐν τῷ σχήματι ἐξετασθεισῶν, ἐπεὶ μηδὲ χειροθεσίαν τινὰ ἔχωσι, ὥστε ἐξάπαντος ἐν τοῖς λαϊκοῖς αὐτὰς ἐξετάζεσθαι.

Ἑρμηνεία.

Παυλιανισταὶ λέγονται, οἱ Παυλικιανοί. ἐκτέθειται γοῦν παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων ὅρος, ἤτοι κανών, καὶ τύπος, ἀναβαπτίζεσθαι αὐτούς. ἐπάγει δέ, ὡς ἐπεὶ τῶν εἰκότων ἐστὶ τινὰς ἐκ τούτων κατὰ ἄγνοιαν κληρωθῆναι, ὀφείλει ὁ ἐπίσκοπος ἀναβαπτίζειν τούτους, καὶ ἔκτοτε πολυπραγμονεῖν τὴν μετὰ τὸ βάπτισμα διαγωγὴν αὐτῶν, καὶ εἰ εὑρήσει ἀνεπιλήπτους, καὶ ἱερωσύνης ἀξιοῦν· εἰ δὲ μή, καὶ τῆς πρὸ τοῦ βαπτίσματος χειροτονίας ἀπαλλοτριοῦν. τὰ αὐτὰ δὲ γινέσθωσαν καὶ εἰς τὰς διακονίσσας. τοιοῦτον δέ ἐστι τὸ τῶν διακονισσῶν· παρθένοι ποτὲ προσήρχοντο τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ κατὰ προτροπὴν τοῦ ἐπισκόπου ἐφυλάττοντο,

quum electiones fiunt, eisque præferri nonnullos, tam ætate quàm conditione vitæ melioris inferiores, quique non magnos pro ecclesia labores sustinuerũt, ne illa quidem res sacra pontificum Synodo nobis digna visa est. Quapropter omnibus religiosè pariter, & imperiali cum auctoritate mandat, ne ludant in minimè ludicris, nec affectui diuinis in rebus indulgeant. Nam vbi anima versatur in periculo, cuius quæso rei potior habenda cura est? Illos autem præferant aliis, & honore suffragiorum dignentur, quos inculpata vita præter doctrinam ornat: aut in quibus si doctrina fortè vacillet, longi temporis vsus, & multi pro Ecclesia labores exantlati, quod deest, supplent. Sic enim suffragiis suis rectè statuent, & à Deo suæ ad animæ condemnationem suffragia tulisse non arguentur.

CANON XIX.

De Paulianistis, qui deinde ad ecclesiam confugerunt, statutum est vt ij omnino rebaptizentur. Si qui verò tempore præterito in clericorum numero erant, siquidem à culpa & reprehensione alieni visi fuerint, rebaptizati ordinentur à catholicæ ecclesiæ episcopo. Si verò examinatio eos non esse aptos deprehendit, deponi eos oportet. Similiter autẽ & diaconissis, & omnino de omnibus qui inter clericos annumerantur, eadem forma seruabitur. Diaconissarum autẽ meminimus, quæ in habitu quidem censentur, quoniam nec vllam habent manuum impositionem, vt omnino inter laicos ipsæ connumerentur.

SCHOL. BALS. Paulianistæ dicuntur Pauliciani. Editum est ergo à sanctis patribus decretum, siue canon, & forma, vt ipsi rebaptizentur. addit autem: Quoniam nonnulli eorum, vt est verisimile, per ignorantiam in clerum ordinati sunt, debet episcopus eos rebaptizare, & tunc de eorum vitæ degẽdæ ratione post baptismum inquirere: &, si inculpatos inuenerit, sacerdotio quoque dignos iudicare: sin minùs, eos & ab ordinatione, quę fuit ante baptismũ, remouere. Eadem autem in diaconissas quoque fiant. De diaconissis autem res ita habet: Virgines aliquando ad ecclesiam accedebant, & episcopi suasione seruabantur,

vtpote Deo dedicatæ, sed cum amictu laico. Id enim est, in habitu censeri. Cùm autem xl. annorum ætatis essent, diaconissarum quoque ordinationem recipiebant, si omnino dignæ inuenirentur. Sic ergo etiam, inquit, fiet & in his quod in masculis superiùs statutum est. Quære & Carthaginen. Syn. can. vi. & xliiij. Hæc cùm canon statuerit, dixerit quispiam, cùm quæ ante baptismum facta est ordinatio, vt ne facta quidem reputatur. (Propterea enim Paulianistam post baptismum ordinari cautum est) quomodo dicit canon eum post examinationem deponendum, si indignus inueniatur qui ordinetur? Solutio. Depositionis nomen hîc abusiuè pro expulsione acceptum est. Ante baptismum enim in clericatum ordinatio, clericatum non tribuit. Si autem nolis hoc dicere, statue hæc verba non accipi de ordinatione quæ fuit ante baptismum, sed de ea quæ fuit post baptismum. Deponetur enim, inquiunt patres, & qui post illuminationem indignè ordinatus est, vt vult vniuersalis canon, qui eos qui post ordinationem peccant, deponit. De Paulianistis autem aliquando quæsitum est, quinam essent: & alij quidem alia dixerunt: ego autem in diuersis libris inueni, quòd Manichæi Pauliciani dicti sunt, à quodam Paulo Samosateno mulieris Manichææ filio, cui nomen erat Callinice. Samosatenus autem appellatus est, vt qui Samosatenorum episcopus fuerit. Is prædicauit vnum esse Deum, qui & pater & filius & sanctus spiritus idem dicitur. Vnus enim, inquit, est Deus, & filius ipsius in ipso, quemadmodum in homine ratio vel sermo. Ipsa autem ratio, cùm in terram venisset, habitauit in homine qui dicebatur Iesus, œconomiáque completa, ascendit ad patrem. Hic autem Iesus, ex inferioribus regionibus est Iesus Christus, vt qui à Maria cœperit. Eum Antiochiæ deposuerũt sanctus Gregorius Thaumaturgus, & alij quidã. Rursus dubitatur an Christiani qui ex orthodoxis ad Paulianistas defecerunt, rursus debeãt bapti-

ὡς ἀνατεθειμέναι τῷ Θεῷ, πλὴν μετὰ σχήματος λαϊκοῦ. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἐξετάζεσθαι αὐτὰς ἐν τῷ σχήματι. τεσσαρακονταετοῦς δὲ ἡλικίας γινόμεναι, ἠξιοῦντο καὶ χειροτονίας διακονισσῶν, εὑρισκόμεναι πάντως ἄξιαι. Εἰ γοῦν καὶ τινὲς ἐκ τούτων φησὶ παυλιανίσαι ἔτυχον, γενήσεται καὶ ἐπ' αὐταῖς, εἴτι καὶ ἐπὶ τοῖς ἄρρεσιν ὡρίσθη ἄνωθεν. ζήτει τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου κανόνας ϛ'. καὶ μδ'. Ταῦτα τοῦ κανόνος διορισαμένου, εἴποι τις ὡς ἐπεὶ ἡ πρὸ τοῦ βαπτίσματος χειροτονία ὡς μηδὲ γινομένη λογίζεται (διὰ γὰρ τοῦτο ὡρίσθη τὸν Παυλιανίσαντα χειροτονεῖσθαι μετὰ τὸ βάπτισμα·) πῶς φησὶν ὁ κανὼν καθαιρεῖσθαι αὐτὸν μετὰ ἐξέτασιν, ἀνάξιον τοῦ χειροτονηθῆναι εὑρισκόμενον; λύσις. καταχρηστικῶς ἐνταῦθα παρελήφθη τὸ τῆς καθαιρέσεως ῥῆμα, ἀντὶ τῆς ἐξωθήσεως. ἡ γὰρ πρὸ τοῦ βαπτίσματος κλήρωσις, οὐκ ἔστι κλήρωσις. Εἰ δὲ μὴ θέλῃς ταῦτα εἰπεῖν, θεμάτισον τὰ ῥήματα τῆς καθαιρέσεως, μὴ ἐκλαμβάνεσθαι περὶ τῆς πρὸ τοῦ βαπτίσματος χειροτονίας, ἀλλὰ περὶ τῆς μετὰ τὸ βάπτισμα. καθαιρεθήσεται γάρ, φασὶν οἱ πατέρες, καὶ ὁ μετὰ τὸ φώτισμα ἀναξίως χειροτονηθεὶς, κατὰ τὸν καθολικὸν κανόνα τὸν καθαιροῦντα τοὺς μετὰ τὴν χειροτονίαν ἁμαρτάνοντας. περὶ δὲ τῶν Παυλιανισάντων, ἐρώτησις γέγονε, τίνες εἰσί. καὶ ἄλλοι μὲν ἄλλα εἶπον. ἐγὼ δὲ εὗρον ἐν διαφόροις βιβλίοις ὅτι Παυλικιανοὶ οἱ Μανιχαῖοι μετωνομάσθησαν, ἀπὸ Παύλου τινὸς Σαμοσατέως, υἱοῦ γυναικὸς Μανιχαίας, Καλλινίκης τοὔνομα. Σαμοσατεὺς δὲ ἐκλήθη ὡς χρηματίσας ἐπίσκοπος Σαμοσατέων. οὗτος ἐκήρυξεν ἕνα θεὸν εἶναι πατέρα, καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα τὸν αὐτὸν λεγόμενον. Εἷς γάρ, φησιν, ἐστὶ θεός, καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐν αὐτῷ, ὡς ὁ λόγος ἐν ἀνθρώπῳ, αὐτὸς δὲ ὁ λόγος ἐλθὼν ἐπὶ τῆς γῆς, ᾤκησεν ἀνθρώπῳ Ἰησοῦ καλουμένῳ, καὶ τὴν οἰκονομίαν πληρώσας, ἀνῆλθε πρὸς τὸν πατέρα. ὁ δὲ Ἰησοῦς οὗτος κάτωθεν ἐστὶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὃς ἀπὸ Μαρίας ἀρξάμενος. τοῦτον καθεῖλεν ἐν Ἀντιοχείᾳ ὁ ἅγιος Γρηγόριος ὁ Θαυματουργὸς καὶ ἄλλοι τινές. ἔτι ἀμφιβολία ἐστὶ περὶ τοῦ εἰ ὀφείλουσιν οἱ ἀπὸ ὀρθοδόξων Χριστιανῶν Παυλιανίσαντες, ἀναβα-

πτίζεσθαι. καὶ τινὲς μὲν λέγουσιν ὡς ἐκείνους ὁ κανὼν ἀναβαπτίζεσθαι, τοὺς ἐκ γενετῆς Παυλιανιστάς, οὐ μὴν τοὺς ἀπὸ ὀρθοδόξων τὴν αἵρεσιν τῶν Παυλιανιστῶν ἀναδεξαμένους. τούτους γὰρ ἀπὸ μύρῳ καὶ μόνῳ ἁγιάζεσθαι χρή. καὶ εἰς πίστωσιν τοῦ λόγου αὐτῶν, παράγουσι πολλοὺς Μουσουλμανίστας ἑκόντας, καὶ μὴ ἀναβαπτισθέντας, ἀλλὰ μυρωθέντας μόνον. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ τὸν κανόνα ταῦτα διορίζεσθαι μᾶλλον περὶ τῶν ἀπὸ ὀρθοδόξων εἰς αἵρεσιν Παυλιανιστῶν παρεμπεσόντων, καὶ βάπτισμα δεξαμένων θρησκείας μυσαρᾶς· καὶ τοῦτο εἶναι κυρίως Παυλιανισμόν· οὐ μὴν δὲ εἶναι τινὰ ἀρχῆθεν Παυλιανιστήν. διὸ καὶ κατὰ τὸν παρόντα κανόνα ὀφείλουσιν ἀναβαπτίζεσθαι οἱ τοιοῦτοι. ἀλλὰ καὶ τὸ ῥῆμα τοῦ ἀναβαπτισμοῦ, οὐ μικρῶς συμβάλλεται πρὸς τὸ λεγόμενον. ζήτει καὶ τὸν μζ΄. ἀποστολικὸν κανόνα λέγοντα καθαιρεῖσθαι τὸν ἐπίσκοπον καὶ τὸν πρεσβύτερον τὸν δὶς βαπτίζοντα ὃν δή τινα πιστόν, καὶ τὸν μὴ βαπτίζοντα τὸν μεμολυσμένον παρὰ τῶν ἀσεβῶν. ἀνάγνωθι καὶ τὴν τοῦ αὐτοῦ κανόνος ἑρμηνείαν, καὶ τὸν ζ΄. κανόνα τῆς β΄. συνόδου.

Κανὼν κ΄.

Ἐπειδή τινές εἰσιν ἐν τῇ κυριακῇ, γόνυ κλίνοντες, καὶ ἐν ταῖς τῆς πεντηκοστῆς ἡμέραις· ὑπὲρ τοῦ πάντα ἐν πάσῃ παροικίᾳ φυλάττεσθαι, ἑστῶτας ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὰς εὐχὰς ἀποδιδόναι τῷ Θεῷ.

Ἑρμηνεία.

Ὁ ἀποστολικὸς ξϛ΄. κανὼν τὸν νηστεύοντα καθ' οἱανδήτινα κυριακὴν ἢ καθ' οἱονδήποτοῦν σάββατον, πλὴν ἑνὸς καὶ μόνου σαββάτου, τοῦ μεγάλου δηλαδή, φησὶ κληρικὸν μὲν ὄντα καθαιρεῖσθαι, λαϊκὸν δὲ ἀφορίζεσθαι. ὁ δὲ παρὼν διορίζεται κατὰ πᾶσαν κυριακήν, καὶ ἐν πάσαις ταῖς τῆς πεντηκοστῆς ἡμέραις, πανηγυρίζειν, καὶ ἑστῶτας πάντας εὔχεσθαι, ὡς συναναστάντας τῷ Χριστῷ, καὶ τὴν ἄνω ζητοῦντας κατοικίαν. ἐζητήθη δὲ μή ποτε ἀπὸ τοῦ ῥηθέντος ἀποστολικοῦ κανόνος, τοῦ διοριζομένου μὴ νηστεύειν ἡμᾶς καθ' οἱονδήποτε σάββατον, ἢ καθ' οἱανδήτινα κυριακήν, καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος,

zari. Et nonnulli quidem dicunt, quòd eos solos iubet canon rebaptizari, qui à natiuitate Pauliciani fuerint, non autem eos qui ex orthodoxis Paulicianorum hæresin susceperint. Eos enim vel sola vnctione sanctificari oportet, & ad suam rationem confirmandam afferunt, quòd multi qui sua sponte Musulmanistæ fuerant, rebaptizati non fuerint, sed tantùm vnguento delibuti. Mihi autem videtur hic canon magis statuere de iis qui ex orthodoxis in Paulicianorum hæresin ceciderunt, & execrandæ superstitionis ac impietatis baptismum susceperunt: & hoc esse propriè Paulianismum: non esse autem aliquem à principio Paulicianum. Et ideo ex sententia huius canonis, debent qui tales sunt, rebaptizari. Sed & rebaptizationis verbum non parum confert ad id quod hic dicitur. Quære & xlviij. canonem Apostolicum, dicentem deponendum Episcopum & Presbyterum, qui quemcunque fidelem bis baptizat, & eum non baptizat, qui ab impiis est inquinatus. Lege & eiusdem canonis interpretationem, & vij. can. ij. Synodi.

CANON XX.

Quoniam sunt quidam qui in die dominico genu flectunt, & ipsis diebus Pentecostes, vt omnia similiter in omni parochia seruentur, visum est sanctæ synodo, vt stantes, Deo orationes effundant.

SCHOL. BALS. Apostolicus lxvj. canon, eum qui quouis die dominico, vel quouis sabbato, præter vnum & solum sabbatū, scilicet magnum, ieiunat, si sit quidem clericus, deponi: si verò laicus, segregari iubet: præsens autem canon, in omni dominico, & omnibus Pentecostes diebus festis agere, & omnes stantes orare decernit, vt qui cum Christo consurrexerimus, & supernam habitationem queramus. Quæsitum est auté & ex Apostolico canone, qui nos non ieiunare oportere statuit, quouis sabbato vel quouis dominico, & ex præsenti canone,

statuente non oportere nos genu flectere in dominico, & per totam Pentecosten: nunquid apparet non debere nos ieiunare, sed ieiuniū soluere in omnibus diebus hebdomadis, vt in dominico. Et nonnulli quidem dixerunt totam Pentecosten vt vnum diem dominicum existimari, & debere nos propterea diem festum agere, & neque ieiunare, nec genu flectere. Mihi autem placet canones in iis vim suam obtinere, in quibus emissi sunt.

τοῦ διοριζομένου μὴ κλίνειν ἡμᾶς γόνυ ἐν κυριακῇ, καὶ δι' ὅλης τῆς πεντηκοστῆς, ἀναφαίνεται καὶ τὸ μὴ ὀφείλειν ἡμᾶς νηστεύειν δι' ὅλης τῆς πεντηκοστῆς, ἀλλὰ καταλύειν ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις τῆς ἑβδομάδος, ὥσπερ καὶ ἐν τῇ κυριακῇ. καὶ τινὲς μὲν εἶπον ὡς μίαν ἡμέραν κυριακώνυμον λογίζεσθαι τὴν ὅλην πεντηκοστὴν, καὶ ὀφείλειν ἡμᾶς διὰ τοῦτο πανηγυρίζειν, καὶ μήτε νηστεύειν μήτε γόνυ κάμπτειν. ἐμοὶ δὲ ἀρέσκει τοὺς κανόνας κρατεῖν ἐφ' ὧν ἐξεφωνήθησαν.





CANONES SANCTÆ OECVMENICÆ SECVNDæ Synodi.

Canon I.

Statuerunt, qui Constantinopoli conuenerunt sancti Patres, cccxviij. Patrum, qui Nicææ conuenerunt, fidem non abrogari, sed firmam ac stabilem manere oportere, & omnem hæresin anathematizari, & specialiter Eunomianorum seu Eudoxianorum, & Semiarrianorum, siue spiritus sancti aduersariorum, & Sabellianorum, & Marcellianorum, & Photianorum, & Apollinaristarum.

Sācta & magna Oecumenica secunda synodus, fuit sub Imperatore Theodosio magno Constantinopoli, cùm centum quinquaginta Patres conuenissent aduersus spiritus sancti inimicos: qui quidem subiectos hîc canones ediderunt.

Schol. Bals. Præsens sancta secunda synodus congregata est aduersus Macedonium, & eos qui erant eiusdem cuius ipse sententiæ, asserētes sanctum spiritum esse creaturam & non Deum, nec patri & filio consubstantialem: quos præsens canon Semiarrianos appellat, vt qui mediam partem hæresis Arrianorum haberent. Arriani enim filium & spiritum, creaturam, & esse alius à patre substantiæ decernebant. Spiritus autem sancti aduersarij, de filio quidem rectè sentiebant, sanctum autem spiritum & creatum, & à diuinitate alienum blasphemabant.

ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ καὶ Οἰκουμενικῆς δευτέρας συνόδου.

Κανὼν α'.

Ὥρισαν οἱ ἐν Κωνσταντινουπόλει συνελθόντες ἅγιοι πατέρες μὴ ἀθετεῖσθαι τὴν πίστιν τῶν πατέρων τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ, τῶν ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας συνελθόντων. ἀλλὰ μένειν ἐκείνην κυρίαν, καὶ ἀναθεματισθῆναι πᾶσαν αἵρεσιν καὶ ἰδικῶς τὴν τῶν Εὐνομιανῶν, εἴτ' οὖν Εὐδοξιανῶν καὶ τὴν τῶν Ἡμιαρείων, εἴτ' οὖν Πνευματομάχων, καὶ τὴν τῶν Σαβελλιανῶν, καὶ τὴν τῶν Μαρκελλιανῶν, καὶ τὴν τῶν Φωτεινιανῶν, καὶ τὴν τῶν Ἀπολιναριανῶν.

Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ δευτέρα σύνοδος γέγονεν ἐπὶ βασιλέως Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων πατέρων συνελθόντων κατὰ τῶν Πνευματομάχων, οἵτινες ἐξέθεντο καὶ τοὺς ὑποτεταγμένους τούτους κανόνας.

Ἑρμηνεία.

Ἡ παροῦσα ἁγία δευτέρα σύνοδος συγκεκρότηται κατὰ Μακεδονίου, καὶ τῶν ὁμοδόξων ἐκείνῳ, κτίσμα τὸ ἅγιον πνεῦμα δογματιζόντων, καὶ οὐ Θεὸν οὐδ' ὁμοούσιον Υἱῷ καὶ Πατρὶ, οὓς ὁ παρὼν κανὼν ἡμιαρείους καλεῖ, ὡς κατὰ τὸ ἥμισυ μετέχοντας τῆς τῶν Ἀρειανῶν αἱρέσεως. οἱ μὲν γὰρ καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα κτίσμα καὶ ἑτεροούσιον τῷ Πατρὶ ἐδογμάτιζον. οἱ δὲ πνευματομάχοι περὶ μὲν τὸν υἱὸν ὑγιῶς ἐφρόνουν, τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα κτιστὸν καὶ ἀλλότριον τῆς θεότητος ἐβλασφήμουν.

ἐκαλοῦντο δὲ ἡμιάρειοι, καὶ οἵτινες μὲν κτίσμα μὲν καὶ αὐτοὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα ἔλεγον. ἐπῆγον δὲ ὅτι οὐκ ὅμοιον τοῖς λοιποῖς κτίσμασι γενέσθαι φρονοῦμεν αὐτόν, ἕτερον δὲ καί τινα τρόπον. καὶ τοῦτο φαμὲν, ἵνα μὴ πάθος τῷ Πατρὶ διὰ τῆς γεννήσεως περιάπτεσθαι νομισθῇ, οἱ οὐχ ὁμοούσιον μὲν, ὁμοιούσιον δὲ τῷ Πατρὶ τὸν λόγον καὶ τὸ πνεῦμα ἐδογμάτιζον. ἐκύρωσε δὲ ἡ δευτέρα αὕτη σύνοδος διὰ τοῦ παρόντος κανόνος, καὶ τὴν παρὰ τῶν ἐν Νικαίᾳ πατέρων κηρυχθεῖσαν ὀρθόδοξον πίστιν, καὶ πᾶσαν αἵρεσιν ἐθέσπισεν ἀναθεματίζεσθαι, ἐξαιρέτως δὲ τὴν τῶν Εὐνομιανῶν. ὁ δὲ Εὐνόμιος Γαλάτης ὢν, Κυζίκου ἐπίσκοπος ἐχρημάτιζε, τὰ αὐτὰ φρονῶν τῷ Ἀρείῳ, μᾶλλον μέντοι καὶ πλείω καὶ χείρονα. τρεπτὸν γὰρ καὶ δοῦλον καὶ πάντα ἀνόμοιον τῷ Πατρὶ τὸν υἱὸν ἐδογμάτιζεν. ὃς καὶ τοὺς τῇ δόξῃ αὐτοῦ προστιθεμένους, ἀνεβάπτιζε, κατὰ κεφαλὴν αὐτοὺς ἀναδύων, καὶ ἄνω στρέφων τοὺς πόδας αὐτῶν, καὶ μίαν κατάδυσιν βαπτίζων ἐποίει, καὶ τὴν κόλασιν δὲ τὴν μέλλουσαν, καὶ τὴν γέενναν, ἐφλυάρει μὴ ἀληθῶς εἶναι, εἰς ἐκφόβησιν δὲ μόνον ἀπειληθῆναι. ἐκαλοῦντο δὲ οἱ αὐτοὶ καὶ Εὐδοξιανοὶ ἀπὸ Εὐδοξίου τινὸς συναιρεσιώτου τῷ Εὐνομίῳ, ὃς Κωνσταντινουπόλεως γεγονὼς ἐπίσκοπος τὸν Εὐνόμιον Κυζίκου ἀρχιερέα κατέστησεν· οἱ καὶ ἀνόμοιοι ὠνομάζοντο, διὰ τὸ λέγειν τὸν υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα, μηδεμίαν ὁμοιότητα κατ' οὐσίαν ἔχειν πρὸς τὸν πατέρα. ἀναθεματίζεσθαι δὲ θεσπίζει καὶ τοὺς Σαβελλιανοὺς, οἵτινες ἀπὸ Σαβελλίου τοῦ Λίβυος ὠνομάσθησαν, ὃς Πτολεμαΐδος τῆς Πενταπόλεως ἐπίσκοπος γέγονε, συναλοιφὴν δογματίζων καὶ σύγχυσιν, τὰς τρεῖς ὑποστάσεις τῆς μιᾶς οὐσίας καὶ θεότητος εἰς ἓν πρόσωπον συναιρῶν καὶ συγχέων, καὶ ἓν πρεσβεύων ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος τριώνυμον πρόσωπον, λέγων τὸν αὐτὸν ποτὲ μὲν ὡς πατέρα φανῆναι, ποτὲ δὲ ὡς υἱὸν, ποτὲ δὲ ὡς ἅγιον πνεῦμα μεταμορφούμενον, καὶ ἄλλοτε ἄλλως μετασχηματιζόμενον. ὁμοίως δὲ ὑπὸ ἀνάθεμα τίθησι καὶ τὴν τῶν Μαρκελλιανῶν αἵρεσιν, ἥτις ἀπὸ Μαρκέλλου αἱρεσιάρχου καλεῖται· ὃς ἐξ Ἀγκύρας μὲν ὥρμητο τῆς Γαλατικῆς, καὶ αὐτῆς ἐπίσκοπος γέγονεν. ἐπίσης δὲ τῷ Σαβελλίῳ ἐδογμάτιζεν.

Appellabātur autem etiā Semiariani, qui quidē creaturā & ipsi filium & spiritum dicebāt, sed se sentire inferebāt eā nō fieri eo modo quo reliquæ creaturę, sed alio quodā modo: idq; ne per generationem patri aliquā affectionē ab eis attribui quis putaret, qui non consubstantialem quidem, sed substantia similē patri verbum & spiritum sanctū decernebāt. Cōfirmauit autē hęc sancta synodus, per prę̄sentē canonē, orthodoxam fidē, quæ à sāctis patribus Nicææ edita est, & omnē hæresin statuit anathematizādam, præcipuè autē Eunomianorū. Eunomius enim cùm esset Galata, Cyzici dicebatur Episcopus, idē cū Ario sentiēs, & multo etiā peiùs. Mutabilē enim, & seruum, & omnino patri dissimilē filiū esse docebat. Qui eos etiā qui suæ opinioni assentiebātur, rebaptizabat, eos capite demergēs, & eorum pedes sursum vertens, & inter baptizandū vnam tantū demersionem faciebat. Iam verò & futuram punitionē & gehennam verè non esse, nugabatur, & ad terrorē tantùm, eorum esse minas intētatas. Appellabātur autem iidem & Eudoxiani à quodā Eudoxio Eunomi cohæretico: qui cùm esset Cōstātinopolitanus episcopus, Eunomium Cyzici pontificem constituit. Qui etiā Dissimiles nominabantur, quòd dicerent patrem & filium, nullam cum patre, quod ad substantiā attinet, habere similitudinē. Anathematizari etiam iubet Sabellianos, qui quidē à Sabellio Libyco denominati sunt, qui Ptolemaidis, quæ est vrbs Pentapolis, fuit episcopus, decernens tres hypostases, siue personas, vnam esse concretionem ac confusionem vnius substantiæ ac diuinitatis, in vnam personam coniungens ac confundens, & pro sancta Trinitate vnam trium nominum personam statuens, dicens eum aliquando vt patrem apparuisse, aliquādo vt filium, aliquando autem vt sanctum transformatum spiritum, & aliàs aliter transfiguratum. Similiter autem anathemati subiicit etiam Marcellianorum hæresin, quæ à Marcello Hæresiarcha appellatur, qui ex Ancyra quidem Galatiæ vrbe ortus est: idem autem quod Sabellius sentiebat.

Sed & Photinianorum hæresin anathemati subiicit. Ij verò ex Photino denominationem habuêre, qui ex Syrmio quidem ortus est, & illic episcopatum gessit, in eadem autem cũ Paulo Samosateno opinione fuit: & neque sanctam Trinitatem confitebatur, & spiritum solum nominabat Deum omnium opificem, verbum autem prolatitium, prouidens, & diuinum aliquod iussum deo exequẽs ad vniuersi productionem, tanquam mechanicum aliquod instrumẽtum: Christum autem nudum hominem prædicabat, qui Dei verbum susceperat, non vt substãtiale, sed vt prolatitium, & à Maria, suæ essentiæ principium cepisse decernebat. Et multas alias eiusmodi ineptias Paulus Samosatenus proferebat, quem deposuit Antiochena synodus. Cum reliquis autem, Apollinarij quoque hæresin anathemate condemnat. Apollinarius autem, Laodiceæ, quæ est in Assyria, erat episcopus, & de Dei œconomia apertè blasphemabat. Dicebat enim, Dei filium corpus quidẽ animatum ex sancta deipara accepisse, sed mentis & rationis expertem, cùm videlicet diuinitas pro mente sufficeret, esse animam sentiebat: & nec eum esse perfectum hominem dicebat, & vnam in Seruatore naturam esse docebat.

Canon II.

Episcopi, ad ecclesias quæ sunt vltra suam diœcesin, suosque limites, ne accedant, nec ecclesias confundant, sed secundùm canones, Alexandriæ quidem episcopus, Aegyptum solam regat: orientis autem episcopi, orientem solum administrent, seruatis priuilegiis ac præeminentiis, quæ sunt in Niceni concilij canonibus Antiochenæ Ecclesiæ. Et Asianæ diœcesis episcopi, quæ sunt in sola Asiana administrent, & Thraciæ episcopi Thraciam tantùm regant, & Ponticæ Ponticam. Non vocati autem episcopi, vltra diœcesin ne transeant, ad ordinationem, vel aliquam aliam administrationem Ecclesiasticam. Seruato autem præscripto de diœcesibus canone, clarum est quòd vnamquamque prouinciam prouinciæ synodus administrabit, secundùm ea quæ fuerunt Nicææ definita. Quæ autẽ in barbaris sunt gẽtibus, dei ecclesias,

ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν Φωτινιανῶν αἵρεσιν, ἀναθέματι ὑποβάλλει. οἱ δὲ ἀπὸ Φωτεινοῦ ἔσχον τὴν κλῆσιν, ἐκ Σιρμίου μὲν ὁρμωμένου, κἀκεῖσε ἐπισκοπήσαντος, τὰ αὐτὰ δὲ Παύλῳ τῷ Σαμοσατεῖ φρονήσαντος, καὶ μήτε τὴν ἁγίαν Τριάδα ὁμολογοῦντος, καὶ πνεῦμα μὲν ὀνομάζοντος τὸν Θεὸν δημιουργὸν ἁπάντων, τὸν δὲ λόγον προφορικὸν φρονοῦντος, καὶ θεῖόν τι πρόσταγμα ὑπουργοῦντα τῷ Θεῷ εἰς τὴν παραγωγὴν τοῦ παντὸς, ὡς ὄργανόν τι μηχανικόν· τὸν δὲ Χριστὸν, ψιλὸν κηρύττοντος ἄνθρωπον, τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ὑποδεξάμενον, οὐχ ὡς οὐσιώδη, ἀλλ' ὡς προφορικὸν, καὶ ἀπὸ Μαρίας τὴν ἀρχὴν εἰληφέναι τῆς ὑπάρξεως αὐτοὺς δογματίζοντος. καὶ ἄλλα δὲ πλείονα ὁ Σαμοσατεὺς ἐληρώδει Παῦλος, ὃν καθεῖλεν ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ σύνοδος· τοῖς λοιποῖς δὲ, καὶ τὴν τοῦ Ἀπολιναρίου ἀναθέματι συγκαταδικάζει αἵρεσιν. ὁ δὲ Ἀπολινάριος τῆς ἐν Ἀσσυρίᾳ Λαοδικείας ἐπίσκοπος ὢν περὶ τὴν οἰκονομίαν φανερῶς βλασφημεῖ. ἔλεγε γὰρ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ σῶμα μὲν ἔμψυχον ἐκ τῆς ἁγίας Θεοτόκου ἀναλαβεῖν, ἄνουν δὲ, ὡς τῆς θεότητος ἀρκούσης ἀντὶ νοὸς, καὶ ἄλογον ὥσπερ τὴν ψυχὴν τοῦ κυρίου ἐφρόνει. καὶ ἐκ τούτου καὶ οὐδὲ τέλειον ἄνθρωπον αὐτὸν ἔλεγε, καὶ μίαν φύσιν ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ἐδίδασκεν.

Κανὼν β'.

ἀλλὰ ἀνάγνωθι τὸ τελευταῖον κεφ. τοῦ β'. τίτλου A τοῦ ε'. βιβλίου τῶν βασιλικῶν· ἤγουν κεφ. α'. τῆς ρια'. νεαρᾶς, οὕτω λέγον, πᾶσα ἀγωγὴ προσήκουσα σεπτῷ οἴκῳ, εἴτε προσωπικὴ εἴτε ὑποθηκαρία ἐστὶν, οὐχ ὑπερβαίνει τὰ τεσσαράκοντα ἔτη, τῶν ἁρμοζουσῶν ἑκάστῳ οἴκῳ τοιούτῳ εὐαγεῖ προσκαίρων παραγραφῶν, φυλαττουσῶν μέντοιγε τοὺς οἰκείους χρόνους. καὶ τὸν ἔξωθεν αὐτοῦ παλαιὸν οὕτω λέγοντα· ἡ μὲν παροῦσα νεαρὰ διάταξις κατὰ ἰδιωτῶν ἐναγούσαις ταῖς ἐκκλησίαις τὴν τεσσαρακονταετίαν ὑφαπλοῖ. ὁ δὲ ιζ'. κανὼν τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου κείμενος ἐν τῷ ε'. κεφ. τοῦ B α'. τίτλου τοῦ νομοκάνονος, ταῖς ἐκκλησίαις κατὰ ἐκκλησιῶν ἐναγούσαις τριακονταετίαν δίδωσι. μὴ θαυμάσῃς δὲ τοῦτο. ἀπὸ γὰρ τῆς τοιαύτης ρια'. νεαρᾶς, καὶ ἀπὸ γ'. κεφ. τοῦ γ'. τίτλου τοῦ ε'. βιβλίου ἤτοι τῆς ρλα'. νεαρᾶς, καὶ ἕτερον προνόμιον αἱ ἐκκλησίαι ἔχουσι. φησὶ γὰρ τὸ τοιοῦτον κεφ. ἀντὶ δὲ χρονίων παραγραφῶν δέκα καὶ εἴκοσι, καὶ τριάκοντα ἐνιαυτῶν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις καὶ τοῖς ἄλλοις σεβασμίοις τόποις μόνην τὴν τῶν μ'. ἐνιαυτῶν παραγραφὴν ἀντιτίθεσθαι προστάττομεν. τούτου αὐτοῦ φυλαττομένου καὶ ἐπὶ τῇ ἀπαιτήσει τῶν ληγάτων, καὶ τῶν κληρονομιῶν αὐτῶν C εἰς εὐσεβεῖς αἰτίας καταλελειμμένων. ὥστε αἱ μὲν ἐκκλησίαι μὴ κατὰ εὐαγῶν οἴκων ἐνάγουσαι, διὰ μόνης τῆς τεσσαρακονταετίας ἀποκλείονται. οἱ δὲ κατὰ τούτων ἐνάγοντες διὰ τῶν νομίμων παραγραφῶν ὑπὸ τῶν ἐκκλησιῶν ἐξωθοῦνται. ὅταν μέντοι ἐκκλησίαι κατ' ἀλλήλων ἐνάγωσι, τὸ τῆς τεσσαρακονταετίας οὐκ ἔχουσι προνόμιον, ἀλλὰ τοῖς κοινοῖς νομίμοις χρῶνται. σημείωσαι δὲ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος, ὅτι ἔξεστι τῷ βασιλεῖ προνόμια ἐκκλησιαστικὰ ἀφαιρεῖσθαι. εἰ γὰρ ἐφεῖται τούτοις τὰ βουλητέα αὐτοῖς περὶ ἐνο- D ριῶν διατάττεσθαι χάριν τῶν καινιζομένων ὑπὸ τούτων πόλεων· πολλῷ πλέον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἐπισκοπὴν εἰς μητρόπολιν τιμήσουσι, καὶ προχειρήσεις ἡγουμενικὰς ὑποτυπώσουσι, καὶ ἄλλα τινὰ τοιαῦτα ἐνδυναμῶς προστάξουσι.

Sed lege postremam iussionem ij. tit. lib. v. Basilic. sic dicentem: Omnis actio venerabili domo competens, siue sit personalis, siue hypothecaria, quadraginta annos non excedit, conuenientibus vnicuique religiosę domui opportunis pręscriptionibus, sed propria quidem certè tempora seruantibus, & antiquam, quæ extra est, sic dicentem: Præsens quidem constitutio ecclesiis aduersus priuatos agentibus quadragenariam annorum præscriptionem accommodat. xvij. autem canon Chalced. Synodi, situs in quinto cap. primi tit. Nomocanonis, ecclesiis aduersus ecclesias agentibus, dat xxx. annorum spacium. Ne mireris autem. Ex ea enim cxi. nouella, & ex iij. cap. iij. tit. lib. v. Ecclesiæ quoque habent alia priuilegia. Dicit enim hoc caput: Pro longi autem temporis præscriptionibus x. & xx. & xxx. annorum, sanctis ecclesiis & omnibus aliis venerabilibus locis, solam iiij. annorum præscriptionem opponi iubemus. Hoc ipso etiam seruato in legatorum quoque & hæreditatum petitione, quæ in pios vsus relicta sunt. Quamobrem ecclesiæ quidem, si aduersus religiosas domos non agunt, solo quadraginta annorum spacio excluduntur. Qui autem aduersus eas agunt, per legitimas exceptiones ab ecclesiis extruduntur. Cæterum quando ecclesiæ inter se inuicem agunt, quadraginta annorum priuilegium non habebunt, sed iure communi vtentur. Nota autem ex hoc canone, quòd licet Imp. auferre ecclesiastica priuilegia. Si enim eis permittitur ea quæ voluerint de regionũ finibus ordinare pro innouatis à se vrbibus: multo magis, vt mihi videtur, episcopatus, metropolium honore donabunt, eorum qui præerunt promotiones designabunt, & alia quædam, pro ea quam habent potestate, iubebunt.

Κανὼν ιη'.

Τὸ τῆς συνωμοσίας ἢ φρατρίας ἔγκλημα, καὶ παρὰ τῶν ἔξω νόμων πάντῃ κεκώλυται. πολλῷ δὴ μᾶλλον ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ τοῦτο γίνεσθαι ἀπαγορεύειν προσήκει.

CANON XVIII.

Coniurationis vel sodalitatis crimen ab externis etiam legibus est omnino prohibitum: multo magis hoc autem in Dei ecclesia fieri prohibere oportet.

xj. q. j. Coniurationum.

Si qui ergo clerici vel monachi inuenti fuerint, vel se iactantes, vel sodalitates comparantes, vel aliquid struentes ac molientes aduersus episcopos ac clericos, proprio gradu omnino excident.

SCHOL. BALS. Coniuratio est, malas aliquas suas voluntates firmare, iureiurando inter se inuicem dato & accepto. Sodalitas autem, quæ φρατρία Græcè dicitur, est conuenire & consentire aliquos, alicuius mali faciendi gratia. Externas autem leges vocat can. ciuiles, quoniam earum plurimæ, à sapientibus, qui sunt extra scripturam, seu Græcis, sunt compositæ. Dicit ergo, quòd quoniam lex quoque ciuilis & sodales & malos etiam coniuratores punit, deponi debent, qui tale quid faciunt clerici, vel monachi. Ac canon quidem, eos qui aduersus conclericos vel episcopos aliquid moliuntur, obstinatis animis induratisque molientes, iuxta illud, Coagulatum est, cor eorum, id est, induratum est, deponi iubet. Existimo autem & eos qui aduersus laicos tale quid faciunt sacerdotes, similiter puniri. lege & xxxvij. caput viij. tit. præsentis operis, & syn. vj. can. xxxiiij.

CANON XIX.

xviij. dist. Peruenit ad nostras.

Peruenit ad aures nostras, quòd in prouinciis, canonibus constitutæ episcoporum synodi non fiant, & ex eo multa ecclesiastica negliguntur quæ correctione indigent. Statuit ergo sancta synodus secundum sanctorum patrum canones, vt bis in anno eundem in locum conueniant vniuscuiusque prouinciæ episcopi, vbi metropolitanus melius esse perspexerit, & singula emergentia corrigant: episcopi autem, qui non conueniunt, si in eadem metropoli versentur, atque adeò sani sint, & ab omni inexcusabili & necessario negotio liberi, fraternè reprehendantur.

SCHOL. BALS. De synodis quæ debent singulis annis fieri, quære v. can. primæ synodi, & quæ in eum scripta sunt.

CANON XX.

lxxj. Clericos in singulis.

Clericos in ecclesiis ministerio fungentes, quemadmodum iam statuimus, non licere in alius ciuitatis ecclesia ordinari: sed illa esse contentos, in qua ab initio vt ministrarent, digni habiti sunt:

εἴ τινες τοίνυν κληρικοὶ ἢ μονάζοντες εὑρεθεῖεν, ἢ συνομνύμενοι ἢ φρατριάζοντες, ἢ κατασκευὰς τυρεύοντες ἐπισκόποις ἢ συγκληρικοῖς, ἐκπιπτέτωσαν πάντῃ τοῦ οἰκείου βαθμοῦ.

Ἑρμηνεία.

Συνωμοσία ἐστὶ τὸ κατεμπεδῶσαί τινας κακά τινα οἰκεῖα θελήματα μεθ' ὅρκου ἀμοιβαδὸν παρ' ἀλλήλοις γινομένου. Φρατρία δέ ἐστι, τὸ συνελθεῖν καὶ ὁμοφρονῆσαί τινας χάριν τοῦ ποιῆσαι τόδε τι κακόν. ἔξω δὲ νόμους ὁ κανὼν καλεῖ τοὺς πολιτικούς, διὰ τὸ τοὺς πλείους ἐξ αὐτῶν παρὰ τῶν τῆς ἔξω γραφῆς σοφῶν ἤτοι τῶν Ἑλλήνων συντεθῆναι. Φησὶ γοῦν ὡς ἐπεὶ καὶ ὁ πολιτικὸς νόμος τοὺς φατριαστὰς καὶ συνωμότας κολάζει, ὀφείλουσι καθαιρεῖσθαι εἰ τοιοῦτόν τι ποιοῦντες κληρικοί, ἢ μονάζοντες. καὶ ὁ μὲν κανὼν τοὺς κατὰ ἐπισκόπων ἢ συγκληρικῶν τυρεύοντας, ἤτοι κατασκευάζοντας, κατὰ τό, ἐτυρώθη ἡ καρδία αὐτῶν, ἀντὶ τοῦ ἐσκληρύνθη, καθαιρεῖσθαι φησίν. οἴομαι δὲ καὶ τοὺς κατὰ λαϊκῶν τοιοῦτόν τι ποιοῦντας ἱερωμένους ὁμοίως κολάζεσθαι. ἀνάγνωθι καὶ τὸ λζ΄. κεφ. τοῦ ἐννάτου τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος καὶ τῆς ϛ΄. συνόδου κανόνα λδ΄.

Κανὼν ιθ΄.

Ἦλθεν εἰς ἡμετέρας ἀκοάς, ὡς ἐν ταῖς ἐπαρχίαις, αἱ κεκανονισμέναι σύνοδοι τῶν ἐπισκόπων οὐ γίνονται. καὶ ἐκ τούτου πολλὰ παραμελεῖται τῶν διορθώσεως δεομένων ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων. ὥρισε τοίνυν ἡ ἁγία σύνοδος κατὰ τοὺς τῶν ἁγίων πατέρων κανόνας, δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συντρέχειν καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τοὺς ἐπισκόπους, ἔνθα ἂν ὁ τῆς μητροπόλεως ἐπίσκοπος δοκιμάσῃ, καὶ διορθοῦν ἕκαστα τὰ ἀνακύπτοντα. τοὺς δὲ μὴ συνιόντας ἐπισκόπους, ἐνδημοῦντας ταῖς ἑαυτῶν πόλεσι, καὶ ταῦτα ἐν ὑγείᾳ διάγοντας, καὶ πάσης ἀπαραιτήτου καὶ ἀναγκαίας ἀσχολίας ὄντας ἐλευθέρους, ἀδελφικῶς ἐπιπλήττεσθαι.

Ἑρμηνεία.

Περὶ τῶν ἐτησίως ὀφειλουσῶν γίνεσθαι συνόδων ζήτει τὸν ε΄. κανόνα τῆς α΄. συνόδου καὶ τὰ ἐν αὐτῷ.

Κανὼν κ΄.

Κληρικοὺς εἰς ἐκκλησίαν τελοῦντας, καθὼς ἤδη ὡρίσαμεν, μὴ ἐξεῖναι εἰς ἄλλης πόλεως τάττεσθαι ἐκκλησίαν· ἀλλὰ στέργειν ἐκείνην ἐν ᾗ λειτουργεῖν ἐξαρχῆς ἠξιώθησαν.

ἐκτὸς ἐκείνων, εἴ τινες ἀπολέσαντες τὰς ἰδίας πατρίδας ἀπὸ ἀνάγκης, εἰς ἄλλην ἐκκλησίαν μετῆλθον. εἰ δέ τις ἐπίσκοπος μετὰ τὸν ὅρον τοῦτον, ἄλλῳ ἐπισκόπῳ προσήκοντα δέξοιτο κληρικὸν, ἔδοξεν ἀκοινώνητον εἶναι καὶ τὸν δεχθέντα καὶ τὸν δεξάμενον, ἕως ἂν ὁ μεταστὰς κληρικὸς, εἰς τὴν ἰδίαν ἐπανέλθοι ἐκκλησίαν.

Ἑρμηνεία.

Περὶ τούτου ἀρκούντως ὄπισθεν ἐξηγησάμεθα. μὴ ἐναντιωθῇ δέ σοι ὁ κγ΄. κανὼν τῆς παρούσης συνόδου, μὴ ἐπάγων ἀφορισμὸν τοῖς ἐν ἀλλοτρίᾳ χώρᾳ διατρίβουσι κληρικοῖς, ἀλλὰ διοριζόμενος διώκεσθαι τούτους. ἀνάγνωθι δὲ τὰ ἐν ἐκείνῳ γραφέντα.

Κανὼν κα΄.

Κληρικοὺς ἢ λαϊκοὺς κατηγοροῦντας ἐπισκόπων ἢ κληρικῶν ἁπλῶς καὶ ἀδοκιμάστως, μὴ προσδέχεσθαι εἰς κατηγορίαν, εἰ μὴ πρότερον ἐξετασθείη αὐτῶν ἡ ὑπόληψις.

Ἑρμηνεία.

Ζήτει κανόνα ϛ΄. τῆς β΄. συνόδου, καὶ μάθῃς τὴν τοῦ παρόντος κανόνος ἐξήγησιν.

Κανὼν κβ΄.

Μὴ ἐξεῖναι κληρικοὺς μετὰ θάνατον τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου διαρπάζειν τὰ διαφέροντα αὐτῷ πράγματα, καθὼς καὶ τοῖς πάλαι κανόσιν ἀπηγόρευται· ἢ τοὺς τοῦτο ποιοῦντας κινδυνεύειν εἰς τοὺς ἰδίους βαθμούς.

Ἑρμηνεία.

Ὁ παρὼν κανὼν καθαιρεῖσθαι φησὶ τοὺς κληρικοὺς τοὺς μετὰ θάνατον τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου ἁρπάζοντας τὰ τούτῳ διαφέροντα πράγματα, καὶ οὐ μόνον αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς λοιποὺς τοὺς χρεωστοῦντας φυλακὴν τούτων, μητροπολίτας δηλαδὴ καὶ ἑτέρους παρ᾽ οἷς ἐτελεύτησεν ὁ ἐπίσκοπος, οἳ καὶ παραλαμβάνοντες καλοῦνται. τότε δὲ λέγεται ἔχειν ὁ ἐπίσκοπος πράγματα, καὶ δύνασθαι διατίθεσθαι, ὅταν κατὰ τὸν μ΄. ἀποστολικὸν κανόνα, ἀπογράψηται, ἅμα τῷ χειροτονηθῆναι, τὰ οἰκεῖα καὶ τὰ τῆς ἐπισκοπῆς. Εἰ γὰρ μὴ οὕτω ποιήσει, πάντα τὰ τούτου τῇ ἐκκλησίᾳ ἀνήκουσιν. ἀπογραφῆς δὲ γενομένης, ὡς εἴρηται, ἐὰν ἀδιάθετος ὁ ἐπίσκοπος τελευτήσῃ, νομίζω ὅτι κατὰ νόμους ὑπὸ τῶν ἐξ ἀδιαθέτου καλουμένων προσγενῶν αὐτοῦ κληρονομηθήσεται. κἂν γάρ τινες ἀπὸ τοῦ πα΄. κανόνος τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου,

preter illos qui amissa sua patria, in aliam ecclesiam necessario transierunt. Si qui autem episcopi, post hoc decretum, clericum qui ad alium episcopũ pertinet, susceperint, placuit esse excommunicatos, eumque qui susceptus est, & eum qui suscepit, donec clericus qui migrauit, in suam ecclesiam redeat.

SCHOL. BALS. De eo superiùs satis dictum est. Ne tibi autem cõtrarius esse videatur xxiij. canon præsentis syn. qui clericis in aliena regione versantibus segregationem non inducit, sed eos expelli oportere statuit: Lege quæ in eo scripta sunt.

CANON XXI.

Clericos vel laicos, episcopos aut laicos accusantes, non indiscriminatim, nec citra inquisitionem, admittere ad accusationem, nisi eorum existimatio priùs examinata fuerit.

ij. q. vij. Clericos.

SCHOL. BALS. Quære vj. can. ij. syn. & præsentis canonis disces interpretationem.

CANON XXII.

Non licere clericis, post mortem proprij episcopi, res quæ ad ipsum pertinent, rapere, quemadmodum & iis qui adsumunt, prohibitum est: eos autem qui faciunt, de proprio gradu in periculum venire.

vij. q ij. Non liceat.

SCHOL. BALS. Præsens canon deponi iubet clericos qui post mortem proprij episcopi res quæ ad illum pertinent, rapiunt. Et non solùm ipsos, sed & reliquos, qui eorum sibi custodiam vendicant: metropolitanos scilicet, & alios, apud quos mortuus est episcopus, qui etiam παραλαμβάνοντες, hoc est, adsumentes, dicuntur. Tunc autem dicitur episcopus res habere: & de iis disponere ac testari potest, quando, vt vult l. canon Apostolicus, cùm primùm fuit electus, quæ sunt sua propria, & quæ episcopatus, descripsit. Nisi enim ita fecerit, omnia quæ sunt eius, ad ecclesiam pertinent. Descriptione autem, & inuentario, vt dixi, facto, existimo, quòd secundùm leges, cognati eius qui ab intestato vocantur, ei succedent. Etsi enim nonnulli ex lxxxj. can. syn. Carth.

dixerunt esse in potestate succedentis episcopi, vt bona eius qui mortuus est intestatus, vt voluerit, administret: sed mihi videtur, quòd ex eo canone statuente debere eum qui intestato episcopo succedit, episcopum, descriptionem facere eius voto congruentem, ostenditur maximè debere fieri secundùm leges, rerum defuncti successionem. Hoc enim si fecerit, eius voto conuenientem descriptionem faciet. Quære etiam xxiiij. can. Antioch. syn. & syn. in Trul. can. xxxv.

Canon XXIII.

xvi. q. i. quidam monachi.

Peruenit ad aures sanctæ synodi, quòd clerici quidam & monachi, quibus nihil à proprio episcopo mandatum est, & sunt etiam nonnunquam ab ipso communione segregati, ad Imp. Constantinopolis vrbem se conferunt, & in ea diu morantur, turbas excitantes, & statum ecclesiasticum perturbantes, aliquorum domos subuertunt. Statuit ergo sancta synodus, vt ij priùs à sanctissimæ Constantinopolitanæ ecclesiæ defensore admoneantur, vt Imp. vrbe excedant: Si autem in iisdem negotiis impudenter perseuerent, vt per proprium defensorem eiiciantur, & in propria loca reuertantur.

Schol. Bals. Prohibent patres, clericos vel monachos, præter proprij episcopi voluntatem, & qui sunt sæpe etiam segregati, Constantinopolim accedere, & diu in ea manere, eo quòd non habeant fortasse ecclesiastica ministeria. Hoc enim, inquit, euertit statum ecclesiasticum, & domos eorum qui illos suscipiunt. Et hîc quidem iubet canon eos vel inuitos expelli, si à defensoribus moniti nolint sua sponte recedere. Xx. autem præsentis synodi canon excommunicatos esse dicit tam eum qui susceptus est quàm eum qui suscepit. Nec id tibi esse contrarium videatur. Sed dic, quòd illic quidem iam suscepti erant, & propterea excommunicatione condemnantur, cum iis, qui illos susceperunt, episcopis. Hîc autem non erant suscepti, & propterea expelluntur, & eò redire coguntur, vbi ordinati fuerant. lege & xvj. canonem Apostolicum.

εἶπον ἔχειν ἐπ' ἀδείας τὸν μετ' ἐκεῖνον ἐπίσκοπον τὰ πράγματα τοῦ ἀδιαθέτως τελευτήσαντος ἐπισκόπου, κατὰ τὸ βουλητὸν αὐτῷ οἰκονομεῖν· ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ ὅτι ἀπὸ τοῦ τοιούτου κανόνος λέγοντος ὀφείλειν ἐπιγινόμενον ἐπίσκοπον, τοῦ ἀδιαθέτου ἐπισκόπου τὴν διατύπωσιν ἁρμοδίαν τῷ αὐτοῦ ἐπαγγέλματι ποιήσασθαι· μάλιστα παρίσταται κατὰ νόμους γίνεσθαι τὴν διαδοχὴν τῶν πραγμάτων τοῦ τελευτήσαντος. τοῦτο γὰρ ποιῶν, ἁρμοδίαν διατύπωσιν ποιήσει τῷ αὐτοῦ ἐπαγγέλματι. ζήτει καὶ τὸν ἐν τῷ Τρούλλῳ κεφ. λε'.

Κανὼν κγ'.

Ἦλθεν εἰς ἀκοὰς τῆς ἁγίας συνόδου, ὡς κληρικοί τινες καὶ μονάζοντες μηδὲν ἐγκεχειρισμένοι ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἀκοινώνητοι γενόμενοι παρ' αὐτοῦ, καταλαμβάνοντες τὴν βασιλεύουσαν Κωνσταντινούπολιν, ἐπὶ πολὺ ἐν αὐτῇ διατρίβουσι, ταραχὰς ἐμποιοῦντες, καὶ θορυβοῦντες τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν, ἀνατρέπουσί τε οἴκους τινῶν· ὥρισεν τοίνυν ἡ ἁγία σύνοδος, τοὺς τοιούτους ὑπομιμνήσκεσθαι μὲν πρότερον διὰ τοῦ ἐκδίκου τοῦ κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἐπὶ τὸ ἐξελθεῖν τῆς βασιλευούσης πόλεως· εἰ δὲ τοῖς αὐτοῖς πράγμασιν ἐπιμένοιεν ἀναισχυντοῦντες, καὶ ἄκοντας αὐτοὺς διὰ τοῦ αὐτοῦ ἐκδίκου ἐκβάλλεσθαι, καὶ τοὺς ἰδίους καταλαμβάνειν τόπους.

Ἑρμηνεία.

Ἀπαγορεύουσιν οἱ πατέρες, κληρικοὺς ἢ μονάζοντας παρὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, πολλάκις καὶ ἀφωρισμένους ὄντας, καταλαμβάνειν τὴν Κωνσταντινούπολιν, καὶ ἐπὶ πολὺ ἐν αὐτῇ διατρίβειν, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἴσως διακονίας ἐκκλησιαστικάς· τοῦτο γάρ φησιν ἀνατρέπειν τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν, καὶ τοὺς οἴκους τῶν παραδεχομένων αὐτούς. καὶ ἐνταῦθα μὲν ἐκδιώκεσθαι τούτους καὶ ἄκοντας ὁ κανὼν διορίζεται, εἰ μὴ θελήσωσι παρὰ τῶν ἐκδίκων ὑπομιμνησκόμενοι ἑκόντες ὑποχωρῆσαι. ὁ δὲ κ'. κανὼν τῆς παρούσης συνόδου ἀκοινωνήτους εἶναι φησὶ καὶ τὸν δεχθέντα καὶ τὸν δεξάμενον. καὶ μὴ ἐναντιωθῇ σοι, ἀλλ' εἰπὲ ὅτι ἐκεῖ μὲν ἔφθασαν δεχθῆναι, καὶ διὰ τοῦτο ἀκοινωνησίᾳ κατακρίνονται σὺν τοῖς δεξαμένοις αὐτοὺς ἐπισκόποις. ἐνταῦθα δὲ οὐκ ἐδέχθησαν εἰσέτι, καὶ διὰ τοῦτο διώκονται καὶ ἀναγκάζονται ἀπελθεῖν ἔνθα ἐχειροτονήθησαν. ἀνάγνωθι καὶ τὸν ιϛ'. ἀποστολικὸν κανόνα.

Κανὼν κδ΄.

Τὰ ἅπαξ καθιερωθέντα μοναστήρια, κατὰ γνώμην ἐπισκόπου, μένειν εἰς τὸ διηνεκὲς μοναστήρια, καὶ τὰ ἀνήκοντα αὐτοῖς πράγματα φυλάττεσθαι τῷ μοναστηρίῳ, καὶ μηκέτι δύνασθαι γίνεσθαι ταῦτα κοσμικὰ καταγώγια. τοὺς δὲ συγχωροῦντας τοῦτο γίνεσθαι, ὑποκεῖσθαι τοῖς ἐκ τῶν κανόνων ἐπιτιμίοις.

Ἑρμηνεία.

Ὁ παρὼν κανὼν διοριζόμενος μὴ γίνεσθαι κοσμικὰ καταγώγια, μήδε κοινοῦσθαι τὰ κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου καθιερωθέντα μοναστήρια, φυλάττεσθαι δὲ καὶ τὰ ἀνήκοντα αὐτοῖς πράγματα, ἀσυμφανῶς παρακελεύεται καὶ τὰ περὶ τῆς ποιήσεως τῶν μοναστηρίων, διὰ τοῦ εἰπεῖν, κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου. μαθήσῃ δὲ πλατύτερον πῶς ὀφείλουσι γίνεσθαι τὰ μοναστήρια, ἀπὸ τοῦ α΄. κανόνος τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν ἀποστόλων συστάσης συνόδου, καὶ ἀπὸ τοῦ α΄. κεφ. τοῦ α΄. τίτλου τοῦ δ΄. βιβλίου τῶν βασιλικῶν· ὅπερ ἐστὶ κεφ. νβ΄. τῆς ρκγ΄. Ἰουστινιανείου νεαρᾶς, συνοψισθὲν εἰς τὸ α΄. κεφ. τοῦ ια΄. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. ἐρωτήσει δέ τις μετὰ ποίας φυλακῆς τὰ πράγματα τῶν μοναστηρίων φυλάττεσθαι ὁ κανὼν παρακελεύεται, καὶ ποῖα ταῦτα εἰσί. καὶ τινὲς μὲν εἶπον ὀφείλειν πάντα τὰ τῶν μοναστηρίων κινητὰ καὶ ἀκίνητα, ὡς καὶ αὐτὰ τὰ μοναστήρια συντηρεῖσθαι ἀνεκποίητα. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ὅτι ὁ κανὼν ἐνταῦθα περὶ φυλακῆς λέγει μεγάλης, δηλονότι ἄκρας ἐπιμελείας. τῶν γὰρ διαφερόντων τούτοις ἀκινήτων, πρὸς δὲ καὶ τινῶν ἱερῶν σκευῶν, ἔστιν ὅτε ἡ ἐκποίησις ἐπιτρέπεται. καὶ ἀνάγνωθι τὸ ὅλον δεύτερον τίτλον τοῦ ε΄. βιβλίου τῶν βασιλικῶν, διδάσκοντα ἐξ εὐλόγων αἰτιῶν τινῶν, μὴ μόνον ὑποτίθεσθαι τὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἀκίνητα καὶ ἱερὰ σκεύη, ἀλλὰ καὶ ἐκποιεῖσθαι κατὰ πᾶσαν ἐκποίησιν. ἐπεὶ δὲ φησὶ τοὺς συγχωροῦντας κοινοῦσθαι τὰ μοναστήρια, ὑποκεῖσθαι τοῖς τῶν κανόνων ἐπιτιμίοις, ἐρωτήσει τίς ποῖα ταῦτα εἰσί. γίνωσκε οὖν ὅτι ὁ ιγ΄. κανὼν τῆς ζ΄. συνόδου φησὶ τοὺς τὰ ἱερὰ κοινοῦντας, καὶ μὴ ἀποκαθιστῶντας αὐτὰ εἰς τὸ ἀρχαῖον σχῆμα, ἱερωμένους μὲν ὄντας, καθαιρεῖσθαι, λαϊκοὺς δὲ ἢ μοναχοὺς ἀφορίζεσθαι. ἀνάγνωθι καὶ τὸν μθ΄. κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου.

Κανὼν κε΄.

Ἐπειδήπερ τινὲς τῶν μητροπολιτῶν, ὡς περιηχήθημεν, ἀμελοῦσι τῶν ἐγκεχειρισμένων αὐτοῖς ποιμνίων, καὶ ἀναβάλλονται τὰς χειροτονίας τῶν ἐπισκόπων,

A

CANON XXIIII.

Quæ semel voluntate episcopi consecrata sunt monasteria, perpetuò manere monasteria, & res quæ ad ea pertinent seruari, eáque non amplius fieri secularia habitacula. Eos autem, qui hoc fieri permittunt, canonum pœnis subiici.

xix. q. iij. Quæ semel sunt.

SCHOL. BALS. Præsens canon, qui statuit non fieri secularia diuersoria, nec communia fieri quæ de episcopi sententia consecrata sunt monasteria, eas quoque res seruari, quæ ad ipsa pertinent, tacitè quoque de monasteriorum ædificatione præcipit. Sed quomodo fieri debeant monasteria, à primo canone synodi quæ fuit in templo sanctorum Apostolorum, fusiùs disces. Et etiam à primo capite primi tit. iiij. libri Basilic. quod est cap. lij. cxxiij. Iustiniani nouellæ, quæ posita est in j. cap. x. tit. præsentis operis. Interrogauerit autem quispiam, cum quanam custodia res monasteriorum seruari iubet canon, & quænam eæ sint. Ac nonnulli quidem dixerunt omnia monasteriorum tam mobilia quàm immobilia inalienabilia conseruari. Mihi autem videtur canon hîc loqui de magna custodia, summa scilicet diligentia. Immobilium enim ad ea pertinentium, & præterea etiam sacrorum vasorum, nōnunquam alienatio permittitur. Lege totum ij. tit. lib. v. Basilic. docentem iustis quibusdam de causis, non solùm dari pignori, sed quauis etiam alienatione alienari ecclesiarum immobilia & sacra vasa. Quoniam autem dicit, eos qui permittunt communia fieri monasteria, canonum pœnis subiici, rogauerit quispiam, quænam eæ sint. Scias ergo quòd xiij. canon vij. syn. dicit, eos qui sacra cōmunia faciunt, & ea in antiquam formam non restituunt, si sint quidem sacerdotes, debere deponi: laicos verò vel monachos segregari. Lege & xlix. can. syn. in Trullo.

CANON XXV.

Quoniam nonnulli metropolitani, vt sæpe à nobis auditū est, & greges sibi cōmissos negligunt, & episcoporū ordinationes differūt,

Dist. v. Quoniam quidā.

sanctæ synodo placuit vt intra tres menses episcoporũ ordinationes fiant, nisi inexorabilis vtique necessitas effecerit vt dilationis tempus prorogetur. Si autem hoc non fecerint, eos ecclesiasticæ pœnæ subiici. Viduæ verò ecclesiæ reditum, apud ecclesiæ œconomum saluum custodiri.

SCHOL. BALS. Diuini patres improbas multorum inuasiones amputantes, statuerunt non esse in metropolitanorum potestate episcoporum ordinationes diu differre, sed eas intra trimestre spatium facere, ne res episcoporum ex ea re detrimento afficiantur, & populi doctrina ac instructio negligatur. Si autem propter ineuitabilem aliquam necessitatem, inquiunt, episcopi prouectio prohibetur (fortè enim ciuitas, quæ est episcopo vidua, à gentibus capta est, nec facilè potest illuc quisquam venire) prorogabitur omnino ordinatio. Porrò episcopatus reditus ab eius œconomo inferri vult canon: qui quidem debet dari, non metropolitano, sed episcopo, qui est eligendus, etiamsi ad tres menses differatur electio, vel etiam vltra: Metropolitanos autem, qui præter hæc faciunt, pœnæ subiici. Cuiusmodi autẽ sit quod est à synodo definiendum, nescio. Nota ergo quomodo intelligitur illud, Inexorabilis necessitas. Neque enim si episcopatus iniuria aliqua forensi vexetur, aut aliqua alia eiusmodi ratione agitetur, id iustã episcopi electionis dilationem metropolitano concedat. Lege etiam ix. cap. primi tit. præsentis operis, & quæ in illud scripta sunt.

CANON XXVI.

Dist. lxxxix.

Quoniam in nonnullis ecclesiis, vt sæpe à nobis auditum est, episcopi absque œconomo tractant res ecclesiasticas, placuit, omnem ecclesiam episcopum habentem, ex proprio clero œconomum habere, vt nec sine testibus sit ecclesiæ administratio, nec ideo res eius dissipentur, & probrum ac dedecus sacerdotio inuratur. Si autem hoc non fecerit, cum diuinis etiam canonibus subiici.

A ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ἐντὸς τριῶν μηνῶν γίνεσθαι τὰς χειροτονίας τῶν ἐπισκόπων, εἰ μήποτε ἄρα ἀπαραίτητος ἀνάγκη παρασκευάσοι ἐπιταθῆναι τὸν τῆς ἀναβολῆς χρόνον. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσοι, ὑποκεῖσθαι αὐτὸν ἐκκλησιαστικῷ ἐπιτιμίῳ. τὴν μέντοι πρόσοδον τῆς χηρευούσης ἐκκλησίας σώαν παρὰ τῷ οἰκονόμῳ τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας φυλάττεσθαι.

Ἑρμηνεία.

Οἱ θεῖοι πατέρες τὰς τῶν πολλῶν κακεντρεχείας ἀνακόπτοντες, ὥρισαν μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας B τοὺς μητροπολίτας τὰς τῶν ἐπισκόπων ἀναβάλλεσθαι χειροτονίας ἐπὶ πολύ, ἀλλ' ἐντὸς τριμήνου ταύτας ποιεῖν, ἵνα μὴ ἐντεῦθεν τὰ τῶν ἐπισκόπων λυμαίνωνται, καὶ ἡ τοῦ λαοῦ ἀμελῆται διδασκαλία. Εἰ δέ, φασί, διά τινα περίστασιν ἀπαραίτητον κωλύεται ἡ τοῦ ἐπισκόπου προχείρησις (τυχὸν γὰρ ἡ χηρεύουσα πόλις ἐπισκόπου ὑπὸ ἐθνῶν ἑάλω, καὶ οὐκ ἔστι ῥᾷον ἀπελθεῖν ἐκεῖσε τινά) πάντως ὑπερτεθείη καὶ ἡ χειροτονία. τὴν μέντοι πρόσοδον τῆς ἐπισκοπῆς, παρὰ τοῦ οἰκονόμου ταύτης εἰσοδιάζεσθαι θέλει ὁ κανών, δοθῆναι ὀφείλουσαν οὐ τῷ C μητροπολίτῃ, ἀλλὰ τῷ χειροτονηθησομένῳ ἐπισκόπῳ, κἂν ἐπὶ τρίμηνον ἡ χειροτονία ὑπερτεθῇ, κἂν ἐπὶ πλέον. τοὺς δὲ παρὰ ταῦτα ποιοῦντας μητροπολίτας ἐπιτιμίῳ καθυποβάλλει. οἷον δὲ τοῦτό ἐστιν, οὐκ οἶδα. νομίζω δὲ τὸ παρὰ τῆς συνόδου ὁρισθησόμενον. σημείωσαι οὖν πῶς νοεῖται τὸ τῆς ἀπαραιτήτου ἀνάγκης. τὸ γὰρ ἐπηρεάζεσθαι τὰ τῆς ἐπισκοπῆς ὑπὸ πρακτορικῆς ἀδικίας, ἢ ἕτερόν τι τοιοῦτον, ἀναβολὴν εὔλογον χειροτονίας ἐπισκόπου τῷ μητροπολίτῃ οὐ δίδωσι. ἀνάγνωθι καὶ κεφ. θ'. D τοῦ α'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος καὶ τὰ ἐν αὐτῷ.

Κανὼν κϛ'.

Ἐπειδὴ ἔν τισιν ἐκκλησίαις, ὡς περιηχήθημεν, δίχα οἰκονόμων οἱ ἐπίσκοποι τὰ ἐκκλησιαστικὰ χειρίζουσι πράγματα, ἔδοξεν πᾶσαν ἐκκλησίαν ἐπίσκοπον ἔχουσαν, καὶ οἰκονόμον ἔχειν ἐκ τοῦ ἰδίου κλήρου, οἰκονομοῦντα τὰ ἐκκλησιαστικὰ κατὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου· ὥστε μὴ ἀμάρτυρον εἶναι τὴν οἰκονομίαν τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἐκ τούτου σκορπίζεσθαι τὰ τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας πράγματα, καὶ λοιδορίαν τῇ ἱερωσύνῃ προστρίβεσθαι. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσοι, ὑποκεῖσθαι αὐτὸν τοῖς θείοις κανόσιν.

Ἑρμηνεία.

Ἑρμηνεία.

Ὡς ἔοικε, πρὸ τοῦ παρόντος κανόνος οἱ πλείους τῶν ἐπισκόπων λαϊκοὺς ἐποίουν οἰκονόμους. τοῦτο οὖν οἱ θεῖοι πατέρες διορθούμενοι παρακελεύονται διὰ κληρικῶν οἰκονομεῖσθαι τὰ ἐκκλησιαστικὰ κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου· ἐφ' ᾧ καταδήλους τε εἶναι τὰς εἰσόδους τῆς ἐκκλησίας, καὶ μὴ σκορπίζεσθαι, καὶ τὸν ἐπίσκοπον ἀδιάβλητον συντηρεῖσθαι· τὸν δὲ μὴ ποιοῦντα οὕτως ἀρχιερέα ὑποκεῖσθαι τοῖς κανόσι παρακελεύονται. μὴ γοῦν ἐναντιωθῇς τῷ λη΄. καὶ τῷ μα΄. κανόνι τῶν ἁγίων ἀποστόλων. κἂν γὰρ ἀνεκλόγιστον ἐξουσίαν ἔχωσιν οἱ ἐπίσκοποι, ἀλλ' οὐκ ἐφεῖται τούτοις ὡς ἰδικοῖς, καὶ δεσποτικῶς αὐτοῖς διαφέρουσι τοῖς ἐκκλησίας χρᾶσθαι πράγμασι· τοσοῦτον, ὅτι καὶ τὰ περιττεύοντα μετὰ τὰς ἀναγκαίας ἐξόδους τοῖς πτωχοῖς διαδιδόναι ἀναγκάζονται, ὅτι καὶ πτωχικὰ τὰ ἐκκλησιαστικὰ λέγονται πράγματα. Εἰ γοῦν οἰκονομοῦνται ταῦτα διὰ κληρικῶν, ἀνέγκλητος ἔσται ὁ ἐπίσκοπος, καὶ οὐδέ τις γογγύσει κατ' αὐτοῦ, ὡς μὴ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ κληρικοὺς ἢ καὶ ἄλλως πενομένους χειραγωγοῦντος. εἰ τάχα δὲ τὸ ἐπιτίμιον τῶν παραβαινόντων τὸν παρόντα κανόνα, ἐνταῦθα οὐ κεῖται, ἀλλὰ ἀνάγνωθι τὸν ια΄. κανόνα τῆς ζ΄. συνόδου, καὶ μάθῃς τί γίνεσθαι εἰς τοὺς μὴ διοικοῦντας ἐπισκόπους διὰ κληρικῶν τὰ τῶν ἐκκλησιῶν αὐτῶν, ἀλλὰ μὴν καὶ εἰς τοὺς ἡγουμένους.

Κανὼν κζ΄.

Τοὺς ἁρπάζοντας γυναῖκας ἐπ' ὀνόματι συνοικεσίου, ἢ συμπράττοντας, ἢ συναιρομένους τοῖς ἁρπάζουσιν, ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος, εἰ μὲν κληρικοὶ εἶεν, ἐκπίπτειν τοῦ ἰδίου βαθμοῦ· Εἰ δὲ λαϊκοί, ἀναθεματίζεσθαι.

Ἑρμηνεία.

Ο παρὼν κανὼν καὶ ὁ τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου ἀπαραλλάκτως ἔχουσι. διοριζόμενοι τοὺς ἁρπάζοντας γυναῖκας, ἢ συμπράττοντας, ἢ συναιρομένους τοῖς ἁρπάζουσι, κληρικοὺς μὲν ὄντας καθαιρεῖσθαι, λαϊκοὺς δὲ ἀναθεματίζεσθαι· ἀνάγνωθι καὶ τίτλου θ΄. τοῦ παρόντος συντάγματος κεφάλ. λ΄. καὶ τὰ ἐν αὐτῷ. ὡσαύτως καὶ τὸν ξζ΄. ἀποστολικὸν κανόνα. ἐκεῖσε γὰρ πλατύτερον ἐδιδάξαμεν πῶς τιμωρεῖται ὁ ἅρπαξ, καὶ πῶς ὁ βίαν πεποιηκώς. ἴσως δέ τις ἐρεῖ, καὶ πῶς ὁμοίως ὁ ἅρπαξ καὶ ὁ συμπράττων, καὶ ὁ συναιρόμενος, κολάζονται;

A

SCHOL. BALS. Vt est verisimile, ante præsentem canonẽ, complures episcopi laicos faciebãt œconomos. Diuini ergo patres hoc corrigentes, iubent per clericos res ecclesiasticas administrari de sentẽtia episcopi: vt & manifesti sint ecclesiæ reditus, nec dissipentur: & episcopus à probro ac reprehensione alienus conseruetur. Antistitem autem qui non ita facit, canonibus subiici iubent. Ne repugnare autem hæc existimes xxxviij. & xlj. can. sanctorum Apostolorum. Etsi enim potestatem reddendę rationi non obnoxiam habeant episcopi, iis tamen nõ permittitur, vt tanquam propriis & iure dominij ad se pertinẽtibus ecclesiæ rebus vtantur: adeò vt post necessarias impensas, ea quæ supersunt, pauperibus erogare cogantur. Res enim ecclesiasticæ, dicũtur bona pauperum. Si ea ergo per clericum administrentur, à reprehensione alienus erit episcopus, neque quisquam aduersus eum murmurabit, quòd clericos qui ei subsunt, etsi sint alioqui pauperes, non subleuet, nec sustentet. Si autem etiam pœna eorum qui præsentem canonem transgrediuntur, hîc non sita est, lege xj. canonem vij. syn. & intelliges quid fit in episcopos, qui per clericos, suarũ ecclesiarum bona non administrant: & quod in eos etiam qui præficiuntur.

B

C

CANON XXVII.

Eos, qui nomine coniugij mulieres rapiunt, vel opem ferunt, ac consentiũt iis qui rapiunt, statuit synodus, si sint quidẽ clerici, proprio gradu excidere: sin autem laici, anathematizari.

xxxvj. q. ij. Eos qui rapiunt.

SCHOL. BALS. Præsens canon, & xcij. canon. syn. in Trul. eodem omnino modo se habent, definientes, eos qui mulieres rapiunt, vel rapientibus opem ferunt, ac consentiunt, si sint quidem clerici, deponendos: laicos autem anathematizandos. Lege & tit. ix. præsentis operis, cap. xxx. & quæ ibi sunt. Similiter & lxvij. Apostolicum canonem. Illic enim fusiùs docuimus, quomodo punitur raptor, & quomodo qui vim attulit. Dicet autem quispiam, & quomodo raptor, & qui fert opem, & qui consentit, pari pœna puniuntur?

D

Dic quòd & eos qui opem ferunt, & qui consentiunt, non minùs quàm eum qui rapuit, auersatur & odio habet canō. Qui enim rapuit, nefarium & exlegem amorem prætextum habet: Illi verò, solius improbitatis & iniqui propositi accusantur: quod quidem ciuitatis honestatem ac decus euertit. Is autem opem ferre dicitur, qui Græcè συμπράττων appellatur, qui facto ipso, cum eo qui rapit, raptum struit ac molitur. Consentiēs autem, qui est συναιρόμενος, qui per consilium, vel aliud etiam auxilium, cum eo qui peccatum admisit, concurrit. Quære & lj. Imp. Domini Leonis philosophi nouellam, punientem eum, qui vnà cum raptu puellæ vim attulit, non solùm per publicationem, sed etiam per pœnam corporalem: similiter & eos qui illi consenserunt: & tractantem, aliter puniri eos qui vi armata rapuerunt, & aliter eos qui non sic se improbè insolentérque gesserunt: puniri autem etiam & patrem, si factum approbauerit & admiserit.

Canon XXVIII.

Sanctorum patrum decreta vbique sequentes, & canonem qui nuper lectus est, centum & viginti Dei amantissimorum episcoporum agnoscentes, eadem quoque & nos decernimus ac statuimus de priuilegiis sanctissimæ ecclesiæ Constantinopolis nouæ Romæ. Etenim antiquæ Romæ throno, quòd vrbs illa imperaret, iure patres priuilegia tribuere. Et eadem consideratione moti centum quinquaginta Dei amantissimi episcopi, sanctissimo nouæ Romæ throno æqualia priuilegia tribuēre, rectè iudicantes, vrbem quæ & imperio & senatu honorata sit, & æqualibus cum antiquissima regina Roma priuilegiis fruatur, etiam in rebus ecclesiasticis, non secus ac illam extolli ac magni fieri, secundam post illam existentem. Vt & Ponticæ, & Asianæ, & Thracicæ diœcesis metropolitani soli: præterea & episcopi prædictarum diœcesum, quæ sunt inter barbaros, à prædicto throno sanctissimæ Constantinop. ecclesiæ ordinentur: Vnoquoque scilicet prædictarum diœcesum metropolitano cū prouinciæ episcopis prouinciæ episcopos ordinante,

εἶπε οὖν ὅτι καὶ τοὺς συμπράττοντας, καὶ τοὺς συναιρομένους οὐχ ἧττον τοῦ ἁρπάσαντος μυσάττεται ὁ κανών. ὁ μὲν γὰρ ἁρπάζων ἔχει τὸν ἄθεσμον ἔρωτα πρόφασιν, οἱ δὲ κακίας μόνης καὶ ἀδίκου κατηγοροῦνται προθέσεως, καταστρεφούσης τὴν τῆς πόλεως κοσμότητα. ἔστι δὲ συμπράττων, ὁ πραγματικῶς τὴν ἁρπαγὴν καταρτύων σὺν τῷ ἁρπάζοντι· συναιρόμενος δέ, ὁ διὰ συμβουλῆς, ἢ καὶ ἐπικουρίας ἄλλης συντρέχων τῷ πλημμελήσαντι. ζήτει καὶ λέ. νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ φιλοσόφου τιμωροῦσαν τὸν μετὰ ἁρπαγῆς βιασάμενον κόρην, οὐ μόνον διὰ πραγμάτων ἀφαιρέσεως, ἀλλὰ καὶ διὰ σωματικῆς ποινῆς· ὡσαύτως καὶ τοὺς συναιρομένους αὐτοῖς· καὶ διαλαμβάνουσαν ἄλλως τιμωρεῖσθαι τοὺς ἔνοπλον ἁρπαγὴν ποιησαμένους, καὶ ἄλλως τοὺς μὴ οὕτως ἀτακτήσαντας. τιμωρεῖσθαι δὲ καὶ τὸν πατέρα ἐὰν καταδέξηται τὸ γεγονός.

Κανὼν κή.

Πανταχοῦ τοῖς τῶν ἁγίων πατέρων ὅροις ἑπόμενοι, καὶ τὸν ἀρτίως ἀναγνωσθέντα κανόνα τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, γνωρίζοντες, τὰ αὐτὰ καὶ ἡμεῖς ὁρίζομέν τε καὶ ψηφιζόμεθα περὶ τῶν πρεσβείων τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας τῆς αὐτῆς Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης. καὶ γὰρ τῷ θρόνῳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην, οἱ πατέρες εἰκότως ἀποδεδώκασι τὰ πρεσβεῖα. καὶ τῷ αὐτῷ σκοπῷ κινούμενοι οἱ ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι, τὰ ἴσα πρεσβεῖα ἀπένειμαν τῷ τῆς νέας Ῥώμης ἁγιωτάτῳ θρόνῳ, εὐλόγως κρίναντες, τὴν βασιλείᾳ καὶ συγκλήτῳ τιμηθεῖσαν πόλιν, καὶ τῶν ἴσων ἀπολαύουσαν πρεσβείων τῇ πρεσβυτέρᾳ βασιλίδι Ῥώμῃ, καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὡς ἐκείνην μεγαλύνεσθαι πράγμασι, δευτέραν μετ᾽ ἐκείνην ὑπάρχουσαν. καὶ ὥστε τοὺς τῆς Ποντικῆς καὶ τῆς Ἀσιανῆς καὶ τῆς Θρακικῆς διοικήσεως μητροπολίτας μόνους, ἔτι δὲ καὶ τοὺς ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς ἐπισκόπους τῶν προειρημένων διοικήσεων χειροτονεῖσθαι ὑπὸ τοῦ προειρημένου ἁγιωτάτου θρόνου τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἁγιωτάτης ἐκκλησίας· δηλαδὴ ἑκάστου μητροπολίτου τῶν προειρημένων διοικήσεων χειροτονοῦντος τοὺς τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπους,

σεων μετὰ τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων

καθὼς τοῖς θείοις κανόσι διηγόρευται. χειροτονεῖσθαι δὲ, καθὼς εἴρηται, τοὺς μητροπολίτας τῶν προειρημένων διοικήσεων παρὰ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως ἀρχιεπισκόπου, ψηφισμάτων συμφώνων κατὰ τὸ ἔθος γινομένων, καὶ ἐπ' αὐτὸν ἀναφερομένων.

Ἑρμηνεία.

Περὶ τοῦ πῶς ἐτιμήθη ὁ τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνος, εἴπομεν εἰς τὸν γ'. κανόνα τῆς δευτέρας συνόδου, καὶ ἀνάγνωθι τοῦτον, καὶ τὸ α'. κεφ. τοῦ η'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. ὁ δὲ παρὼν κανὼν, μετὰ τὸ εἰπεῖν, ἔχειν μὲν τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνον τὰ πρεσβεῖα τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας, εἶναι δὲ δεύτερον μετ' ἐκεῖνον, προστίθησι, τινὰς μητροπολίτας ὑπὸ τούτου χειροτονεῖσθαι, ὡς καὶ ἑκάστου αὐτῶν ὀφείλοντος πάλιν χειροτονεῖν μετὰ τῆς ὑπ' αὐτὸν συνόδου τοὺς ὑπὸ τούτων ἐπισκόπους. τὰς μέντοι ψήφους τῶν μητροπόλεων γίνεσθαι παρὰ τῶν μητροπολιτῶν κατὰ τὸ ἔθος, καὶ ἀναφέρεσθαι τὸ γινόμενον παρὰ τούτων τῷ πατριάρχῃ, ὡς ἂν τῇ δοκιμασίᾳ τούτου ἀπὸ τῶν ψηφισθέντων τριῶν, ὁ εἷς χειροτονηθῇ. σημείωσαι οὖν ὅτι πρὸ τοῦ κανόνος τούτου οὐκ ἐχειροτόνουν οἱ πατριάρχαι τοὺς μητροπολίτας, ἀλλ' οἱ ἑκάστης ἐπαρχίας ἐπίσκοποι· καὶ ὅτι οἱ μητροπολῖται ἔχουσι τὰ ἀρχιερατικὰ δίκαια εἰς τὸ ποιεῖν ἐπισκόπους, καὶ ὅτι οὐκ ὀφείλουσι οἱ πατριάρχαι ἢ οἱ μητροπολῖται προσιστάζειν εἰς τὰς ψήφους τῶν μητροπολιτῶν ἢ τῶν ἐπισκόπων. ζήτει καὶ τὸν δ'. κανόνα τῆς α'. συνόδου, τῆς β'. συνόδου κανόνα β'. τὸν γ'. η'. καὶ τῆς ς'. λθ'. γίνωσκε δὲ ὅτι Ποντικοὶ λέγονται μητροπολῖται οἱ τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ παρακείμενοι μέχρι τῆς Τραπεζοῦντος, καὶ ἐνδοτέρω· Ἀσιανοὶ οἱ μέχρι τῶν Ταυρείων διήκοντες, καὶ Θρακικοὶ οἱ δυτικοί. κἂν γάρ τινες τὴν Θρᾴκην μέχρι τῶν ὁρίων Μακεδονίας ἐστενοχώρησαν, καὶ εἶπον τοὺς τῆς Μακεδονίας μητροπολίτας, Θετταλοὺς, Ἑλλαδικούς τε καὶ Πελοποννησίους, ποτὲ χειροτονεῖσθαι παρὰ τοῦ Πάππα Ῥώμης, καὶ παρίστασθαι τοῦτο δῆθεν ἐκ τοῦ μὴ ἐνδοθῆναι τῷ Κωνσταντινουπόλεως καὶ τούτους χειροτονεῖν. ἀλλὰ σὺ τοῖς λεγομένοις μὴ προσέχῃς, τῷ γὰρ ὀνόματι τῆς Θρᾴκης περιέχονται αἱ μέχρι καὶ αὐτοῦ τοῦ Δυρραχίου μητροπόλεις. τὸν δὲ Πάππαν κακῶς λέγουσι τινὲς χειροτονεῖν ποτὲ τὸν Θεσσαλονίκης,

A *quemadmodum diuinis canonibus est traditum: ordinari autem, sicut dictum est, prædictarum diœcesum metropolitanos à Constantinopolitano archiepiscopo, conuenientibus de more factis electionibus, & ad ipsum relatis.*

SCHOL. BALS. Quomodo sit honoratus thronus Constantinopolitanus, in iij. can. syn. dictum est: & lege eum, & primum cap. viij. tit. præsentis operis. Præsens autem canon postquam dixit habere qui-B dem thronum Cõstantinopolis, Romanorum ecclesiæ priuilegia, esse autem secundum post illum, adiicit, quosdã metropolitanos ab illo ordinari, vt & vnusquisque ipsorum rursus debeat cum sua synodo, eos qui subsunt episcopos ordinare. Metropolitanorum verò electiones à metropolitanis de more fieri, & quod factum est ad eorum patriarcham referri, vt eius examinatione ex tribus electis vnus ordinetur. Nota ergo quòd ante hunc canonem patriarchæ non ordinabant metropolita-C nos, sed vniuscuiusque prouinciæ episcopi: & quòd metropolitani antistitum iura habent ad faciendos episcopos, & quòd nõ debet patriarchæ, seu metropolitani, in metropolitanorum & episcoporum electionibus interesse. Quære iiij. can. primæ syn. secundæ syn. can. ij. iij. viij. & vj. xxxix. Scias autem quòd metropolitani dicuntur Pontici, qui prope Euxinum Pontum habitant Trapezuntem vsque, & interiùs. Asiani autem, non Orientales, vt di-D cunt quidam (Antiochia enim habet Orientis ordinationem) sed qui sunt citra Ephesum Thracici, Occidentales. Etsi enim nonnulli Thraciam ad Macedoniæ vsque terminos in angustum redegerunt, & dixerũt Macedonię metropolitanos, Thessalos, Helladicos, porrò & Peloponnesios ab vrbe Roma aliquando fuisse ordinatos, & hoc vtique ex eo probari, quòd non cõcessum sit Cõstãtinopolitano patriarchæ eos ordinare: sed tu his fidem ne adhibueris. Thracię enim nomine cõprehendũtur metropoles vsq; ad Dyrrhachiũ. Quidam autem malè dicunt, Papam aliquãdo ordinasse Thessalonicẽses,

&c alios Occidentales metropolitanos. Hos enim habuit legatos. Episcopatus autem dixit esse inter barbaros, Alaniam, Russiam, &c. alios. Alani enim sunt Ponticæ diœcesis: Russia verò Thraciæ. De legatis autem Papę Romani, & quinam hi sũt, & quomodo illi concessum est, vt nostros metropolitanos legatos haberet, dicetur post allocutionem synodi quæ fuit in Trullo.

Canon XXIX.

Episcopum in presbyteri gradum deducere est sacrilegium. Si qua autem iusta causa illos ab episcopali actione remouet, nec presbyteri debent locum obtinere. Sin autem absque vllo crimine dignitate moti sunt, ad episcopalem dignitatem redibunt. Anatolius, religiosissimus Cõstantinopolitanus archiepiscopus, dixit: Ii qui dicuntur ab episcopali dignitate ad presbyteri ordinem descendisse, si iustis quidem de causis condemnantur, iure nec presbyteri quidem honore digni sunt: sin autem sine aliqua probabili causa ad inferiorem gradum depressi sunt, iure, si quidem nulli sint culpæ affines, episcopatus auctoritatem & sacerdotium recipient.

Schol. Bals. Scriptum est in fine iiij. synodi relatũ fuisse à Photio metropolis Tyri episcopo ad regem Marcianum, quòd episcopus Berytensis ciuitatis, arrepta occasione, diuersos Tyriorum episcopatus ab ecclesia auulsit, Byblum, Botryn, Tripolin, Orthosiadem, Arcadem, & Antaradum, & eos qui ab ipso Photio ordinati fuerant, depositos episcopos, in presbyteri locum deduxit. Hoc cùm obseruassent, qui secundum Imperiale decretũ Chalcedone conuenerant, patres, cum ciuilibus magistratibus statuerunt æquum esse, Tyriorum ecclesiæ restitui ablatos, vt dictum est, episcopatus, & habere depositos episcopos priores honores. Et Romanæ quidẽ ecclesiæ loci conseruatores pronunciarunt, episcopum in presbyteri locum deducere, est sacrilegium, & cæt. Anatolius autem, & reliqua synodus, & magistratus, secuti sunt. Lege primum & ij. can. syn. Ancyr.

καὶ ἑτέρους Δυτικοὺς μητροπολίτας. λεγάτους γὰρ εἶχε τούτους. ἐπισκοπὰς δὲ εἶπε εἶναι ἐν τοῖς βαρβάροις τὴν Αλανίαν, τὴν Ρωσίαν καὶ ἑτέρας. οἱ μὲν γὰρ Αλανοὶ τῆς Ποντικῆς εἰσὶ διοικήσεως, ἡ δὲ Ρωσία τῆς Θρακικῆς. περὶ δὲ τῶν λεγάτων τοῦ Πάππα Ρώμης, καὶ τίνες οὗτοι εἰσὶ, καὶ πῶς ἐνεδόθη αὐτῷ ἡμετέρους μητροπολίτας ἔχειν λεγάτους, εἰρήσεται μετὰ τὸ προσφώνημα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου.

Κανὼν κθ'.

Επίσκοπον εἰς πρεσβυτέρου βαθμὸν φέρειν, ἱεροσυλία ἐστίν. Εἰ δὲ αἰτία τις δικαία ἐκείνους ἀπὸ τῆς πράξεως τῆς ἐπισκοπῆς ἀποκινεῖ, οὐδὲ πρεσβυτέρου τόπον κατέχειν ὀφείλουσιν. Εἰ δὲ ἐκτός τινος ἐγκλήματος ἀπεκινήθησαν τοῦ ἀξιώματος, πρὸς τὴν ἐπισκοπικὴν ἀξίαν ἐπαναστρέψουσιν. Ανατόλιος ὁ εὐλαβέστατος ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως εἶπεν· οὗτοι οἱ λεγόμενοι ἀπὸ τῆς ἐπισκοπικῆς ἀξίας εἰς τὴν τοῦ πρεσβυτέρου τάξιν κατεληλυθέναι, εἰ μὲν ἀπὸ εὐλόγων αἰτιῶν καταδικάζονται, εἰκότως οὐδὲ τῆς πρεσβυτέρου ἐντὸς ἄξιοι τυγχάνουσιν εἶναι τιμῆς· Εἰ δὲ δίχα τινὸς αἰτίας εὐλόγου εἰς τὸν ἥττονα κατεβιβάσθησαν βαθμὸν, δίκαιοι τυγχάνουσιν, εἴ γε ἀνεύθυνοι φανεῖεν, τὴν τῆς ἐπισκοπῆς ἐπαναλαβεῖν ἀξίαν τε καὶ ἱερωσύνην.

Ερμηνεία.

Γέγραπται περὶ τὰ τέλη τῶν πρακτικῶν τῆς δ'. συνόδου, ἀνενεχθῆναι παρὰ Φωτίου ἐπισκόπου τῆς μητροπόλεως Τύρου τῷ βασιλεῖ Μαρκιανῷ, ὡς ὁ ἐπίσκοπος τῆς Βηρυτῶν πόλεως καιροῦ δραξάμενος, ἀπέσπασεν ἐκ τῆς ἐκκλησίας τῶν Τυρίων διαφόρους ἐπισκοπὰς, Βύβλον, Βότρυν, Τρίπολιν, Ορθωσιάδα, Αρκὰς καὶ Αντάραδον, καὶ τοὺς ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ Φωτίου χειροτονηθέντας ἐπισκόπους καθελὼν, εἰς πρεσβυτέρου τόπον κατήγαγεν. τοῦτο γοῦν τηρήσαντες κατὰ βασιλικὸν ὁρισμὸν οἱ ἐν Χαλκηδόνι συνελθόντες πατέρες, μετὰ καὶ πολιτῶν ἀρχόντων ὥρισαν δίκαιον εἶναι ἀποκατασταθῆναι τῇ τῶν Τυρίων ἐκκλησίᾳ τὰς ἀφαιρεθείσας, ὡς εἴρηται, ἐπισκοπὰς, καὶ ἔχειν τοὺς καθαιρεθέντας ἐπισκόπους τὴν προτέραν τιμήν. οἱ μὲν τοποτηρηταὶ τῆς ἐκκλησίας Ρώμης ἀπέφηναν, τὸ, ἐπίσκοπον εἰς πρεσβυτέρου βαθμὸν φέρειν, ἱεροσυλία ἐστὶ καὶ τὰ ἑξῆς. ὁ Ανατόλιος δὲ καὶ οἱ ἄρχοντες καὶ λοιπὴ σύνοδος ἠκολούθησαν. ἀνάγνωθι τὸν α'. καὶ β'. κανόνα τῆς ἐν Αγκύρᾳ συνόδου.

τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου κανόνα θ'. συνόδου ϛ'. κανόνα γ'. κϛ'. καὶ τοῦ ἁγίου Βασιλείου κανόνα κζ'. καὶ ο'. ὑπέξελέ μοι τοὺς μετὰ τὴν χειροτονίαν γαμήσαντας. οὗτοι γὰρ μετὰ τὸ παυθῆναι τῆς λειτουργίας, ἐνεργοῦσι τινά. καὶ ἀνάγνωθι τὴν οθ'. νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ φιλοσόφου, καταστρωθεῖσαν εἰς τὸν ϛ'. κανόνα τῆς ϛ'. συνόδου· καὶ τὸ τέλος τῶν γεγονυιῶν ἐρωτήσεων πρὸς τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει σύνοδον, καὶ τὰς ἐπ' αὐτῷ ἀποκρίσεις κατὰ τὴν ἐφημερίαν τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου κυροῦ Νικολάου.

Κανὼν λ'.

Ἐπειδὴ οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι τῆς Αἰγύπτου, οὐχ ὡς μαχόμενοι τῇ καθολικῇ πίστει, ὑπογράψαι τῇ ἐπιστολῇ τοῦ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Λέοντος ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀνεβάλλοντο, ἀλλὰ φάσκοντες ἔθος εἶναι ἐν τῇ Αἰγυπτιακῇ διοικήσει παρὰ γνώμην καὶ διατύπωσιν τοῦ ἀρχιεπισκόπου μηδὲν τοιοῦτο ποιεῖν· καὶ ἀξιοῦσιν ἐνδοθῆναι αὐτοῖς ἄχρι τῆς χειροτονίας τοῦ ἐσομένου τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως ἐπισκόπου· εὔλογον ἡμῖν ἐφάνη καὶ φιλάνθρωπον, ὥστε αὐτοῖς μένουσιν ἐπὶ τοῦ ὁμοίου σχήματος ἐν τῇ βασιλευούσῃ πόλει, ἔνδοσιν παρασχεθῆναι, ἄχρις ἂν χειροτονηθῇ ὁ ἀρχιεπίσκοπος τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως. ὅθεν μένοντες ἐπὶ τοῦ οἰκείου σχήματος οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι τῶν Αἰγυπτίων, ἢ ἐγγύας παρέξουσιν, εἰ τοῦτο αὐτοῖς δυνατόν, ἢ ἐξωμοσίας καταπιστευθήσονται.

Ἑρμηνεία.

Γέγραπται ἐν τῇ τετάρτῃ πράξει τῶν πρακτικῶν τῆς δ'. συνόδου, ὅτι μετὰ τὴν καθαίρεσιν Διοσκόρου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, τρεισκαίδεκα ἐπίσκοποι Αἰγύπτιοι παρουσιάζοντες ἀπὸ τῆς διοικήσεως Ἀλεξανδρείας, τὸν μὲν Εὐτυχέα καὶ τὰ δόγματα αὐτοῦ ἀνεθεμάτισαν· ὑπογράψαι δὲ ἀκολούθως καὶ ἐν τῇ ἐπιστολῇ τοῦ ἁγίου Λέοντος Πάππα Ῥώμης, ἣν ἀπέστειλε τῷ πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως Φλαβιανῷ, ὡς στοιχοῦντες τοῖς ἐν αὐτῇ, οὐκ ἐπείθοντο, λέγοντες ἀσυνήθες εἶναι τῇ κατ' αὐτοὺς Αἰγυπτιακῇ διοικήσει, παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας τοιοῦτόν τι ποιεῖν, καὶ παρακαλοῦντες ἐνδοθῆναι αὐτοῖς, μέχρις ἂν Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπίσκοπος γένηται. ὅτι οὖν τινὲς οὐ προσεδέχοντο τούτους ταῦτα λέγοντας, ὥρισεν ἡ σύνοδος μηδέν τι αὐτοὺς παθεῖν κακόν,

A Neocæsar. syn. can. ix. syn. vj. can. iij. xxvj. & sancti Basilij can. xxvij. & lxx. Excipe mihi eos qui post ordinationem vxores duxerũt. Ij enim postquam à ministerio cessauerunt, quædam agunt. Lege lxxix. nouellam Imp. domini Leonis philosophi, sitam in vj. can. vj. syn. & finem interrogationum factarum ad sanctam Constantinopolitanam synodum, & responsiones ad illas tempore sanctissimi illius patriarchæ domini Nicolai.

B CANON XXX.

Quoniam religiosissimi Aegypti episcopi, non vt catholicæ fidei aduersantes, sanctissimi archiepiscopi Leonis epistolæ subscribere differebant, sed dicentes in Aegyptiaca diœcesi hanc esse consuetudinem, vt præter voluntatem & mandatum episcopi nihil tale faciant, & petunt concedi sibi vsque ad ordinationem futuri magnæ ciuitatis Alexandrinorum archiepiscopi: iustum nobis & humanum visum est, vt ipsis in proprio habitu in Imperiali vrbe manentibus, remissio concedatur, donec ordinatus C *fuerit Alexandrinus archiepiscopus. Vnde in proprio habitu manentes, vel fideiussores dabunt, si hoc ab eis fieri potest, vel eorum iureiurando fides habebitur.*

SCHOL. BALS. Scriptum est in iiij. actione actorum iiij. synodi, quòd post Dioscori Alexandriæ episcopi depositionem, xiij. Ægyptij episcopi ex Alexandrina diœcesi presentes Eutychen & eius dogmata anathematizarunt: subscribere autem consequenter epistolæ D sancti Leonis Papæ Romani, quam misit ad Flauianum patriarcham Constantinopolitanum, vt iis quæ in ea erant assentientes, non persuadebantur: dicentes esse inusitatum in sua Ægyptiaca diœcesi preter Alexandrini Archiepiscopi sententiam tale quid facere, & petentes id sibi concedi donec Alexandrinus Episcopus factus sit. Quoniam ergo quidam eos sic dicentes non admittebant, definiit synodus eos nihil mali pati oportere,

sed in proprio habitu manere, & Alexandrini Archiepiscopi ordinationem expectare. Interea autem vel dare fideiussores desistendo, vel si fideiussores dare non possint, eorum iuriiurando fidem haberi. Græcè est ἐξωμοσία. Est autem ἐξωμοσία, dum in caput Imperatoris vel in propriā salutem iurat quispiam. Dicitur autem ἐξωμοσία, quòd non reducitur hoc iureiurandum secundùm iurisperitos ad quinque iurisiurandi species lege statutas, sed est extra eas. Lege ix. Iuss. xx. cap. vj. tit. vij. lib. Basilic. & quæ extra scripta sunt. Nota autem ex hoc præsenti canone quomodo exponitur xx. canō Apostolicus, dicens, Clericus fideiubens deponatur: & lege eius interpretationem.

DE QVINTA SYNODO.

AB EA AVTEM VSQVE AD sextam intercessere anni CXXIX.

Quinta synodus fuit sub Iustiniano Imperatore primo, cùm cētum & quinquaginta quinque sancti patres Constantinopolim conuenissēt: quæ confirmauit ea quæ à quarta synodo decreta sunt, & eos qui aduersus eam maledicè loquebātur, & blasphemabant, anathematizauit, scilicet Origenem, & impia eius decreta & scripta: Euagrium & Didymum, & quæ ab ipsis exposita sunt capita: & præterea Mopsuestiæ Theodorum Nestorij magistrum, & blasphemam eius doctrinam: Anthimum, & Petrum, & Zooram, & qui erant eiusdem cum illo opinionis: & conscripta à Theodorito capita, & Ibæ epistolam. Canones autem non edidit.

DE SEXTA SYNODO.

Sexta synodus fuit in hac vrbe Imperiali imperante Constantino Pogonato Heraclij nepote, cùm clxxj. sancti diuini patres conuenissent aduersus Theodorum, qui in Pharam episcopatum gesserat: Honorium qui Romæ, Cyrum qui Alexādriæ, Sergium, Pyrrhum, Petrum, & Paulum, qui ecclesiæ Constantinopolitanæ præfuerant, & Macarium Antiochenū, & Stephanum eius discipulum, & Polychronium

ἀλλὰ μένειν ἐπὶ τῆς οἰκείας ἐπιτιμίας, καὶ ἀναμένειν τὴν τοῦ Ἀλεξανδρείας χειροτονίαν. ἐν τῷ μέσῳ δὲ ἢ ἐγγυητὰς δοῦναι παραστάσεως, ἢ ἐὰν μὴ δύνανται δοῦναι ἐγγυητὰς, ἐξωμοσίᾳ καταπιστευθῆναι. ἐξωμοσία δέ ἐστι τὸ εἰς τὴν κεφαλὴν τοῦ βασιλέως, ἢ εἰς τὴν οἰκείαν σωτηρίαν ὀμόσαι τινά. καλεῖται δὲ ἐξωμοσία, ὅτι οὐκ ἀνάγεται ὁ ὅρκος οὗτος κατὰ τοὺς νομομαθεῖς εἰς τοὺς νενομισμένους πέντε ὅρκους, ἀλλ' ἔξω τούτων ἐστί. καὶ ἀνάγνωθι τὸ η'. θέμα τοῦ κ'. κεφ. τοῦ ς'. τίτλου τοῦ ζ'. βιβλίου τῶν βασιλικῶν, καὶ τὰ ἔξωθεν αὐτοῦ γεγραμμένα. σημείωσαι δὲ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ὅπως ἑρμηνεύεται ὁ ἀποστολικὸς κ'. κανὼν, ὁ λέγων, κληρικὸς ἐγγύας διδοὺς καθαιρείσθω, καὶ ἀνάγνωθι τὴν τούτου ἑρμηνείαν.

Περὶ τῆς πέμπτης συνόδου.

Η ε'. σύνοδος γέγονεν ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ βασιλέως τοῦ πρώτου, ἑκατὸν ἑξήκοντα πέντε ἁγίων πατέρων συνελθόντων ἐν Κωνσταντινουπόλει· ἥτις ἐπεκύρωσε τὰ δογματισθέντα ὑπὸ τῆς ἁγίας δ'. συνόδου, καὶ τοὺς κατ' αὐτῆς βλασφημοῦντας ἀνεθεμάτισεν, ἤγουν Ὠριγένην καὶ τὰ αὐτοῦ ἀσεβῆ δόγματα καὶ συγγράμματα, Εὐάγριόν τε καὶ Δίδυμον, καὶ τὰ παρ' αὐτῶν ἐκτεθέντα κεφάλαια, καὶ πρὸς τούτοις τὸν Μοψουεστίας Θεόδωρον, τὸν Νεστορίου διδάσκαλον, καὶ τὰς αὐτοῦ βλασφήμους διδασκαλίας, Ἄνθιμόν τε καὶ Πέτρον καὶ Ζωόραν, καὶ τοὺς ὁμοδοξοῦντας αὐτοῖς· καὶ τὰ παρὰ τοῦ Θεοδωρήτου συγγραφέντα κεφάλαια, καὶ τὴν Ἴβα ἐπιστολήν. κανόνας δὲ οὐκ ἐξέθετο.

Περὶ τῆς ἕκτης συνόδου.

Η ἕκτη σύνοδος γέγονεν ἐν ταύτῃ τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων βασιλεύοντος Κωνσταντίνου τοῦ Πωγωνάτου, τοῦ ἀπογόνου τοῦ Ἡρακλείου, ἑκατὸν ἑβδομήκοντα ἁγίων πατέρων συνελθόντων κατὰ Θεοδώρου ἐπισκοπεύσαντος ἐν Φαρᾷ, Ὀνωρίου Ῥώμης, Κύρου Ἀλεξανδρείας, Σεργίου, Πύρρου, Παύλου καὶ Πέτρου τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκκλησίας προεδρευσάντων, Μακαρίου Ἀντιοχείας καὶ Στεφάνου τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ, καὶ Πολυχρονίου,

τοῦ νηπιόφρονος γέροντος, τῶν τολμησάντων δόγμα θεῖναι, ἓν θέλημα καὶ μίαν ἐνέργειαν ἔχειν μετὰ τὴν σάρκωσιν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· οὓς μετὰ τῶν συμφρονούντων αὐτοῖς ἐξέκοψε τῆς ἐκκλησίας καὶ ἀνεθεμάτισεν ἡ ἁγία αὕτη σύνοδος· δύο θελήματα φυσικὰ καὶ δύο ἐνεργείας ὁμοίας μετὰ τὴν σάρκωσιν δογματίσασα, καὶ κυρώσασα, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, οὐκ ἐν διαιρέσει προσώπων, ἀλλ᾽ ὅτι μηδεμία φύσις τῶν δύο φύσεων ἐπὶ Χριστοῦ, ἀθέλητος ἐστὶν ἢ ἀνέργητος· ἵνα μὴ τῶν ἰδιωμάτων τούτων ἑκατέρας φύσεως ἀναιρουμένων, τῆς ἐνεργείας λέγω καὶ τῆς θελήσεως, καὶ αἱ δύο φύσεις ὧν εἰσὶν ἰδιώματα, συναναιρεῖσθαι δοκῶσιν. οὐδὲ αὕτη μέντοι ἡ σύνοδος κανόνας ἐξέθετο.

delirum senem, qui ausi fuerant decretum introducere, dominum nostrum Iesum Christum vnam voluntatem & vnam operationem habere, postquam incarnatus est. Quos cum illis qui illis consentiebant, ex ecclesia amputauit & anathematizauit sancta synodus, duas naturales voluntates & operationes habere post incarnationem statuens dominum nostrum Iesum Christum, non in diuisione personarum, sed quòd nulla natura, ex duabus naturis, quæ sunt in Christo, est sine volũtate vel operatione, ne vtriusque naturę sublatis proprietatibus, operatione dico & voluntate, duæ quoque naturæ, quarum sunt proprietates, vnà auferri videantur. Sed hæc quoque synodus canones non edidit.

Περὶ τῆς λεγομένης ἕκτης συνόδου.

Τοῦ δευτέρου Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥινοτμήτου δηλαδὴ βασιλεύοντος, ὃς ἦν υἱὸς τοῦ Πωγωνάτου Κωνσταντίνου, συνῆλθον ἐπίσκοποι διακόσιοι εἴκοσι καὶ ἑπτὰ κατὰ κέλευσιν τοῦ ῥηθέντος αὐτοκράτορος, καὶ κανόνας ἐξέθεντο εἰς κατάστασιν ἐκκλησιαστικήν.

DE EA SYNODO QVÆ DICITVR SEXTA.

Cùm secundus Iustinianus, is scilicet qui ab amputato naso ῥινότμητος dictus est, regnaret, qui quidem erat Pogonati Constantini filius, conuenerunt episcopi ccxxvij. iussu dicti Imperatoris, & ad constitutionem ecclesiasticam canones ediderunt.

ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΩΝ ΕΝ Κωνσταντινουπόλει ἐν τῷ Τρούλλῳ τοῦ Βασιλικοῦ παλατίου συνελθόντων ἁγίων πατέρων, ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου ἡμῶν βασιλέως.

CANONES SANCTORVM PATRVM, QVI IN Trullo Imperialis Palatij Constantinopoli conuenerunt, tempore Iustiniani religiosissimi & Christianissimi nostri Imperatoris.

Τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ φιλοχρίστῳ βασιλεῖ Ἰουστινιανῷ ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἡ κατὰ θεῖον νεῦμα καὶ θέσπισμα τοῦ εὐσεβεστάτου ὑμῶν κράτους συναθροισθεῖσα, κατὰ ταύτην τὴν θεοφύλακτον καὶ βασιλίδα πόλιν.

Imprimis pio & Christi amantißimo Imperatori Iustiniano, sancta & vniuersalis synodus diuino piæ vestræ potentiæ nutu & decreto congregata in hac à Deo custodita & regia ciuitate.

ΤΗΣ ἀρρήτου καὶ θείας χάριτος τοῦ λυτρωτοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶσαν περιλαβούσης τὴν γῆν, καὶ τοῦ ζωηφόρου τῆς ἀληθείας κηρύγματος, ταῖς ἁπάντων ἀκοαῖς ἐνσπαρέντος, ὁ μὲν λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει τῆς ἀγνοίας, φῶς εἶδε μέγα τὸ τῆς ἐπιγνώσεως, καὶ τῶν τῆς πλάνης ἠλευθερώθη δεσμῶν, βασιλείαν οὐρανῶν τῆς παλαιᾶς δουλείας ἀνταλλαξάμενος·

CVm ineffabilis ac diuina redemptoris & seruatoris nostri Iesu Christi gratia omnem terrarum orbem comprehenderit, & viuificum veritatis præconium sit omnium auribus dißeminatum: populus quidem sedens in tenebris, vidit magnam cognitionis lucem, & ab erroris vinculis liberatus est, cum regno cælorum antiqua seruitute permutata:

Διδάσκαλοι τῶν ἐκκλησιῶν οἱ ἐπίσκοποι καθίστανται· καὶ διὰ τοῦτο φησὶν ὁ κανὼν ἔχειν τούτοις πᾶσαν ἀνάγκην, καὶ ἀεὶ μὲν διδάσκειν τὸν ὑπ' αὐτοὺς λαὸν, πολλῷ δὲ μᾶλλον ἐν ταῖς κυριωνύμοις, ἐν αἷς εἰώθασιν ἅπαντες σχεδὸν τῇ ἐκκλησίᾳ προσεδρεύειν, τῶν ἐργοχείρων αὐτῶν ἀπαλλαττόμενοι. διδάσκειν δὲ τούτους διορίζεται οὐ παρεκβατικώτερα τινὰ καὶ οἴκοθεν, ἀλλ' αὐτὰ ἐκεῖνα τὰ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων παραδοθέντα. καὶ οἱ μὲν πατέρες ταῦτα. τινὲς δὲ ἀμελοῦσι τοῦ τοιούτου αὐτῶν παραγγέλματος, διὰ τὸ μὴ ἐπισείεσθαι αὐτοῖς, ὡς ἔοικε, ποινήν. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ὡς ἀπὸ τοῦ νη'. κανόνος τῶν ἁγίων ἀποστόλων μεγάλως οὗτοι κολάζονται. φησὶ γὰρ, ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἀμελῶν τοῦ κλήρου ἢ τοῦ λαοῦ, καὶ μὴ παιδεύων αὐτοὺς τὴν εὐσέβειαν, ἀφοριζέσθω· ἐπιμένων δὲ τῇ ῥᾳθυμίᾳ, καθαιρείσθω. σημείωσαι οὖν ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος, ὅτι τὸ διδάσκειν τὸν λαὸν μόνοις ἐνεδόθη τοῖς ἐπισκόποις. καὶ οἱ διδάσκαλοι τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, δικαίῳ τοῦ πατριάρχου διδάσκουσι. παρίσταται δὲ τοῦτο καὶ ἀπὸ τῆς νεαρᾶς τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυροῦ Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, τῆς ὑποτυπούσης ὅπως καὶ τίνες ὀφείλουσι ψηφίζεσθαι εἰς τὰς ἐκκλησίας,

καὶ τυπωσάσης τοῖς διδασκάλοις πᾶσι τοῖς τε ἐντὸς οὖσι δηλαδὴ τῆς ἐκκλησίας, καὶ τοῖς ἐκτὸς ἀνὰ τχ. λίτρας τρεῖς, καὶ ἀνὰ σίτου μοδίους πεντήκοντα· καὶ διοριζομένης ἐν μέρει ταῦτα ῥητῶς. ἔστω καὶ αὕτη τοῖς διδασκάλοις, δι' ἧς τὴν ἀναχώρησιν ἐποιήσαντο, αὖθις ἐν ταῖς οἰκείαις ἐκκλησίαις ἀπονενεμημένη τιμή, τὸ εὐθὺς μετὰ τοὺς ἄρχοντας ἵστασθαι, τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ παρισταμένους, ὡς ἐκπροσωποποιοῦντας αὐτοῦ. ἀκούομεν γὰρ τὸν πληρῶντα τὸν τοῦ ἀρχιερέως τόπον μεγίστην ἔχειν ἀεὶ τιμήν· καὶ οὐδεὶς πρὸς τοῦτο δυνήσεται ἀντειπεῖν. καὶ πάλιν· οἱ δὲ ἀξιόλογοι κατά τε λόγον καὶ πρᾶξιν εἰσηγέσθωσαν εἰς τὴν τῆς διδασκαλίας διακονίαν. καὶ διὰ τῶν διδασκαλικίων προβαινέτωσαν εἰς τὰ ἀρχοντίκια. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τελευτήσαντος τοῦ κατὰ καιρὸς πατριάρχου, οὐδὲ αὐτοὶ δύνανται διδάσκειν.

Κανὼν κ'.

Μὴ ἐξέστω ἐπισκόπῳ εἰς ἑτέραν τὴν μὴ αὐτῷ προσήκουσαν πόλιν, δημοσίᾳ διδάσκειν. εἰ δέ τις φωραθείη τοῦτο ποιῶν, τῆς ἐπισκοπῆς παυέσθω· τὰ δὲ τοῦ πρεσβυτερίου ἐνεργείτω.

Ἑρμηνεία.

Ὁ κανὼν σαφής ἐστι· διορίζεται γὰρ μὴ διδάσκειν δημοσίᾳ ἐπίσκοπον εἰς πόλιν μὴ ἀνήκουσαν αὐτῷ. ἀτιμία γάρ, φησι, τοῦτό ἐστι τοῦ κατὰ χώραν ἀρχιερέως, καὶ ἀμαθίας κατάκρισις. τοῦτο δὲ νόει, ὅταν γίνηται παρὰ γνώμην τοῦ ἐγχωρίου ἐπισκόπου. εἰ γὰρ κατὰ γνώμην αὐτοῦ τοιοῦτόν τι ποιήσει τις, οὐ προκριματισθήσεται, ὅτι καὶ ἱερουργεῖ τις εἰς ἀλλοτρίαν ἐνορίαν ἀπροκριματίστως, θελήσει τοῦ ἔχοντος αὐτήν. καὶ ὁ μέγας δὲ ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος, τῶν Σπασίμων ἐπίσκοπος ὤν, πολλοὺς λόγους ἀνέγνω εἰς Ναζιανζῷ, τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐν ταύτῃ ἀρχιερατεύοντος. καὶ παρίσταται τοῦτο ἀπὸ τοῦ λόγου τοῦ οὕτως ἔχοντος, τί λύετε τάξιν ἐπαινουμένην; καὶ ὁ σοφώτατος ἐκεῖνος μητροπολίτης Ἐφέσου, κῦρις Ἰωάννης, ὁ κατὰ ποταμοὺς προχέων τὰ τῆς φιλοσοφίας νάματα, καὶ κολπωτὸς λεγόμενος, εἰς τὴν λαχοῦσαν αὐτὸν ἀφικόμενος, μετὰ ἀξιώσεως τῶν κατὰ χώραν ἀρχιερέων δημοσίᾳ ἐδίδασκεν. ἀνάγνωθι καὶ τὸν ιδ'. κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων. καλῶς δὲ προσέκειται τῷ κανόνι τὸ δημοσίᾳ. ἰδιαίτατα γὰρ ἀπολογεῖσθαι πρὸς τοὺς ἐρωτῶντας περί τινος ἐκκλησιαστικοῦ προβλήματος ἔξεστι παντὶ καὶ

& decernit omnibus doctoribus tam iis qui sunt extra ecclesiam, quàm iis qui sunt intra, citra tres leguminum, & frumenti modios quinquaginta, & hæc apertè decidit. Sit autem & hic doctoribus honor tributus, vt statim post officiales proximi patriarchæ assideant, tanquam eius personam repræsentantes. Audimus enim quòd qui pontificis locum tenet, maximum habet honorem, & nemo poterit ad hoc contradicere. Qui autem & verbo & opere digni sunt quorum ratio habeatur, ad doctrinæ ministerium introducantur, & per docendi munera ad officia prouehantur. Propterea enim, mortuo qui erat eo tempore patriarcha, nec ipsi docere possunt.

CANON XX.

Ne liceat episcopo in alia, quæ ad se non pertinet, ciuitate publicè docere. Si quis autem hoc facere deprehensus fuerit, ab episcopatu desistat, presbyteri autem munere fungatur.

SCHOL. BALS. Canon est apertus. Decernit enim, ne episcopus publicè doceat in ciuitate quæ ad se non pertinet. Est enim, inquit, hoc dedecus pontificis illius regionis, & eius ignorantiæ condemnatio. Hoc autem intellige, quando fit præter mentem illius regionis episcopi. Si quis enim eius voluntate tale quid fecerit, id ei præiudicium non afferet. Nam & in alia regione sine vllo præiudicio sacra celebrat quispiam, eius qui illam habet voluntate. Quinetiam magnus in Theologia Gregorius, cùm Stasimorũ esset episcopus, multa legit Nazianzi, cùm pater eius in ea ciuitate esset Pontifex: & hoc ostenditur ex oratione quæ sic habet: Cur soluitis ordinem laudabilem? Porrò & sapientissimus ille Ephesi metropolitanus dominus Ioannes, qui instar fluuij philosophię fluenta effudit, & κολπωτὸς, id est, sinuosus, dictus est, in eam regionẽ veniens, quæ illum erat sortita, cum auctoritate illius regionis antistitum publicè docuit. Lege & xiiij. canonem sanctorum Apostolorum. Canoni autem rectè adiicitur, illud, publicè. Priuatim enim interrogantibus de ecclesiastica aliqua quæstione respondere licet cuilibet &

sicut & xj. canon Sardicensis synodi de ea re apertè loquitur. Si quis autẽ dubitet, quomodo xxix. canon iiij. synodi dicit, quòd ex episcopo, ad presbyteri dignitatem deducere, est sacrilegium : præsens autem canon dicit, si quis hoc facere deprehensus fuerit, ab episcopatu cesset, presbyteri autem munere fungatur : & audiet, quòd illic quidem dicit depositione iusta vel iniusta : vel enim propter iustam causam episcopatu deiectus est : & ne presbyter quidem erit : vel sine causa, & ne sic quidem ad presbyteri gradum deprimetur, sed erit rursus episcopus. Hic autem, episcopus quidem peccatum non admisit, quod eum à sacerdotio arceat, sed gloriæ tantùm cupiditate & laudis amore peccauit. Vt ergo quod suo peccato respondeat, supplicium habeat, & humilis euadat, ab episcopatu quidem gerendo desistit, in presbyteri autem honore collocatur. Vt is enim deponatur, & sacerdos fiat, patribus visum non est. Lege & xviij. can. Anc. syn. Sacerdotis autem munus, accipe etiam de docendi munere, & non de sola sacrificij celebratione. Sacerdotes enim antiquitus necesse habebant etiam docere.

CANON XXI.

Qui canonicorum quidem criminum rei facti, & propterea perfectæ ac perpetuæ depositioni subiecti, in laicorum locum detrusi sunt; siquidem ad conuersionem sua sponte respicientes peccatum delent, propter quod à gratia exciderunt, & ab eo se penitus alienos efficiunt, clerici habitu tondeantur. Sin autem non sua sponte hoc elegerint, comam sicut laici nutriant, vtpote qui mundanam seu secularem conuersationem vitæ celesti præposuerint.

SCHOL. BALS. Nota ex hoc præsenti canone, quòd qui propter aliquod crimen deponuntur, vel laici reputantur, nec possunt post depositionem aliquid agere, quod ad clericum vlla ratione pertineat. Eos autem solos qui à peccato recesserint, propter quod depositi fuerant, à fornicatione forte, vel aliquo alio, decernit canon esse toñdendos capite, vt clericos, id est, habere eam quæ Græcè dicitur παπαλήθραν, id est tonsurã, & clerici habitu indui. In eos enim est mitior ac clemẽtior propter pœnitentiã.

πανταχοῦ, καθὼς καὶ ὁ ια΄. κανὼν τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου τὰ περὶ τούτου διαγορεύει. Εἰ δέ τις ἀπορήσῃ πῶς ὁ μὲν κθ΄. κανὼν τῆς δ΄. συνόδου λέγει ὅτι τὸ ἐξ ἐπισκόπου εἰς πρεσβυτέρου ἀξίαν καταγαγεῖν, ἱεροσυλία ἐστίν· ὁ δὲ παρὼν κανὼν φησὶν εἴ τις φωραθείη τοῦτο ποιῶν, παυέσθω τῆς ἐπισκοπῆς, τὰ δὲ τοῦ πρεσβυτέρου ἐνεργείτω· ἀκούσῃ ὅτι ἐκεῖ περὶ καθαιρέσεως φησὶν εὐλόγως ἢ παραλόγως· ἢ γὰρ δι' αἰτίαμά τι εὔλογον ἐξεβλήθη τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ οὐδὲ πρεσβύτερος ἔσται· ἢ ἀναιτίως, καὶ οὐδὲ οὕτως εἰς πρεσβυτέρου βαθμὸν καταπεσθήσεται, ἀλλ' ἔσται αὖθις ἐπίσκοπος· ἐνταῦθα δὲ, ἁμάρτημα μὲν ὁ ἐπίσκοπος κωλῦον αὐτὸν τῆς ἱερωσύνης οὐκ ἥμαρτε· φιλοδοξία δὲ μόνῃ καὶ δόξης ἔρως ὁ ἥμαρτεν. ἵνα γοῦν ἀντίρροπον τὴν τιμωρίαν ἔξῃ τῷ πλαίσματι αὐτοῦ καὶ ταπεινωθῇ, παύεται μὲν τῆς ἐπισκοπῆς, καταπάττεται δὲ εἰς πρεσβυτέρου τόπους.

Κανὼν κα΄.

Οἱ ἐπ' ἐγκλήμασι κανονικοῖς ὑπεύθυνοι γινόμενοι, καὶ διὰ τοῦτο παντελεῖ τε καὶ διηνεκεῖ καθαιρέσει ὑποβαλλόμενοι, καὶ ἐν τῷ τῶν λαϊκῶν ἀπωθούμενοι τόπῳ· εἰ μὲν ἑκουσίως πρὸς ἐπιστροφὴν ὁρῶντες ἀθετοῦσι τὴν ἁμαρτίαν, δι' ἧς τῆς χάριτος ἐκπεπτώκασι, καὶ ταύτης τέλεον ἀλλοτρίους ἑαυτοὺς καθιστῶσι, τῷ τοῦ κληρικοῦ κειρέσθωσαν σχήματι· εἰ δὲ μὴ τοῦτο αὐθαιρέτως αἱρήσονται, καθάπερ οἱ λαϊκοὶ, τὴν κόμην ἐπιτρεφέτωσαν, ὡς τὴν ἐν κόσμῳ ἀναστροφὴν τῆς οὐρανίου ζωῆς προτιμήσαντες.

Ἑρμηνεία.

Σημείωσαι ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος, ὅτι οἱ ἀπό τινος ἐγκλήματος καθαιρούμενοι, ὡς λαϊκοὶ λογίζονται, καὶ οὐ δύνανται μετὰ τὴν καθαίρεσιν ἐνεργεῖν οἱονδήτι ἀνῆκον κληρικῷ· μόνους δὲ τοὺς ἀποστάντας τοῦ ἁμαρτήματος δι' ὃ καθῃρέθησαν, τυχὸν τῆς πορνείας ἢ ἑτέρου τινὸς, διορίζεται ὁ κανὼν κείρεσθαι τὴν κεφαλὴν, κατὰ κληρικοὺς, ἤγουν ἔχειν παπαλήθραν, καὶ ἐνδύεσθαι σχῆμα κληρικοῦ· φιλανθρωπότερον γὰρ ἐπὶ τούτοις διατίθεται διὰ τὴν μετάνοιαν.

A

τοὺς δέ γε ἀμεταθέτως ἐξεχομένους τῆς ἁμαρτίας, τρέφειν τὴν κόμην διακελεύεται, κατὰ λαϊκούς, ἵνα ἔχοιεν πλείονα αἰσχύνην, μὴ παραχωρούμενοι ἐν μετοχῇ κληρικοῦ ὅλως εἶναι, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ ἐνδύματος στερισκόμενοι. Καὶ ὁ μὲν κανὼν ταῦτα. ἡ δὲ οθ'. νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ φιλοσόφου καθαιρεῖσθαι διαγορευομένη, τοὺς μετὰ χειροτονίαν γαμοῦντας, οὐ δοκεῖ μήτε τοῦ σχήματος τῶν κληρικῶν αὐτοὺς ἀπαλλοτριοῦσθαι, μήτε τῆς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ κοινωνοὺς ὑπηρεσίας· καὶ ἡ ξ'. νεαρὰ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως, τοὺς ἀπὸ κληρικῶν πρὸς λαϊκοὺς μετασχηματισθέντας, καὶ ἄκοντας πρὸς αὐτὸ πάλιν ἀποκαθίστασθαι διαγορεύεται. Φαίνεται οὖν ἐναντιότης ἐν τούτοις. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ νομοθετεῖν περὶ τῶν καταδικαζομένων διά ἔγκλημά τι προσηγγελθὲν, καὶ ἀμεταθέτως ἐξεχομένων τοῦ κακοῦ· οἷον διὰ μοιχείαν, διὰ ἁρπαγὴν, διὰ ἱεροσυλίαν· τὴν δὲ νεαρὰν, περὶ τῶν μετὰ τὴν χειροτονίαν διγαμησάντων· ὅπερ κἂν καθαίρεσιν ἐπάγῃ, ἀλλ' οὖν διὰ τὸν γάμον συγγινώσκεται. καὶ διὰ τοῦτο προεχωρήθησαν οἱ τοιοῦτοι ὑπὸ τῆς νεαρᾶς ἐνεργεῖν τὰ ἔξω τοῦ βήματος· οἱ δὲ λοιποὶ οἱ μετασχηματισθέντες, ὡς οἶμαι, κατὰ τὴν νεαρὰν ἀναγκασθήσονται μὴ κατορχεῖσθαι τοῦ ἁγίου σχήματος.

Ii autem qui in peccato perpetuò hęrent, comam nutrire iubentur, vt laici, vt maiori pudore afficiantur, si in cleri participatione vllo esse modo eis permittatur, sed ipso etiam amictu priuentur. Et hæc quidem canon. Lix. autem Imp. domini Leonis philosophi nouella eos deponi debere statuens qui ducunt vxores post ordinationem, vult neque eos à clericorum habitu alienari, nec à communione ministerij in ecclesia. Et lx. eiusdem Imp. nouella, eos qui à clericis in laicos transmutati sunt, eôdem rursus vel inuitos redire iubet. Videtur autem in his esse repugnantia. Existimo autem canonem quidem de iis statuere, qui propter delatum aliquod crimen condemnati, malo assiduè inhęrent, quemadmodum propter adulterium, propter rapinam, propter sacrilegium: Nouellam autem, de iis qui post ordinationem vxorem duxerunt: quod quidem etsi inducit depositionem, eis tamen propter matrimonium ignoscitur. Et ideo eis à Nouella permissum est, vt ea exerceant quæ sunt extra sacrum tribunal: reliqui autem transmutati, cogentur, vt puto, ex Nouellæ sententia à sancto habitu non desilire.

B

C

Κανὼν κβ'.

Τοὺς ἐπὶ χρήμασι χειροτονουμένους, εἴτε ἐπισκόπους ἢ οἱουσδήποτε κληρικοὺς, καὶ οὐ κατὰ δοκιμασίαν καὶ τοῦ βίου αἵρεσιν, καθαιρεῖσθαι προστάσσομεν· ἀλλὰ καὶ τοὺς χειροτονήσαντας.

Ἑρμηνεία.

Περὶ χειροτονουμένων διὰ χρήματα ἢ διὰ προστασίας ἀρχόντων, εἰς διαφόρους κανόνας ἐγράψαμεν τὰ εἰκότα. καὶ ὁ παρὼν κανὼν καθαιρεῖσθαι φησὶ τὸν οὕτω χειροτονηθέντα καὶ χειροτονήσαντα.

CANON XXII.

Eos qui pecuniis ordinantur, siue episcopos, siue qualescunque clericos, & non ex examinatione, ac vitæ electione, deponi iubemus, sed & eos etiam qui ordinauerunt.

SCHOL. BALS. De iis qui propter pecunias ordinãtur, vel propter magistratuum mandatum, in diuersos canones scripsimus ea quæ sunt consentanea. Præsens autem canon eum deponi iubet, qui ordinatus est, & eum qui ordinauit.

D

Κανὼν κγ'.

Περὶ τοῦ μηδένα τῶν εἴτε ἐπισκόπων ἢ πρεσβυτέρων ἢ διακόνων, τὸν ἄχραντον μεταδιδόντα κοινωνίας, παρὰ τοῦ μετέχοντος εἰσπρᾶξιν τῆς τοιαύτης μεταλήψεως χάριν, ὀβολοὺς ἢ εἶδος τὸ οἱονοῦν. οὐδὲ γὰρ πεπραμένη ἡ χάρις, οὐδὲ χρήμασι τὸν ἁγιασμὸν τοῦ πνεύματος μεταδιδόαμεν, ἀλλὰ τοῖς ἀξίοις τοῦ δώρου, ἀπανουργήτως με-

CANON XXIII.

Vt nullus, siue episcopus, siue Presbyter, siue diaconus, immaculatam præbens communionem, ab eo qui communicat, eius participationis gratia, obolos, vel quamuis aliam speciem exigat. Non est enim venalis gratia, nec pro pecuniis spiritus sanctificationem impertimur: sed ea iis qui digni sunt, absque vlla est calliditate communi-

i.q.i. Nullus episcopus.

canda. Si quis autem eorum qui sunt in cleri catalogo, ab eo cui immaculatam impertit communionem, vllam speciem exigere visus fuerit, deponatur, vt Simoniaci erroris & maleficij æmulator.

SCHOL. BALS. Cùm satis lōgo abhinc tempore, in quodã loco, qui Calotychas appellatur, & in Cherronesi regione positus est, sancta dominica Paschæ Christi resurrectionis diuersarer, vidi quasdam illius loci mulierculas, & quosdam homunculos, post matutinam diuinam Psalmodiam, ad catholicæ ecclesiæ templum confluentes, cum ouis gallinæ, panis fermento mixtis, & cum salsis carnibus, & cum aliis quibusdam esculentis, vel etiam ad aliquid aliud aptis: & interrogaui quamnam ob causã hoc fieret. & audiui, quòd vnusquisque iis quibus potest donis sacerdotem, qui populo diuina sacramenta porrigit, prose quitur. Neque enim aliter cuiquam licet sacerdotẽ adire, & diuina ab eo sacramenta percipere. & tunc quidem reprehendi quod fiebat. Cùm autẽ nuper in hunc præsentem canonem incidissem, ei gratias egi, vt qui ab iis qui cōmunicant sacramẽtis, obolos, vel vllam aliam speciem exigi prohibet. Quoniam, inquit, non venditur, nec pecuniis sanctificatio impertitur: sed iis qui donis digni sunt, sancta dona distribuuntur. Propterea enim, vt est probabile, etiã sancta donatio à vulgo sacramẽta dicuntur. Eum autem qui præter hæc facit, deponendum decernit canon, vt qui sit Simoniacę improbitatis & erroris æmulator.

CANON XXIIII.

Ne cui liceat eorum qui in sacerdotali ordine enumerantur, vel monachorũ, in equorum curriculis subsistere, vel scenicos ludos sustinere. Sed & si quis clericus ad nuptias vocetur, quando ad deceptionem comparata ludicra ingressa fuerint, surgat & discedat, patrum nostrorum sic iubente doctrina. Si quis autem eius rei conuictus fuerit, vel cesset, vel deponatur.

SCHOL. BALS. Consequenter iiij. canoni synodi Laodicenæ, prohibet etiam præsens canon in equorum curriculum ascendere sacerdotes vel monachos, vel scenicos, etiam ludos audire: adiiciens vt clerici ad nuptias vocati

A ταδοτέον. Εἰ δὲ φανείη τις τῶν ἐν κλήρῳ καταλεγομένων ἀπαιτῶν, ᾧ μεταδίδωσι τῆς ἀχράντου κοινωνίας, ὁ οἱονοῦν εἶδος, καθαιρείσθω, ὡς τοῦ Σίμωνος ζηλωτὴς πλάνης καὶ κακουργίας.

Ἑρμηνεία.

Καταλύσας πρὸ χρόνων ἱκανῶν εἰς χωρίον τι Καλοτυχάδα ἐπιλεγόμενον, καὶ ἐν τῷ θέματι Χερρονήσου διακείμενον, κατὰ τὴν ἁγίαν κυριώνυμον τοῦ πάσχα τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως, εἶδον χωρικὰ γύναια καὶ ἀνδράρια, μετὰ τὴν ἑωθινὴν θείαν ὑμνῳδίαν τῷ ναῷ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας συῤῥέοντα, μετὰ ὀρνιθείων ὠῶν, ζύμῃ ἄρτου συνεζυμωμένων, μετὰ κρεῶν τεταριχευμένων, καὶ μετὰ ἄλλων τινῶν εἰδῶν βρωσίμων, ἢ καὶ πρὸς ἄλλο τι ἐπιτηδείων. καὶ ἠρώτησα τίνος χάριν τοῦτο γίνεται, καὶ ἤκουσα ὡς ἕκαστος δεξιοῦται τὸν ἱερέα τὸν μεταδιδόντα τῷ λαῷ τῶν θείων ἁγιασμάτων, ἐφ᾽ οἷς δύναται. ἄλλως γὰρ οὐκ ἔξεστιν ἐντυχεῖν τινὰ τῷ ἱερεῖ, καὶ τῶν ἁγιασμάτων μεταλαβεῖν. καὶ τότε μὲν ἐμεμψάμην τὸ γινόμενον. ἀρτίως δὲ ἐντυχὼν τῷ παρόντι κανόνι, ηὐχαρίστησα αὐτῷ ὡς κωλύοντι ἀπαιτεῖσθαι τοὺς μεταλαμβάνοντας τῶν ἁγιασμάτων, ὀβολὸν ἢ οἱονδήποτε εἶδος· ὅτι φησὶν οὐ πιπράσκεται οὐδὲ χρήμασιν ὁ ἁγιασμὸς μεταδίδοται, ἀλλὰ δωρεὰν τοῖς ἀξίοις τὰ ἅγια δῶρα διανέμεται. διὰ γὰρ τοῦτο ὡς ἔοικε καὶ ἁγία δωρεὰ κατὰ κοινολαΐτας λέγονται τὰ ἅγια. τὸν δὲ παρὰ ταῦτα ποιοῦντα καθαιρεῖσθαι ὁ κανὼν διορίζεται, ὡς τῆς κακίας καὶ τῆς πλάνης τοῦ Σίμωνος ζηλωτήν.

Κανὼν κδ'.

Μὴ ἐξέστω τινὶ τῶν ἐν ἱερατικῷ καταλεγομένων τάγματι, ἢ μοναχῷ, ἐν ἱπποδρομίαις ἀνιέναι, ἢ θυμελικῶν παιγνίων ἀνέχεσθαι. ἀλλ᾽ εἰ καί τις κληρικὸς κληθείη ἐν γάμῳ· ἡνίκα δ᾽ ἂν τὰ πρὸς ἀπάτην εἰσέλθοιεν παίγνια, ἐξαναστήτω, καὶ παραυτίκα ἀναχωρείτω· οὕτω τῆς τῶν πατέρων ἡμῖν προστατούσης διδασκαλίας. Εἰ δέ τις ἐπὶ τούτῳ ἁλῷ, ἢ παυσάσθω ἢ καθαιρείσθω.

Ἑρμηνεία.

Ἀκολούθως τῷ νδ'. κανόνι τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου ἀπαγορεύει καὶ ὁ παρὼν κανών, ἢ ἱπποδρομίας ἀνιέναι ἱερατικοὺς ἢ μοναχούς, ἢ θυμελικῶν παιγνίων ἀκούειν· προσθέμενος τοὺς μετακαλουμένους εἰς γάμον κληρικοὺς

(περὶ γὰρ μοναχῶν εἰπεῖν ἄτοπον ἐλογίσθη τοῖς πατράσι, διὰ τὸ πάντη ἀπρεπὲς) ἀναχωρεῖν ἅμα τῷ εἰσελθεῖν τὰ παίγνια. πλὴν ὁ μὲν κανὼν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου κολάζει τοὺς ἀθετοῦντας τοῦτον· οὗτος δὲ παραινεῖ παύσασθαι τοὺς τοιοῦτόν τι ποιοῦντας· μὴ παυομένους δὲ καθαιρεῖσθαι διορίζεται. Ταῦτα τῶν διπλῶν τούτων κανόνων λεγόντων, καὶ κωλυθέντων παρὰ μικροῦ παρὰ τοῦ μέρους τῆς ἐκκλησίας τῶν μοναχῶν καὶ τῶν ἱερωμένων πάντων, ἀπελθεῖν εἰς τὰς γινομένας ἱπποδρομίας, εἶπον τινὲς ὅτι τὸ μὲν μὴ ἀπελθεῖν μοναχὸν ἢ κληρικὸν εἰς ἱπποδρόμιον, μηδὲ ἰδεῖν θεωρίαν τὴν ὄψιν ἐκθηλύνουσαν, μηδὲ ῥημάτων ἀκροάσασθαι καταγοητευόντων τὴν ἀκοὴν, ἐπαινετόν ἐστι, καὶ πολλῆς εὐχαριστίας ἄξιον· ὥσπερ καὶ τὸ παρθενεύειν καὶ τὰ λοιπὰ τὰ τὸν ἄνθρωπον ἁγιάζοντα. Εἰ δέ τις μὴ δυνάμενος παρθενεύειν γαμήσει, οὐ κολασθήσεται. καὶ ὁ μὴ δυνάμενος παντὸς ἡδονῶν ἀπέχεσθαι, ἐὰν ἀνέλθῃ εἰς ἱπποδρόμιον, συγγνωσθήσεται. καὶ μᾶλλον ἐὰν ἐφάπαξ καὶ οὐ κατὰ παράλεησιν εἰς τοῦτο ἐκδώσει ἑαυτόν. ὁ γὰρ κανὼν οὗτος, φασὶ, τὰς ποτὲ γινομένας ἱπποδρομίας ἀπαγορεύει, οὐ μὴν τὰς σήμερον τελουμένας κατ᾽ ἐπιτροπὴν καὶ παρουσίαν βασιλικήν· τότε μὲν γὰρ τῶν δήμων κατεξουσιαζόντων ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις, καὶ ποιούντων ταύτας ὅτε καὶ ὅπως ἠβούλοντο, ἐκ δαπανημάτων οἰκείων, ὡς καὶ ἐχόντων οἴκους καὶ ἵππους, καὶ ἱππῶνας, καὶ μέχρι καὶ νῦν περισωζομένους, καὶ προσόδους χάριν τῶν ἱπποδρομιῶν, καὶ τοῦ βασιλέως προσκαλουμένου, καὶ εἰς τοῦτο μὴ ἐξουσιάζοντος, πολλὰ στασιώδη καὶ ἄτοπα συνέπιπτον γίνεσθαι κατὰ τὸν τῆς ἱπποδρομίας καιρόν· τῶν μὲν προστιθεμένων τῷ δήμῳ τῶν Βενετῶν· τῶν δὲ, τῷ μέρει τῶν πρασίνων. ἐν καιροῖς δέ τισι καὶ πόλεμοι συνεκροτήθησαν ἐμφύλιοι μέσον τῶν ἀντιθέτων μερῶν, καὶ κατὰ τῆς βασιλείου περιωπῆς ἀναιδῆ ῥήματα οἱ δημόται ἀπηρεύξαντο καθὼς ἀπὸ διαφόρων χρονικῶν τούτων παρίσταται). οἷόν τι γέγονε ἐπὶ τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ, ἐπὶ τοῦ Ἀναστασίου, ἐπὶ τοῦ Φωκᾶ τοῦ τυράννου, καὶ ἐπὶ ἑτέρων βασιλέων. ἀλλὰ καὶ συνθηκίζειν τὰ μέρη μὴ κωλυόμενα, διὰ κότλου καὶ τύχης τὴν νίκην ἀνεκαλοῦντο. ὅπερ τοῖς θείοις κανόσι παντελῶς ἀπηγόρευται).

(de monachis enim dicere patribus à ratione alienum visum est, quòd id sit nimis indecorum) vt recedāt cùm primùm ludicra ingressa fuerint. Sed Laodicenæ quidem synodi canon, in eius contemptores non animaduertit: hic autem, admonet quidem, vt qui tale quid faciunt, desistant: si autem non desistant, deponēdos decernit. Cùm hi duo canones hæc dicant, & propemodū ab ecclesiæ parte prohibiti sint monachi & sacerdotes omnes ad equorum cursus videndos accedere, dixerūt nōnulli, quòd clericum quidem vel monachum ad equorum curriculum non accedere, nec spectaculum quod effœminat, aspicere, nec verba aures pręstringentia audire, est laudabile & maximè commendandum, quemadmodū & esse virginem, & reliqua quæ hominem sanctificant. Si quis autem cùm virgo esse nequeat, vxorem duxerit, non punietur: & qui non potest ab omni voluptate abstinere, si in equorū curriculum fuerit ingressus, ei venia dabitur, & magis si semel, non autem si immodicè vtēs se ei dicauerit. Hic enim canō, inquiūt, cursus qui olim fiebant, vetat, non autem qui nunc fiunt, permittēte ac præsente principe. Tūc enim cùm populus in illis equorū curriculis nimia libertate vel potiùs licentia vteretur, equorūque cursus celebraret, quomodo & quādo volebant, idq; propriis expēsis, vt qui haberet & domos, & equos, & stabula quę nūc etiā hucusq; seruantur, & redditus, pro illis celebrandis curriculis, & Imperator inuitaretur, nullam autē ad eam rem potestatem haberet, illius cursus tempore, multa turbulenta & absurda fieri cōtingebat, cū alij quidem populo venetorū, alij verò prasinorū parti adiungerētur: aliquando verò etiā bella intestina excitata sunt inter aduersas partes, & in Imperatoris cōspectu verba etiā impudētia populares eructarūt: quemadmodū ex diuersis Chronicis ostēditur: sicut factū est regnante Iustiniano, & tēpore Anastasij & Phocæ tyranni, & aliorum Imper. Sed & depositis pignoribus ludere partes prohibitæ, per talos & fortunā victoriā prouocabant: quod quidē diuinis canonibus est omnino prohibitum.

Kk

Permittebātur autem & belluarum certamina, & multa alia indecora ac turpia. Propterea enim, inquiunt, & lj. canon præsentis syn. prohibet mimos, & theatra, & venationum spectacula, & saltationes in scena: & statuit, vt qui ipsum contemnerent, si sint quidem clerici, deponātur, laici verò segregentur. Et finis xv. Carth. syn. sic apertè dicit. Et quòd filij sacerdotum spectacula secularia non perficiant, nec spectent. Hoc autem etiā omnibus Christianis semper est prædicatū, vt vbi sunt maledicta ac blasphemia, ne accedant. Hodie autem cum equorum cursus Imp. præsente fiant, nec sit eiusmodi fugiendum & auersandum quidpiam, nulla est penitus suspicio illic mali quicquam fieri. Quamobrem dicebant, quòd est quidem laudabile nullam penitus quempiam voluptatem gustare ex equorum curriculo, vel ex aliquo alio: non est autem intemperantiæ ad eiusmodi equorum cursus clericos accedere. Si enim omnis equorum cursus, & qui olim fiebat, & qui hodie fit, est prohibitus, vt multi inquiunt, quemadmodum & spectacula omnia, & venationes, cogetur quis dicere neque omnino tale quid vnquam debere fieri ab Imp. vel vllo alio: cessasse autem ac exoleuisse leporum cum canibus venationes, ne laici, & equorum cursibus, & spectaculis, & venationibus vacantes, segregationi subiiciantur, quod est absurdum. Quocirca debent & equorum curricula & spectacula & venationes, in duo diuidi, vt dictum est: in ea quę sunt omnino auersanda & fugienda, & ad quę non solùm clericis, sed neque laicis accedere permittitur, metu excommunicationis: & in ea quæ permissa sunt, quæ sunt hodie in vsu, ad quæ non solùm laici, sed & clerici, citra vllum prę iudicium accedent. Quòd autem, inquiunt, nō omnia spectacula, equorūmq; curricula canones prohibuerunt, sed ea demum quæ sunt periculosa ac turpia, ex lxj. Carthaginensis synodi canone apertè ostenditur, qui dicit, Porro & illud petere vt theatricorum ludorum spectacula, in dominicis, & in reliquis Christianorum fidei festis diebus fieri prohibeantur: maximè quoniam in octaua sancti Paschæ

A ἐπέτρεπον δὲ καὶ τὰς θηριομαχίας καὶ ἄλλα τινὰ αἰσχρὰ καὶ ἀπρεπῆ. διὰ γὰρ τοῦτο φησὶ καὶ ὁ να΄ κανὼν τῆς παρούσης συνόδου ἀπαγορεύει τοὺς μίμους καὶ τὰ θέατρα καὶ τὰ τῶν κυνηγίων θεώρια καὶ τὰς ἐπὶ σκηνῆς ὀρχήσεις· καὶ διορίζεται τοὺς καταφρονητὰς αὐτοῦ, κληρικοὺς μὲν ὄντας, καθαιρεῖσθαι, λαϊκοὺς δὲ ἀφορίζεσθαι. καὶ τὸ τέλος τοῦ ιε΄. κανόνος τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου λέγει οὕτω ῥητῶς· καὶ ὥστε τὰ τέκνα τῶν ἱερέων, θεώρια κοσμικὰ μὴ ἐκτελεῖν μηδὲ θεωρεῖν. τοῦτο δὲ καὶ πᾶσι Χριστιανοῖς ἀεὶ κεκήρυκται, ὥστε ὅπου βλασφημίαι εἰσί, μὴ προσιέναι. B σήμερον δὲ τῶν ἱπποδρομιῶν τελουμένων κατὰ προουσίαν βασιλικὴν δίχα τοιούτου ἀποτροπαίου τινός, κακόν τι γίνεσθαι οὐκ ὑποπτεύεται. διὸ εἶπον ὡς ἐπαινετὸν μέν ἐστι τὸ μηδὲ ὅλως ἡδονῆς ἐξ ἱπποδρομίας καὶ ἄλλου τινὸς θυμήρους γεύσασθαί τινα· ἀκόλαστον δ' οὐ καὶ τὸ εἰς τοιαύτας ἱπποδρομίας κληρικοὺς ἀπέρχεσθαι. εἰ γὰρ πᾶσα ἱπποδρομία ἥδε ἔκπαλαι τελουμένη καὶ ἡ σήμερον γινομένη ἀπαγορεύεται κατὰ τοὺς πολλούς, ὥσπερ δὴ καὶ πάντα τὰ θεώρια καὶ τὰ κυνήγια, ἀναγκασθήσεταί τις εἰπεῖν, C μηδὲ ὅλως γίνεσθαί τι τοιοῦτον ποτὲ τῶν καιρῶν παρὰ βασιλέως ἢ ἑτέρου τινός· ἀπρακτῆσαι δὲ καὶ τὰ μετὰ κυναρίων λαγωκυνήγια, ἵνα μὴ καὶ οἱ λαϊκοὶ εἰς ἱπποδρομίας καὶ θεωρίας καὶ κυνήγια ἀσχολούμενοι, ἀφορισμῷ ὑποπέσωσιν, ὅπερ ἄτοπον. ἀλλὰ χρεὼν τοῦτο ὀφείλουσι τὰ τῆς ἱπποδρομίας καὶ τὰ τῶν θεωριῶν καὶ τὰ τῶν κυνηγίων εἰς δύο διαιρεῖσθαι, ὡς εἴρηται· εἰς τὰ πάντη ἀποτρόπαια, εἰς ἃ μὴ μόνον κληρικοί, ἀλλ' οὐδὲ λαϊκοὶ παραχωροῦνται ἀπέρχεσθαι, τῷ φόβῳ τοῦ ἀφορισμοῦ, καὶ εἰς τὰ ἐπιτετραμμένα, τὰ καὶ σήμερον ἐνεργούμενα· εἰς ἃ οὐ μόνον λαϊκοὶ ἀλλὰ καὶ κληρικοὶ D ἀπροκριματίστως ἀπελεύσονται. ὅτι δέ, φασίν, οὐ πάντα τὰ θεώρια καὶ τὰ ἱπποδρόμια οἱ κανόνες ἀπηγόρευσαν ἀλλὰ τὰ κινδυνώδη, καὶ αἰσχρά, δηλοῦται ἀπὸ τοῦ ξα΄. κανόνος τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου, λέγοντος ταῦτα ῥητῶς. κἀκεῖνο δὲ αἰτῆσαι ἵνα τὰ θεώρια τῶν θεατρικῶν παιγνίων ἐν ταῖς κυριακαῖς καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς φαιδραῖς τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως ἡμέραις κωλύωνται, μάλιστα ὅτι ἐν τῇ ὀγδοάδι τοῦ ἁγίου πάσχα

οἱ ὄχλοι μᾶλλον εἰς τὰς ἱπποδρομίας ἤπερ εἰς τὰς ἐκκλησίας εἰσέρχονται, ὀφείλουσι μετενεχθῆναι τὰς ὡρισμένας αὐτῶν ἡμέρας ὅτε ἀπαντήσουσι· καὶ μὴ ὀφείλειν τινὰ τῶν Χριστιανῶν εἰς τὰ θεώρια ταῦτα ἀναγκάζεσθαι. πάντως γὰρ εἰ παρὰ τῶν κανόνων πᾶσα ἱπποδρομία ἐκωλύετο, οὐκ ἂν οἱ πατέρες ᾐτήσαντο μὴ γίνεσθαι τὰς ἱπποδρομίας καὶ τὰ θεώρια ἐν ταῖς κυριωνύμοις καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς ἑορτασίμοις ἡμέραις, ἤγουν ταῖς πασχαλίοις, ἀλλ' ἐδυσωπήσαντο ἂν παντελῶς ταῦτα σχολάσαι. καὶ τῆς ἐκκλησίας δὲ ὁ μέγας διδάσκαλος ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν Ἰωάννης, μόνας ἀποτρέπει τὰς κατὰ τὰς κυριωνύμους γινομένας ἱπποδρομίας. προσετίθουν δὲ τοῖς λεγομένοις ὑπ' αὐτῶν, δι' οὐδὲν ἕτερον ἀναγνώστας εἶναι δημότας σήμερον, ἀλλ' ἢ διὰ τὸ φαίνεσθαι κατὰ παραχώρησιν ἐκκλησιαστικὴν τὰς ἱπποδρομίας γίνεσθαι· καὶ τὴν προτέραν ἀταξίαν τῶν λαϊκῶν δημοτῶν καὶ πάντα τὰ ἀπρεπῆ καὶ ἄσεμνα σχολάσαι. ἵνα τί γὰρ, εἶπον, ἀναγνώσταις δημόταις μόνοις παρεχωρήθη ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις παραβάλλειν, καὶ τοῦ δήμου κατάρχεσθαι· τοῖς δὲ λοιποῖς ἀναγνώσταις καὶ ἱερωμένοις ἁπλῶς τὰς θύρας τῆς ἱπποδρομίας ἀπέκλεισαν; ἐχρῶντο δὲ πρὸς ἐπισύστασιν τοῦ λόγου αὐτῶν καὶ τῷ ε'. κεφαλ. τοῦ η'. τίτλου τοῦ ξ'. βιβλίου τῶν βασιλικῶν, οὕτω λέγοντι· ἡ διάταξις κωλύει τὰ παίγνια. καὶ πέντε ὑπεξαιρουμένων ὁρίζει καὶ τινὰ ἐπιτίμια κατὰ τῶν κυβευόντων, ἐπιτρέπουσα καὶ τῷ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως καὶ τοῖς ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν, καὶ τοῖς ἐπισκόποις ζητεῖν καὶ κωλύειν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς γινόμενα συναλλάγματα ἀποτρέπειν. δίδωσι δὲ ἀγωγὰς ἐκ τῶν πετραμμένων παιγνίων, καὶ ἀπαίτησιν τῶν ἐντεῦθεν χρεωστηθέντων, δέκα λιτρῶν ἐπιτίμιον ὁρίζουσα κατὰ τῶν συγχωρούντων παραβαίνειν τὴν διάταξιν. καὶ ἔλεγον, πένταθλον, ἤγουν πέντε παίγνια εἶναι ἀκώλυτα, πάλην, πυγμὴν, δρόμον, ἅλμα, καὶ δίσκον. τὸ δὲ ξύλινον ἱππικὸν εἶπον κωλύεσθαι ὑπὸ τοῦ νόμου, διὰ τὸ ἔχειν καὶ τοῦτο αἰτίαν κύβου ἤγουν κόττου, καθὼς ἐν τῷ κθ'. κεφαλ. τοῦ ιγ'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος δηλοῦται. καὶ ταῦτα εἶπον τινὲς περὶ τῶν ἱπποδρομιῶν. περὶ δὲ τῶν μίμων καὶ τῶν θυμελικῶν παιγνίων, οὐδεμίαν ἐποίησαν διαίρεσιν. ἀλλ' εἰς τὸν διορισμὸν τοῦ κανόνος αὐτὰ ἀνήρτησαν.

populus ad equorum curricula potiùs quàm ad ecclesias cōuenit: & vt debeant pręstituti eorum dies transferri, quando occurrerint: nec debet vllus Christianus cogi ad hæc spectacula. Si enim equorū cursus esset à canonibus omnino prohibitus, non petiissent patres, ne equorum cursus & spectacula fierent diebus dominicis, & in reliquis festis, seu Paschalibus diebus, sed ea omnino celebrari ęgre tulissent. Iam verò etiam magnus ecclesiæ doctor Ioannes Chrysostomus, & lingua verè aureus, solos equorū cursus, qui fiunt diebus dominicis, dissuadet. Adiiciebāt autem & iis quæ à se dicuntur, nullam aliam ob causam esse hodie lectores populares, quàm quòd equorū cursus hodie fieri videantur permissione ecclesiastica, & prior populariū laicorum indignitas, & omnia quæ turpia & indecora erāt, cessauerint. Cur enim, inquiebant, lectoribus popularibus solis se in equorum curricula ingerere, & ex populo incipere permissum est, reliquis autē lectoribus, & omnibus, vt semel dicā, sacris initiatis, hippodromi seu equorum curriculi fores occluserūt? Ad suam autem sententiam confirmandā etiam v. ix. tit. capite xxx. lib. Imp. vsi sunt: quod sic dicit, Constitutio prohibet ludos, quinq; exceptis, & quasdā pœnas statuit aduersus eos qui ludūt aleis, permittens etiā pręsidi ciuitati, & prouinciarū rectoribus, & episcopis quærere & prohibere, & omnes qui in iis fiunt cōtractus reiicere. Ex permissis autē ludis dat actionē, eorúmq; quæ mutuo data fuerint, eo nomine exactionem permittit, & X. librarum pœnam aduersus eos qui hāc constitutionē transiliri permiserint, decernit: Et dicebāt, pētathlon, hoc est quinq; certamina, seu ludos quinque, esse permissos, luctā, pugillatū, cursum, saltū, & discū. Ligneum autē equestre certamen esse lege prohibitū, quòd hoc quoq; aleę vel talentorū reprehēsionis causam habeat. Quemadmodū in xxix. cap. xiij. tit. præsentis operis declaratur. Et hęc quidē de equorum curriculis nōnulli dixere. De mimis autē & ludis scenicis nullā penitus diuisionē fecere, sed ea can. decreto submisere.

Plures autem, & qui sunt paulo religiosiores, quibus ipse etiã assentior, hæc non sibi sufficere putauere, dicentes debere canones ad id quod est animæ vtilius, exponi, non ad id quod est liberius, ac dissolutius, & magis, vt ita dicam, indifferens.

CANON XXV.

Præterea renouamus etiam canonem, qui dicit, agrestes, & quæ sunt in regione parochias, inconcussas & illabefactatas manere apud episcopos qui eas possident, & maximè si xxx. annorum spatio eas sine vi possidentes administrauerint. Si autem intra xxx. annos fuit vel fuerit aliqua de iis controuersia, licere iis qui se iniuria affectos dicunt, de eo actionem mouere apud synodum prouinciæ.

SCHOL. BALS. Hîc renouatus canon, est iiij. synodi canon xvij. & lege eius interpretationem.

CANON XXVI.

Presbyterum, qui per ignorantiam illicitis nuptiis est implicatus, esse quidem cathedræ participem, secundùm ea quæ sunt nobis à sacro canone decreta: à reliquis autem operationibus abstinere. Etenim, qui est talis, satis est si venia detur. Vt is autem benedicat qui debet propria curare vulnera, non est consentaneum. Benedictio enim est sanctificationis impertitio. Qui autem id non habet propter delictum ex ignorantia, quomodo alteri id impertiet? Nec ergo publicè, nec priuatim benedicat, nec Christi corpus aliis distribuat, nec aliquod aliud ministerium obeat; sed prima sede contentus Domino defleat, vt illi ex ignorantia peccatum remittatur. Manifestum enim est, quòd nefarium coniugium dissoluetur, nec vir cum ea vllo modo consuetudinem habebit, per quam sacra operatione priuatus est.

SCHOL. BALS. Canones Neocæsar. syn. ante præsentem synodum scripti sunt. Propterea enim & præsens canon illorum compositionis meminit, dicens ix. illius synodi canoni consequẽter, non licere ei qui per ignorantiã suę cognatæ legitimè coniunctus est, & sacerdos postea factus, offerre vel aliquid aliud sacerdotale exercere, sed sola cathedra dignum censeri, quoniã nõ ex scientia,

A οἱ πλείους δὲ καὶ μᾶλλον οἱ εὐλαβέστεροι, οἷς συντίθεμαι καὶ αὐτός, οὐκ ἠρέσθησαν ἐπὶ τούτοις· εἰπόντες ὀφείλειν τοὺς κανόνας πρὸς τὸ ψυχωφελέστερον ἑρμηνεύεσθαι, οὐ μὴν πρὸς τὸ ἐκκεχυμένον καὶ ἀδιάφορον.

Κανὼν κε'.

Πρὸς τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀνανεοῦμεν καὶ τὸν κανόνα τὸν διαγορεύοντα τὰς καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν ἀγροικικὰς παροικίας, ἢ ἐγχωρίους, μένειν ἀπαρασαλεύτους παρὰ τοῖς κατέχουσιν αὐτὰς ἐπισκόποις, καὶ μάλιστα, εἰ τριακονταετῆ χρόνον ταύτας ἀβιάστως διακατέχοντες ᾠκονόμησαν. Εἰ δὲ ἐντὸς τῶν τριάκοντα ἐτῶν γεγένηταί τις ἢ γένοιτο περὶ αὐτῶν ἀμφισβήτησις, ἐξεῖναι τοῖς λέγουσιν ἠδικῆσθαι, περὶ τούτου κινεῖν παρὰ τῇ συνόδῳ τῆς ἐπαρχίας.

Ἑρμηνεία.

Οὗτος ὁ ἀνανεούμενος κανὼν τῆς δ'. συνόδου, ἐστὶ κανὼν ιζ'. καὶ ἀνάγνωθι τὴν ἑρμηνείαν αὐτοῦ.

Κανὼν κϛ'.

Πρεσβύτερον, τὸν κατὰ ἄγνοιαν ἀθέσμῳ γάμῳ περιπαρέντα, καθέδρας μὲν μετέχειν, κατὰ τὰ ὑπὸ τοῦ ἱεροῦ κανόνος ἡμῖν νομοθετηθέντα, τῶν δὲ λοιπῶν ἐνεργειῶν ἀπέχεσθαι. ἀρκετὸν γὰρ τῷ τοιούτῳ ἡ συγγνώμη. εὐλογεῖν δὲ ἕτερον τὸν τὰ οἰκεῖα τημελεῖν ὀφείλοντα τραύματα, ἀνακόλουθον. εὐλογία γὰρ, ἁγιασμοῦ μετάδοσίς ἐστιν. ὁ δὲ τοῦτο μὴ ἔχων, διὰ τὸ ἐκ τῆς ἀγνοίας παράπτωμα, πῶς ἑτέρῳ μεταδώσει; μήτε τοίνυν δημοσίᾳ μήτε ἰδίᾳ εὐλογείτω, μήτε τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ διανεμέτω ἑτέροις, μήτε τι ἄλλο λειτουργείτω. ἀλλ' ἀρκούμενος τῇ προεδρίᾳ, προσκλαιέτω τῷ κυρίῳ συγχωρηθῆναι αὐτῷ τὸ ἐκ τῆς ἀγνοίας ἀνόμημα. πρόδηλον γὰρ, ὡς ὁ τοιοῦτος ἄθεσμος γάμος διαλυθήσεται, καὶ οὐδαμῶς ὁ ἀνὴρ μετουσίαν ἕξει, πρὸς τὴν δι' ἧς ἱερᾶς ἐνεργείας ἐστέρηται.

Ἑρμηνεία.

Οἱ κανόνες τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου πρὸ τῆς παρούσης συνόδου ἐγράφησαν. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ μέμνηται ὁ παρὼν κανὼν τῆς συνθήκης ἐκείνων, λέγων ἀκολούθως τῷ θ'. κανόνι τῆς συνόδου ἐκείνης, μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας τὸν ἐν ἀγνοίᾳ μετὰ προσγενοῦς αὐτοῦ νομίμως συναφθέντα, καὶ μετὰ τοῦτο ἱερωθέντα, προσφέρειν ἢ ἄλλο τι ἱερατικὸν ἐνεργεῖν. μόνης δὲ καθέδρας ἀξιοῦσθαι, διὰ τὸ μὴ ἐν εἰδήσει,

ἀλλ' ἐν ἀγνοίᾳ ἁμαρτήσαι. καὶ τῆς καθέδρας δὲ τότε ἀξιωθήσεται ὅτε τοῦ ἀθέσμου συνοικεσίου ἀποστῇ, καὶ δείξῃ ἔργα μετανοίας, παρακαλοῦντα γίνεσθαι συμπαθέστερόν τι ἐπὶ αὐτῷ. Εἰ γὰρ ἔχεται τοῦ ἀθέσμου γάμου, διὰ τὴν ἄγνοιαν οὐκ ὠφεληθήσεται, ἀλλ' ὑπὸ ἀρχοντικῆς ἐξουσίας καὶ ὁ ἄθεσμος γάμος λυθήσεται, καὶ οὐδὲ τιμῆς ἢ καθέδρας ἀξιωθήσεται. καὶ ὁ θ'. δὲ κανών. ταῦτα δὲ ἀναφαίνεται ἀπὸ τοῦ λέγειν τὸν κανόνα· ἀλλ' ἀρκούμενος τῇ προεδρίᾳ, προσκλαιέτω τῷ κυρίῳ· καὶ ἀπὸ τοῦ εἰπεῖν· ὁ δὲ γάμος διαλυθήσεται. Καὶ ὁ θ'. δὲ κανὼν τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου διὰ τὴν ἄλλην σπουδὴν καθαιρεθέντος, μένειν αὐτὸν ἐν τοῖς λοιποῖς παρακελεύεται. ζήτει καὶ τὸν κζ'. κανόνα τοῦ ἁγίου Βασιλείου, καὶ τὸν κα'. τῆς παρούσης συνόδου. τοῦ γάμου δὲ ἀπὸ τελέσματος, ἀθέσμου ἀναφανέντος διὰ τὴν συγγένειαν, ὁ μετ' εἴδησιν ἐπιμένων τῇ ἁμαρτίᾳ, οὐ μόνον καθέδρας οὐκ ἀξιωθήσεται, ἀλλὰ καὶ ὡς αἱμομίκτης τιμωρηθήσεται κατὰ λαϊκούς. φησὶ γὰρ βιβλίον ξ'. τίτλῳ λζ'. κεφ. μα'. θέματι ς'. ὁ ἀθέμιτος γάμος οὐ βεβαιοῦται· καὶ διὰ τοῦτο ἐὰν πρὸ κατηγορίας λυθῇ, συγχωρεῖται ἡ ποινή. καὶ θέματι ζ'. ἐπὶ τοῦ ἐν ἀγνοίᾳ γινομένου ἀθεμίτου γάμου, δίδωσι συγγνώμην φύσις καὶ ἡλικία καὶ ἡ ἐπανόρθωσις τοῦ ἁμαρτήματος. καὶ μάλιστα εἰ μήπω τις αὐτὸν κατηγόρησεν.

Κανὼν κζ'.

Μηδεὶς τῶν ἐν κλήρῳ καταλεγομένων ἀνοίκειον ἐσθῆτα ἀμφιεννύσθω, μήτε ἐν πόλει διάγων, μήτε ἐν ὁδῷ βαδίζων, ἀλλὰ στολαῖς κεχρήσθω ταῖς ἤδη τοῖς ἐν κλήρῳ καταλεγομένοις ἀπονεμηθείσαις. Εἰ δέ τις διαπράξοιτο τὸ τοιοῦτο, ἐπὶ ἑβδομάδα μίαν ἀφοριζέσθω.

Ἑρμηνεία.

Τινὲς τῶν κληρικῶν, ὡς ἔοικεν, ἔξω τῆς ἐνεγκαμένης αὐτούς, διατρίβοντες μετ' ἀνοικείων στολῶν ἐβάδιζον· ἢ καὶ ἐν πόλει διάγοντες ὁμοίοις ἐχρῶντο περιβλήμασι. τοῦτο οὖν ἐπανορθούμενοι οἱ πατέρες, διωρίσαντο μηκέτι τοιοῦτόν τι γίνεσθαι· ἢ μὴν τοὺς παρὰ ταῦτα ποιοῦντας ἀφορίζεσθαι ἐπὶ ἑβδομάδα μίαν. καὶ ὁ ις'. δὲ κανὼν τῆς ζ'. συνόδου μὴ δεῖν φησὶν ἱερατικὸν ἄνδρα πολυτελέσιν ἱματίοις χρῆσθαι.

ſed per ignorantiam peccauit. Porrò & cathedra tunc dignus putabitur, quando ab illicito coniugio ſeiunctus fuerit, & pœnitentiæ opera oſtenderit, quæ ſuadebunt vt mitiùs ac miſericordiùs cum eo agatur. Si enim ab illicito coniugio non ſeparatur, ignorantia nihil ei proderit: ſed à magiſtratus poteſtate & matrimonium illicitum diſſoluetur, & nec cathedra vel honore dignus habebitur. Hæc autem ex eo apparent quod dicit canon, ſed prima ſede contentus, Domino defleat: & ex eo quod dicit, Nuptiæ autem diſſoluētur. Porrò & ix. canon Neocæſar. ſyn. eſt propter aliud eius in eum qui depoſitus eſt ſtudiū, in reliquis quoque manere iubet. Quære & xxvij. can. ſancti Baſilij, & xxj. præſentis ſynodi. Poſtquam autem matrimonium illicitum ex effectu apparuerit, ex effectu inquam propter cognationem, is qui poſtquam reſciuerit, in peccato permanet, non ſolùm cathedra dignus non reputabitur, ſed etiam tanquam inceſtus reus punietur, non ſecus ac laici. Dicit enim liber lxix. tit. xxxvij. cap. xlj. decr. vj. Illicitæ nuptiæ non confirmantur, & propterea ſi ante accuſationem ſolutæ fuerint, pœna remittitur. Et decret. vij. In illicito matrimonio, quod per ignorantiam contractum eſt, dat veniam natura, & ætas, & peccati correctio: & maximè ſi quis nondū ipſum accuſauerit.

CANON XXVII.

Nullus eorum qui in cleri catalogum relati ſunt, veſtem ſibi non conuenientem induat, neque in ciuitate degens, neque iter ingrediens: ſed vtatur veſtibus quæ iis qui in clerū relati ſunt, attributæ fuere. Si quis autem tale quid fecerit, vna ſeptimana ſegregetur.

SCHOL. BALS. Quidam clerici, vt eſt veriſimile, extra patriam quæ eos tulit, verſantes, cum veſtibus ſibi nequaquam conueniētibus incedebant: vel etiam in ciuitate degentes, ſimilibus veſtimentis vtebantur. Patres ergo hoc corrigentes, ſtatuerūt ne tale quid fiat amplius: vel eos quidem certè, qui præter hæc faciunt, vna ſeptimana ſegregandos. Porrò & vij. ſyn. can xvj. dicit, non oportere ſacerdotē vti ſumptuoſis veſtibus.

Vestitus autem clerico nequaquam conueniens est, non vestes militum: si quis enim clericus iis indutus fuerit, vehementer punietur, sed sumptuosa & auro intexta vestimenta, quæ vulgo apud Græcos dicuntur μαργέλλια γράμματα, & αὐτίπανα, & vestes purpureæ. Virtutis enim & honestatis exemplum debent esse clerici, non autem stolidæ indecoræque ac inhonestæ vitæ.

Canon XXVIII.

De consecra. Dist. iii. Didicimus.

Quoniam in diuersis ecclesiis intelleximus, vua ad altare allata, ex quadam quæ inualuit consuetudine, ministros, postquam hanc incruento oblationis sacrificio coniunxerint, vtraque simul populo distribuere: simul etiam esse decernendum perspeximus, vt nullus sacerdos hoc amplius faciat: sed ad viuificationem & peccatorum remissionem solam oblationem populo impertiat: tanquam primitias autem vuæ allationem existimantes, sacerdotes eam seorsum benedicentes, petentibus impertire, ad fructuum datori gratiarum actionem: per quos corpora nostra diuina dispositione augentur & aluntur. Si quis autem clericus præter hæc decreta fecerit, deponatur.

Schol. Bals. De iis quæ in presenti canone declarantur, satis in ij. apostolico canone scripsimus. Lege ergo quæ in illo scripta sunt.

Canon XXIX.

Carthaginensis synodi canon dicit vt sancta altaris non nisi à sobriis hominibus peragantur, excepto vno die in anno, in quo cœna domini peragitur: tunc fortasse propter aliquas in its locis occasiones ecclesiæ vtiles patribus hac dispẽsatione vsis. Cùm nihil ergo nos inducat, vt accuratam diligentiam relinquamus, statuimus, apostolicas ac paternas traditiones sequentes, non oportere in quadragesimæ postrema septimana quinta feria ieiunium soluere, & totam quadragesimam iniuria afficere.

Schol. Bals. Sancti patres qui Carthagine conuenerant, scientes quòd dominus noster Iesus Christus, postquam legale Pascha fecisset, & etiã cum suis discipulis comedisset, mysticum quoque Pascha peregit,

A ἀνοίκειος δὲ τῷ κληρικῷ στολή ἐστιν, οὐχὶ τὰ τῶν στρατιωτῶν ἐνδύματα. ταῦτα γὰρ εἴποτέ τις κληρικὸς ἐνδύσηται, μεγάλως κολασθήσεται. ἀλλὰ τὰ πολυτελῆ χρυσοΰφαντα ἐπιβλήματα, τὰ δημοτικῶς λεγόμενα μαργέλια γράμματα καὶ ἀντίπανα, καὶ τὰ ἐκ κογχύλης πορφυρίζοντα ἱμάτια. ἀρετῆς γὰρ καὶ εὐσχημοσύνης ὑπόδειγμα οἱ κληρικοὶ ὀφείλουσιν εἶναι, οὐ μὴν βλακείας καὶ ἀσχήμονος διαγωγῆς.

Κανὼν κη'.

Ἐπειδὴ ἐν διαφόροις ἐκκλησίαις μεμαθήκαμεν σταφυλῆς ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ προσφερομένης κατά τι κρατῆσαν ἔθος, τοὺς λειτουργοὺς ταύτην τῇ ἀναιμάκτῳ τῆς προσφορᾶς θυσίᾳ συνάπτοντας, οὕτως ἅμα τῷ λαῷ διανέμειν ἀμφότερα, συνείδομεν, ὥστε μηκέτι τοῦτο τινὰ τῶν ἱερωμένων ποιεῖν, ἀλλ' εἰς ζωοποίησιν καὶ ἁμαρτιῶν ἄφεσιν τῷ λαῷ τῆς προσφορᾶς μόνης μεταδιδόναι· ὡς ἀπαρχὴν δὲ τὴν τῆς σταφυλῆς λογιζομένους προσένεξιν, ἰδικῶς τοὺς ἱερεῖς εὐλογοῦντας τοῖς αἰτοῦσι ταύτης μεταδιδόναι πρὸς τὴν τοῦ δοτῆρος τῶν καρπῶν εὐχαριστίαν, δι' ὧν τὰ σώματα ἡμῶν κατὰ τὸν θεῖον ὅρον αὔξει τε καὶ ἐκτρέφεται. Εἴ τις οὖν κληρικὸς παρὰ τὰ διατεταγμένα ποιήσοι, καθαιρείσθω.

Ἑρμηνεία.

Περὶ τῶν ἐν τῷ παρόντι κανόνι δηλουμένων ἀρκούντως ἐγράψαμεν ἐν τῷ τετάρτῳ ἀποστολικῷ κανόνι. ἀνάγνωθι οὖν τὰ ἐν ἐκείνῳ γεγραμμένα.

Κανὼν κθ'.

Ὁ τῶν ἐν Καρθαγένῃ διαγορεύει κανών, ὥστε ἅγια θυσιαστηρίου, εἰ μὴ ὑπὸ νηστικῶν ἀνθρώπων μὴ ἐπιτελεῖσθαι, ἐξῃρημένης μιᾶς ἡμέρας, ἐν ᾗ τὸ κυριακὸν δεῖπνον ἐπιτελεῖται· ἴσως τηνικαῦτα διά τινας κατὰ τοὺς τόπους προφάσεις τῇ ἐκκλησίᾳ λυσιτελεῖς τῶν θείων ἐκείνων πατέρων, τῇ αὐτῇ χρησαμένων οἰκονομίᾳ. μηδενὸς οὖν ἡμᾶς ἐνάγοντος καταλείπειν τὴν ἀκρίβειαν, ὁρίζομεν, ἀποστολικαῖς καὶ πατρικαῖς ἑπόμενοι παραδόσεσιν, μὴ δεῖν ἐν τεσσαρακοστῇ τῇ ὑστέρᾳ ἑβδομάδι τὴν πέμπτην λύειν, καὶ ὅλην τὴν τεσσαρακοστὴν ἀτιμάζειν.

Ἑρμηνεία.

Οἱ ἐν Καρθαγένῃ συναχθέντες ἅγιοι πατέρες, εἰδότες ὅτι ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς μετὰ τὸ ποιῆσαι τὸ νομικὸν πάσχα σὺν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ καὶ φαγεῖν, ἐτέλεσε καὶ τὸ μυστικὸν πάσχα,

καὶ τὴν ἀναίμακτον θυσίαν παρέδωκε, παρεκελεύσαντο κατὰ μὲν τὸν ἄλλον χρόνον νήστεις εἶναι τοὺς τὰ ἅγια μεταχειριζομένους διακόνους καὶ ἱερεῖς· κατὰ δὲ τὴν μεγάλην πέμπτην, μετὰ τὸ φαγεῖν, ἱερουργεῖν. τοῦτο οὖν μὴ γίνεσθαι διωρίσαντο οἱ τῆς ϛ'. συνόδου πατέρες· εἰπόντες ὅτι τότε μὲν ἴσως διά τινα εὔλογον αἰτίαν καὶ λυσιτελῆ ταῖς ἐκκλησίαις, τοῦτο οὕτω γίνεσθαι οἰκονομικῶς διωρίσθη. ἀρτίως δὲ μηδενὸς ἀναγκαίου κατεπείγοντος, οὐ χρὴ τὰς ἀποστολικὰς καὶ πατρικὰς παραδόσεις παραβαίνεσθαι. εἰσὶ δὲ αὗται, ὁ ξθ'. κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων· ὁ ν'. τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου, καὶ ἕτεροι.

Κανὼν λ'.

Πάντα πρὸς οἰκοδομὴν τῆς ἐκκλησίας βουλόμενοι διαπράττεσθαι, καὶ τοὺς ἐν ταῖς βαρβαρικαῖς ἐκκλησίαις ἱερέας οἰκονομεῖν διεγνώκαμεν. ὥστε εἰ τὸν ἀποστολικὸν κανόνα τὸν περὶ τοῦ προφάσει εὐλαβείας τὴν οἰκείαν γαμετὴν μὴ ἐκβάλλειν, ὑπεραναβαίνειν οἴονται δεῖν, καὶ πέρα τῶν ὁρισθέντων ποιεῖν· ἐκ τούτου μετὰ τῶν οἰκείων συμφωνοῦντες συμβίων, τῆς πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίας ἀπέχονται· ὁρίζομεν τούτους μηκέτι ταύταις συνοικεῖν καθ' οἱονδήποτε τρόπον· ὡς ἂν ἡμῖν ἐντεῦθεν ἐντελῆ τῆς ὑποσχέσεως παρέξοιεν τὴν ἀπόδειξιν. πρὸς τοῦτο δὲ αὐτοῖς, οὐ δι' ἄλλο τι, ἢ διὰ τὴν τῆς γνώμης μικροψυχίαν, καὶ τὸ τῶν ἠθῶν ἀπεξενωμένον καὶ ἀπαγὲς ἐκδεδώκαμεν.

Ἑρμηνεία.

Ἔμαθον οἱ ἅγιοι πατέρες ὅτι οἱ τῶν βαρβαρικῶν χωρῶν ἱερεῖς προφάσει εὐλαβείας ἀπείχοντο κατὰ κοινὴν ἀρέσκειαν τῶν οἰκείων γαμετῶν. Εἶπον οὖν ὡς κἂν ὁ ἀποστολικὸς ε'. κανὼν ἀπαγορεύῃ τοῖς πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις ἀποπέμπεσθαι τὰς νομίμους αὐτῶν γυναῖκας, καὶ ἔστι τὸ παρὰ τῶν ῥηθέντων ἱερέων γινόμενον ὑπεναντίον τῷ ἀποστολικῷ κανόνι· ἀλλ' ἐπεὶ τὰ κατ' εὐλάβειαν παρά τινων γινόμενα, οὐ καταλύειν, ἀλλὰ μᾶλλον συνιστᾶν καὶ οἰκοδομεῖν δέον ἐστὶν, ἐκχωρηθήσεται κατὰ λόγον οἰκονομίας αὐτοῖς τοῦτο ποιεῖν, διὰ τὸ βαρβαρικὸν ἦθος τούτων καὶ μικρόψυχον, καὶ ἀπεξενωμένον τῆς καταστάσεως τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐθῶν. ἀλλὰ μὴν καὶ διὰ τὸ ἀπαγὲς αὐτῶν τὸ πρὸς τὴν πίστιν καὶ ἀστήρικτον. Εἶτα προσετέθησαν, αὐτοὺς μὴ μόνον διαζεύγνυσθαι τῶν οἰκείων γαμετῶν, ἀλλὰ μηδὲ συνοικεῖν αὐταῖς καθ' ὁντινα τρόπον.

& incruentum sacrificium tradidit, iusserunt alio quidem toto tempore esse ieiunos qui sancta tractant, diaconos, & sacerdotes: in magna autem quinta feria (eam enim quintam postremæ septimanæ quadragesimę dicit) vbi comederint, sacrũ celebrare. Hoc ergo non esse faciendum sanctę synodi sextæ patres statuerũt, dicentes quòd tunc quidem fortasse, propter iustam aliquam causam, & ecclesiis vtilem, hoc ita fieri oportere œconomicè statutum est. Sed nũc cùm nihil necessarium vrgeat, non oportet catholicas & paternas traditiones transilire: sunt autem hæ, xxxix. canon sanctorum Apostolorum, l. Laodic. syn. & alij.

CANON XXX.

Ad ecclesiæ ædificationem omnia facere volentes, etiam sacerdotes, qui sunt in barbaricis ecclesiis, dispensare cõstituimus. Quare, si apostolicum canonem, de vxore non eiicienda, pietatis ac religionis prætextu, se transgredi debere existimant, & vltra ea quæ sunt constituta, facere: & ideo cõmuni cum suis consortibus conuentione & consensu inito, à mutua consuetudine abstinẽt, statuimus, eos nõ amplius cum illis vllo modo cohabitare debere, vt ex eo nobis perfectam sui promißi demonstrationẽ præbeant. Hoc autẽ illis nõ propter aliud quàm propter eorum pusillanimitatem, externósque ac non satis firmos mores, concessimus.

SCHOL. BALS. Resciuerunt sancti patres, quòd barbaricarum regionum sacerdotes, pietatis prætextu, communi cõsensu à propriis vxoribus abstinebant. Dixerunt ergo, quòd Apostolicus septimus canon presbyteris & diaconis interdicit suas legitimas vxores dimittere: & est id quod à dictis fit sacerdotibus Apostolico canoni contrarium: sed quoniam ea quæ propter pietatem fiunt ab aliquibus, non dissoluere, sed potiùs ædificare oportet: hoc eis ex dispensationis ratione facere permittetur, propter barbaros eorum abiectique & pusilli animi mores, & à morum ecclesiasticorum constitutione alienos, & etiam propter eorum imbecillitatem, & in fide infirmitatem. Deinde adiecerunt, eos non solum à propriis vxoribus seiungendos, sed nec eos cum ipsis vllo modo cohabitare debere.

Sic enim certò probabunt, se non fictè, sed verè, & propter puram ac sinceram religionem, deo continētiam vouisse. Nota ergo hoc veluti priuatim editum esse, & de solis sacerdotibus debere intelligi, qui sunt in barbaris regionibus, non etiam de cæteris. Ego verò varios episcopos qui ex Russia venerant, atque adeò ipsum Alaniæ metropolitanum, de ea re sciscitatus, accepi, præsentem canonem in iis regionibus locum nō habere, licèt sint barbaricæ: sed quemadmodum nostri, eorum quoque sacerdotes proprias vxores habere etiam post ordinationem. Interrogabit quispiam, cùm canon dicat communi consensu & voluntate fieri separationem, si hoc fieri nolit mulier, an canon locum non habebit? Sol. Existimo non esse iustum, vt cogatur mulier à proprio marito separari, propter Apostolicum canonem, qui superiùs dictus est, & propter Iustiniani nouellam, quæ non sinit consensu solui matrimonia.

Canon XXXI.

De consec. Dist.i.c. Clericos.

Clericos qui in oratoriis, quæ sunt intra domos, ministrant, vel baptizant, hoc illius loci episcopi sententia facere debere, decernimus. Quare si quis clericus hoc non sic seruauerit, deponatur.

Schol. Bals. A congregatione disiunctionem existimat esse canon, si quis in oratorio, quod est intra domum, præter antistitis sententiam sacrificet, vel baptizet. Et hîc quidem eos qui sic faciunt sacerdotes deponendos patres statuunt. In quinquagesimo autem nono canone, eos etiam qui habent oratoria laicos excommunicant. Tu autem lege iiij. Nouellam Imperatoris domini Leonis sapientis, quæ sic habet post proœmium: Statuimus ergo non solùm vniuscuiusq; catholicæ Sacerdotes, sed etiam sacerdotes vniuscuiusq; domus, habere potestatē in omnibus celebrādi, & mysteria peragēdi, prout suadere voluerit qui vnicuiq; domui præest. Et xv. quæ sic habet, Præcisè statuimus ergo, sicut & de sacrificiis, ita etiam de sacro baptismate, vt id liceat volentibus peragere in omni piorum oratorio. Sed quāuis hęc sic habeāt,

οὕτω γὰρ φασὶ πληροφορήσουσι μὴ καθ' ὑπόκρισιν, ἀλλ' ἀληθῶς διὰ καθαρὰν εὐλάβειαν ὑποσχέσθαι τῷ θεῷ σωφροσύνην. σημείωσαι δὲ τοῦτο ὡς ἰδικῶς ἐκφωνηθὲν, καὶ ὀφεῖλον ἐξακούεσθαι εἰς μόνους τοὺς ὄντας ἱερεῖς ἐν χώραις βαρβαρικαῖς, οὐ μὴν καὶ εἰς τοὺς λοιπούς. ἐγὼ δὲ ἐρωτήσας διαφόρους ἐπισκόπους περὶ τούτου, ἀπὸ Ῥωσίας ἐλθόντας, ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν μητροπολίτην Ἀλανίας, ἔμαθον μὴ ἐνεργεῖν τὰ τοῦ παρόντος κανόνος εἰς τὰς τοιαύτας χώρας, καὶ ταῦτα, οὔσας βαρβαρικάς. ἀλλὰ κατὰ τοὺς ἡμετέρους ἱερεῖς κἀκείνους ἔχειν τὰς οἰκείας γυναῖκας καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν. ἐρωτήσει δέ τις ὡς τοῦ κανόνος λέγοντος κατὰ συμφωνίαν κοινὴν καὶ ἀρέσκειαν, γίνεσθαι τὴν διάζευξιν, ἐὰν οὐ θέλῃ τοῦτο γίνεσθαι ἡ γυνὴ, ἀπρακτήσουσι τὰ τοῦ κανόνος; Λύσις. οἴομαι μὴ δίκαιον εἶναι, καταναγκάζεσθαι τὴν γυναῖκα, τοῦ οἰκείου συζύγου ἀποδιΐστασθαι, διά τε τὸν ἄνωθεν ῥηθέντα ἀποστολικὸν κανόνα, καὶ διὰ τὴν Ἰουστινιάνειον νεαρὰν τὴν μὴ παραχωροῦσαν κατὰ συναίνεσιν λύεσθαι συνοικέσια.

Κανὼν λα'.

Τοὺς ἐν τοῖς εὐκτηρίοις οἴκοις ἔνδον οἰκίας τυγχάνουσι λειτουργοῦντας κληρικοὺς, ὑπὸ γνώμην τοῦτο πράττειν τοῦ κατὰ τὸν τόπον ἐπισκόπου, ὁρίζομεν. ὥστε εἴ τις κληρικὸς, μὴ τοῦτο οὕτως διαφυλάξῃ, καθαιρείσθω.

Ἑρμηνεία.

Παρασυναγωγὴν ὁ κανὼν ἡγεῖται τὸ ἱερουργῆσαί τινα ἢ βαπτίσαι ἐν εὐκτηρίῳ οἴκῳ παρὰ γνώμην τοῦ κατὰ χώραν ἀρχιερέως. καὶ ἐνταῦθα μὲν, τοὺς τοιουτόν τι ποιοῦντας ἱερεῖς, καθαιρεῖσθαι οἱ πατέρες διορίζονται. ἐν δὲ τῷ νθ'. κανόνι, καὶ τοὺς ἔχοντας τὰ εὐκτήρια λαϊκοὺς ἀφορίζουσι. σὺ δὲ ἀνάγνωθι τὴν δ'. νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ σοφοῦ, οὕτως ἔχουσαν μετὰ τὸ προοίμιον. ὁρίζομεν δὲ οὐ μόνον τοὺς ἑκάστης καθολικῆς ἱερεῖς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱερεῖς ἑκάστης οἰκίας ἄδειαν ἔχειν ἐν πάσαις ταῖς οἰκίαις ἱερᾶσθαί τε καὶ μυσταγωγεῖν, οἷς ἂν προσκαλεῖσθαι αἱροῖτο ὁ ἑκάστης οἰκίας δεσπόζων. καὶ τὴν ιε'. οὕτως ἔχουσαν ἐν μέρει. ὁρίζομεν δὲ, καθὼς περὶ θυσιῶν, οὕτω καὶ περὶ τοῦ σωτηρίου βαπτίσματος, τὸ ἐξεῖναι αὐτὸ ἐν παντὶ εὐσεβῶν εὐκτηρίῳ τοῖς βουλομένοις τελεῖν. πλὴν καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων,

ἐὰν κωλυθῇ τις παρὰ τοῦ ἐγχωρίου ἀρχιερέως ἱερουργῆσαι ἢ βαπτίσαι ἐν εὐκτηρίῳ, ὁ δὲ ποιήσῃ τοιοῦτόν τι, καθαιρεθήσεται, μὴ ὠφελούμενος ἐκ τῶν νεαρῶν. ὁ δὲ μὴ ῥητῶς κωλυθεὶς, δοκεῖ σιωπηρῶς κατὰ γνώμην ἐπισκοπικὴν τοῦτο ποιεῖν. διὰ τοῦτο γὰρ ὡς ἔοικεν ἐπενοήθησαν καὶ τὰ ἀντιμήνσια, καὶ γίνονται παρὰ τῶν κατὰ χώραν ἀρχιερέων καθ' ὃν καιρὸν ποιοῦσιν ἐνθρονισμὸν ἐκκλησίας, ἐφ' ᾧ τίθεσθαι αὐτὰ εἰς τὰς ἁγίας τραπέζας τῶν εὐκτηρίων· καὶ ἀρκεῖν οὐ μόνον ἀντὶ τῶν καταρτιζόντων τὸ ἅγιον θυσιαστήριον, καὶ λογιζομένων μήνσων τῆς ἁγίας τραπέζης, ἤγουν τοῦ ἐνθρονισμοῦ τῶν ἀνοίξεων καὶ τῶν ἐγκαινίων, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ ἀναφέρεσθαι τὸ κατ' ἐπιτροπὴν ἐπισκοπικὴν γίνεσθαι ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τὴν ἱερουργίαν.

A si quis à regionis antistite sacrificare vel baptizare in oratorio prohibitus fuerit, is verò tale quid fecerit, deponetur, nec ei nouellæ proderunt. Is autem qui non est expresſè prohibitus, videtur etiam tacitè ex episcopi sentẽtia hoc facere. Propterea enim, vt est verisimile, excogitata sunt superaltaria, & fiunt ab antistibus, qui sunt in regione, quo tempore faciunt ecclesiæ inthronizationem, vt ponantur supra sanctas mensas oratoriorum, & sufficiant non so- B lùm pro iis quæ sanctum altare perficiunt, & sanctæ mensæ tabulæ existimantur, scilicet inthronizatione apertionum & dedicationum, sed vt ostendatur ex episcopi permissione fieri sacrificium.

Κανὼν ξβ'.

Τάξις συνέχει πάντα τὰ οὐράνια, καὶ τὰ ἐπίγεια. πολλῷ δὲ πλέον τὸ τῆς εὐταξίας καλὸν εἰς τοὺς ἱερουργοῦντας πολιτευόμενον θεραπεύει τὸν Θεόν. ἐπεὶ οὖν, φασὶν οἱ ἅγιοι πατέρες, ὁρῶμεν τινὰς νηπιόθεν μελανειμονήσαντας ὡς τῷ Θεῷ ἀφιερωθέντας, καὶ κουρὰν δεξαμένους, μὴ διὰ χειροθεσίας τοῦ ἐγχωρίου ἐπισκόπου, τολμῶντας μετὰ τὸ ἐνηλικιωθῆναι, ἐπ' ἄμβωνος ἀναγινώσκειν τὰς θείας γραφὰς ἀκανονίστως, θεσπίζομεν μὴ γίνεσθαι τοῦτο ὡς παραίτιον ἀταξίας, μηδὲ ἄλλως ἀναγινώσκειν ἐπ' ἄμβωνος τὰς θείας γραφάς τινά,

εἰ μὴ λάβῃ σφραγῖδα ἐπικουρεῖδος διὰ χειροθεσίας ἐπισκοπικῆς. τοῦτο αὐτὸ δὲ φυλάττεσθαι καὶ ἐπὶ μοναχῶν. ἐπεὶ δέ, ὡς ἔοικεν, ἐνομίσθη δυσχερὲς εἶναι τοῦτο τοῖς μοναχοῖς τὰς ἐρήμους κατοικοῦσι κατὰ τὸ πολύ, καὶ μὴ δυναμένοις τὰς πόλεις περιέρχεσθαι, καὶ τοῖς ἐπισκόποις ἐντυγχάνειν εὐχερῶς, ἐνεδόθη τοῖς ἡγουμένοις τοῖς σφραγισθεῖσι παρὰ τῶν ἐπισκόπων, πρεσβυτέροις οὖσιν ἐξ ἀνάγκης, ἀναγνώστας ποιεῖν μοναχοὺς ἐν τῷ ἰδίῳ μοναστηρίῳ, ἐφ' ᾧ ἀκωλύτως ἀναγινώσκειν τούτους ἐπὶ ἄμβωνος τὰς θείας γραφάς. ὡσαύτως ἐνεδόθη καὶ τοῖς χωρεπισκόποις ἀναγνώστας προχειρίζεσθαι κατ' ἐπιτροπὴν ἐπισκοπικήν. καὶ ὁ μὲν κανὼν ταῦτα. λύεται δὲ ἀπὸ τούτου μεγάλη ἔνστασις τῶν λεγόντων μὴ εἶναι κληρικοὺς τοὺς μόνας ἐπικουρεῖδας ἔχοντας διὰ χειροθεσίας ἀρχιερατικῆς, καὶ μήπω καταταχθέντας ἐν κλήρῳ, ὥστε ἔχειν ἐπὶ ἀδείας αὖθις μετασχηματίζεσθαι εἰς λαϊκούς. παρίσταται γὰρ ἀριδήλως ὡς ἡνίκα τις δέξεται χειροθεσίαν ἐπικουρεῖδος παρὰ ἀρχιερέως, αὐτίκα κληρικός ἐστιν, ὡς ἐγχωρούμενος ἀναγινώσκειν ἐπὶ ἄμβωνος. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ καὶ ὁ ἁπλῶς μελανειμονήσας ἐπισκόπῳ τοῦ κληρωθῆναι, μετασχηματισθῆναι οὐ δύναται, ὡς προθέμενος ἀφιερωθῆναι τῷ Θεῷ· κἀντεῦθεν μὴ ἰσχύων τὴν πρὸς Θεὸν ὑπόσχεσιν ἀθετῆσαι, καὶ ἐμπαῖξαι τὸ ἅγιον σχῆμα καὶ σκηνικούς. ὅπερ καὶ περὶ τῶν μοναχῶν πολλάκις εἶπον. τοὺς δὲ μετὰ τρισαγίου μελανειμονήσαντας ἀδιαστίκτως λέγω μὴ δύνασθαι μετασχηματίζεσθαι. τοῦ δὲ κανόνος λέγοντος ἐπ' ἀδείας ἔχειν πάντα καθηγούμενον σφραγισθέντα παρὰ ἀρχιερέως, δηλονότι ὄντα ἱερέα, ἀναγνώστας ποιεῖν μοναχοὺς ἐντὸς τῆς οἰκείας μονῆς, ἐζήτησαν τινὲς εἰ ἔξεστιν αὐτῷ ἅμα τῷ σφραγισθῆναι τοῦτο ποιεῖν, καὶ δίχα τῆς ἐπιτροπῆς τοῦ ἀρχιερέως. καὶ τινὲς μὲν εἶπον ἐπακολουθεῖν σιωπηρῶς καὶ τοῦτο τῇ χειροθεσίᾳ τῆς ἡγουμενείας, ὡς τοῦ κανόνος πλέον τι μὴ προστιθεμένου. ἀντέθεντο δὲ καὶ ἕτεροι ὡς ἐπεὶ ὁ ἀναγνώστης κληρικός ἐστιν, ὀφείλει ἐξ ἀνάγκης μετὰ χειροθεσίας ἐπισκόπου, ἢ ἐπιτροπῆς αὐτοῦ.

A quàm si tonsuræ characterem acceperit per episcopalem manuum impositionem. Hoc ipsum autē etiam seruandum censuimus in monachis. Quoniam autem, vt consentaneum est, hoc monachis difficile videbatur, qui eremos vt plurimum habitant, & non possunt vrbes obire, & episcopos facilè adire, concessum est eorum præfectis, qui ab episcopis characterem accepêre, presbyteris quidem certè necessariò existentibus, monachos lectores facere in proprio monasterio, vt ipsi citra vl- B lum impedimentum diuinas in suggestu scripturas legant. Similiter etiam chorepiscopis concessum est, vt episcopali permissu lectores per manuum impositionem constituant. Atque hæc quidem canon. Ex eo autem soluta est magna instantia eorum qui dicunt non esse clericos eos qui solas habent tonsuras per antistitis manuum impositionē, & nondum sunt in clerici ordinem relati: & ideo posse illos laicorum habitum amictúmque accipere. Apertè enim ostenditur, quòd quando quis ton- C suræ manuum impositionem susceperit ab antistite, is est protinus clericus: vt cui etiam in suggestu legere sit permissum: mihi autem videtur, quòd qui etiam nigris simpliciter vestibus fuerit indutus ab episcopo, vt clericus fieret, amictum ampliùs mutare non potest, vt qui Deo consecrari proposuerit, & ideo nec suam Deo pollicitationem rescindere, nec sanctum habitum ludificari, artificum scenicorum instar, possit: D quod sæpe etiam de monachis dixi: eos autem, qui cum ter sancto nigris vestibus induti fuerint, eos indistinctè dico habitum mutare non posse. Cùm autem canon dicat licere cuiuis monasterij præfecto, qui ab antistite characterem acceperit, qui scilicet est sacerdos, monachos lectores facere intra monasterium, & solum, quæsiuerunt nonnulli, an sit ei permissum hoc facere, cùm primùm characterē susceperit, etiā sine expressa antistitis permissione? Et dixerunt quidem nonnulli, præfecturæ manuum impositionem hoc quoque tacitè consequi, vtpote cùm canon nihil vltra adiiciat: vtentes & xxiiij. canone syn. Laodicenæ ad eorum confirmationem. Alij autem contra opponebãt, quòd quoniam lector quoque est clericus, debet necessariò cum episcopi manuum impositione, vel eius permissione characterem suscipere.

vnde & monasterij præfectus tunc faciet lectoris ordinationem in monasterio, quando hoc ab episcopo ei permissum fuerit. Nisi enim hoc dixerimus, eum quoque sine episcopali permissione monachorum suorum, & aliorum confessiones audire æquum censebimus, quod fieri non potest. Solis enim antistitibus, & quibus ab ipsis permissum fuerit, sacerdotibus, supernè concessum est ligare & soluere. Cùm autem dixerint aduersarij, quòd si monasterij præfecto opus est speciali quoque illius regionis episcopi permissione, ad nihil redit quod præfecto à canone concessum est: illi contra dixerũt, quòd sic quoque magnum ius datur præfecto. Cùm enim nullus sacerdos possit lectorem ordinare, etiamsi ei ab antistite hoc permissum fuerit, supradicti præfecti, Antistitis decreto hoc facient, quod est quidẽ donum speciale. Ego verò intelligo hoc monasteriorum pręfectis indistinctè à canone concessum esse. Præterea cùm dubitaretur, an monachorum præfecti fiunt, qui sacris non sunt initiati, dicebant quidam, quòd quoniam ex episcopi examinatione characterem suscipiunt, illum omnino episcopus eliget, qui ad animarum salutem est probatior, etiamsi nõ est sacris initiatus, non autem eum qui est ordinatus, sed non est satis spectatus. Quemadmodum nec is qui ægrotat corporaliter, medicinæ artis imperitum ad medendum elegerit, eo quòd archiatros seu medicorum princeps sit ordinatus, scientem verò & peritum prætermiserit, vt qui non sit ordinatus. Neque enim ordinatio, sed perfecta scientia dat medelam. Alij autem contrà opponebant, quòd cùm canon decernat illos hoc ius habere monasteriorum præfectos, qui ab episcopo characterem acceperint, sacerdotes scilicet, apparet characterem præfecturæ non suscipere præfectos, nisi sint sacerdotes: quod non mihi videtur. Non enim propter præfecturam, à sanctis patribus additum est, vt sint omnino sacerdotes, qui monasteriis præsunt, sed propter lectoris ordinationem, nempe cùm lector ordinari non possit à monasterij præfecto, qui non sit sacerdos.

ὅθεν καὶ ὁ καθηγούμενος τότε ἀναγνώστου χειροθεσίαν ποιήσει ἐν τῷ ἰδίῳ μοναστηρίῳ, ὅταν καὶ τοῦτο παρὰ τοῦ ἰδίου ἀρχιερέως ἐπιτραπῇ. εἰ μὴ γὰρ τοῦτο εἴπωμεν, δικαιώσομεν ἐξ ἀνάγκης αὐτὸν δέχεσθαι χωρὶς ἐπιτροπῆς ἀρχιερατικῆς καὶ τοὺς λογισμοὺς τῶν μοναχῶν αὐτοῦ καὶ ἑτέρων, ὅπερ ἀδύνατον. μόνοις γὰρ τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς ἐγχωρηθεῖσι παρὰ τούτων ἱερεῦσιν ἐφιλοτιμήθη ἄνωθεν τὸ δεσμεῖν καὶ λύειν. τῶν δὲ ἀντιθέτων εἰπόντων ὡς εἰ χρεία ἐστὶ τῷ καθηγουμένῳ πρὸς τοῦτο καὶ ἰδικῆς ἐπιτροπῆς τοῦ ἐγχωρίου ἐπισκόπου, εἰς τὸ μηδὲν καταντᾷ τὸ παρὰ τοῦ κανόνος ἐπιφιλοτιμηθὲν τῷ καθηγουμένῳ, ἀντεῖπον ἐκεῖνοι, ὅτι καὶ οὕτω μέγα δίκαιον δέδοται τῷ καθηγουμένῳ. μηδενὸς γὰρ ἱερέως δυναμένου ἀναγνώστου χειροθεσίαν ποιεῖν, κἂν ἐπιτραπείη τοῦτο παρὰ ἀρχιερέως οἱ ῥηθέντες καθηγούμενοι, καθ' ὁρισμὸν ἀρχιερατικὸν τοῦτο ἐνεργήσουσι, ὅπερ ἐστὶ φιλοτίμημα ἰδικόν. ἐμοὶ δὲ καταφαίνεται ἀδιαστίκτως ἐνδοθῆναι τοῦτο τοῖς ἡγουμένοις παρὰ τοῦ κανόνος. ἔτι ἀμφιβολίας γενομένης περὶ τοῦ εἰ γίνονται ἡγούμενοι ἀνίεροι, εἶπόν τινες ὡς ἐπεὶ κατὰ δοκιμασίαν τοῦ ἐπισκόπου σφραγίζονται, πάντως ἐπιλέξεται ὁ ἐπίσκοπος τὸν εὐδοκιμοῦντα πρὸς ἰατρείαν ψυχῶν, κἂν ἀνίερος ἐστίν· οὐ μὴν τὸν χειροτονηθέντα καὶ μὴ εὐδοκιμοῦντα. ὥσπερ ὁ νοσῶν σωματικῶς ἵνα ἐπιλέξηται τὸν πρὸς θεραπείαν ἀνεπιστήμονα περὶ τὰ ἰατρικά, διὰ τὸ ἀρχιητρὸν αὐτὸν χειροτονηθῆναι, καὶ παραδράμῃ τὸν δεξιὸν καὶ ἐπιστήμονα, ὡς ἀχειροτόνητον· ὅτι μηδὲ ἡ χειροτονία, ἀλλ' ἡ ἀκριβὴς ἐπιστήμη τὴν θεραπείαν δίδωσιν. ἕτεροι δὲ ἀντέθεντο ὡς τοῦ κανόνος διοριζομένου ἐκείνους ἔχειν τοῦτο τὸ δίκαιον, τοὺς σφραγισθέντας ἡγουμένους παρὰ ἐπισκόπων, δηλονότι ὄντας ἱερεῖς, ἀναφαίνεται μὴ σφραγίζεσθαι ἡγούμενον, εἰ μὴ καὶ ἱερεύς ἐστιν· ὅπερ ἐμοὶ τέως οὐ δοκεῖ. οὐδὲ γὰρ διὰ τὴν ἡγουμενείαν προσετέθη παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων τὸ εἶναι πάντως ἱερεῖς τοὺς ἡγουμένους, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ ἀναγνώστου σφραγῖδα, ὡς δυνατοῦ μὴ ὄντος παρὰ ἀνιέρου καθηγουμένου ἀναγνώστου σφραγισθῆναι.

λέγω οὖν ἀπό τε τοῦ παρόντος κανόνος, καὶ ἀπὸ τοῦ ιθ΄. καλῶς προχειρίζεσθαι καὶ ἀνιέρεις καθηγουμένους, ὅτι καὶ γυναῖκες ἡγουμενεύουσι. καὶ ὥσπερ ἐκεῖναι οὔτε λογισμοὺς ἀναδέχονται, οὔτε ἀναγνώστας ποιοῦσι, οὕτως οὐδὲ οἱ ἀνίερεις μοναχοὶ καὶ καθηγούμενοι τοιοῦτόν τι ἐνεργήσουσι, διὰ τὸ μηδὲ πεφυκέναι τοιούτου τινὸς ἐπιτροπὴν λαβεῖν αὐτοὺς ἐκ τοῦ ἐπισκόπου. τί δέ; τῆς Ἰουστινιανείου νεαρᾶς, ὡς πολλάκις εἴπομεν, λεγούσης, μὴ γίνεσθαί τινα ἀναγνώστην εἰ μὴ ὀκτωκαιδεκαετής ἐστιν, ἐάν τις νήπιος ὢν δέξηται χειροθεσίαν ἀναγνώστου ἀπὸ ἀρχιερέως, ἀρκεσθήσεται ταύτῃ, ἢ μετὰ τὸν ὀκτωκαιδέκατον χρόνον ἑτέρας σφραγίδος ἀρχιερατικῆς δεηθείη; Λύσις. Εἰ δοθῇ σφραγίζεσθαι καὶ αὖθις τοῦτον, ὡς τῆς πρώτης σφραγῖδος οὔσης ἀνυποστάτου, ἔξεστιν ἐπ' ἀδείας πρὸ τῆς δευτέρας μετασχηματίζεσθαι, ὅπερ ἄτοπον. διὸ καὶ ἀρκέσει τῷ νηπιόθεν σφραγισθέντι, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἡ πρώτη σφραγὶς ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως δεχομένη, καὶ λογιζομένη ὥσπερ εἰ μετὰ τὸν ὀκτωκαιδέκατον χρόνον γέγονε παρ' αὐτοῦ· καὶ μᾶλλον ἐπεὶ οὐδὲ κανὼν εὑρίσκεται λέγων, προσκληματίζεσθαι τὸν πρὸ τοῦ τοιούτου χρόνου λαβόντα χειροθεσίαν ἀναγνώστου. περὶ μέντοι τῶν προνομίων τοῦ χωρεπισκόπου, ἀνάγνωθι τὸν ι΄. κανόνα τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου.

Κανὼν ιε΄.

Κληρικὸς ἀπὸ τοῦ παρόντος μὴ καταταττέσθω ἐν δυσὶν ἐκκλησίαις· ἐμπορείας γὰρ καὶ αἰσχροκερδείας ἴδιον τοῦτο, καὶ ἀλλότριον ἐκκλησιαστικῆς συνηθείας. ἠκούσαμεν γὰρ ἐξ αὐτῆς τῆς κυριακῆς φωνῆς, ὅτι οὐ δύναταί τις δυσὶ κυρίοις δουλεύειν· ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει, ἢ τοῦ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει. ἕκαστος οὖν κατὰ τὴν ἀποστολικὴν φωνήν, ἐν ᾧ ἐκλήθη, ἐν τούτῳ ὀφείλει μένειν καὶ προσεδρεύειν ἐν μιᾷ ἐκκλησίᾳ. τὰ γὰρ δι' αἰσχροκέρδειαν γινόμενα ἐπὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων, ἀλλότρια τοῦ θεοῦ καθεστήκασι. πρὸς δὲ τὴν τοῦ βίου τούτου χρείαν ἐπιτηδεύματά εἰσι διάφορα· ἐξ αὐτῶν, εἴ τις βούλοιτο, τὰ χρειώδη τοῦ σώματος πορίζέσθω. ἔφη γὰρ ὁ ἀπόστολος· ταῖς χρείαις μου καὶ τοῖς οὖσιν μετ' ἐμοῦ, ὑπηρέτησαν αἱ χεῖρες αὗται. καὶ ταῦτα μὲν ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ πόλει· ἐν δὲ τοῖς ἔξω χωρίοις, διὰ τὴν ἔλλειψιν τῶν ἀνθρώπων παραχωρείσθω.

Dico ergo ex præsenti canone & ex xviiij. rectè ad præfecturam prouehi etiam eos qui non sunt sacris initiati, quoniam fœminæ quoque monasteriis præficiuntur: & sicut illæ nec peccatorum confessiones audiunt, nec lectores faciunt: sic nec monachi præfecti qui nō sunt sacerdotes, hoc facient, eo quòd nec apti quidē sūt vt eiusmodi rei permissionem ab episcopo accipiāt. Quid autem? Cùm Iustiniani nouella dicat, vt sæpe diximus, non fieri lectorem quempiam, nisi sit octodecim annos natus, si quis infans vel puer lectoris ordinationē ab antistite susceperit, eáne contentus erit, an post octauum decimum annum alio ab antistite charactere opus habebit? Solutio. Si datum fuerit eum rursus quoque characterem accipere, vtpote quòd primus character non possit consistere, ei licebit ante secundum, in laicum transformari, quod est absurdum. Et ideo, ei qui à pueritia characterem accepit, sufficiet, vt mihi videtur, primus character ab antistite susceptus, & reputatus perinde vt si post octauum decimum annum ab eo factus esset: & eo magis, quòd non inuenitur canon, qui dicat eum aliquo præiudicio affici, qui ante id tempus lectoris ordinem susceperit. De episcopi autem priuilegiis lege x. canonem Antioch. syn.

CANON XV.

Clericus ab hoc deinceps tempore in duabus ecclesiis non collocetur. Hoc enim est negotiationis & turpis lucri proprium, & ab ecclesiastica consuetudine alienum. Ab ipsa enim domini voce audiuimus, non posse quempiā duobus dominis seruire. Vel enim vnum odio habebit, & alterum diliget, vel vnum amplectetur, & alterum negliget. Vnusquisq; ergo, vt vox est apostolica, in eo in quo vocatus est, debet manere, & in vna ecclesia assidere. Quæ enim propter turpe lucrum fiunt in ecclesiasticis negotiis, ea à Deo sunt aliena. Ad huius autē vitæ vsum sunt diuersa studia: ex iis ergo, si quis velit ea quæ sunt corpori ad vsum necessaria, comparet. Dixit enim apostolus, Vsui meo, & iis qui mecum sunt, subministrauerunt manus meæ. Et hæc quidem in hac à Deo cōseruanda ciuitate: in iis autem quæ extra sunt locis, propter hominum inopiam indulgeatur.

SCHOL. BALS. Canon est apertus. Statuit enim ne quis clericus in duabus ecclesiis constituatur, quòd id sit turpe lucrum & negotiatio. Perinde autem ac si dixisset quispiã: Et vnde clerici ea quæ ad victum sufficiunt citra vllam indigentiam habebunt? dixerunt patres multa esse & diuersa studia libera, & non damnabilia: & per ea, quæ sibi sunt ad victum necessaria acquirant. Adduxerunt autem huius rei gratia etiam sententias ex Actibus apostolorum & ex euangeliis. In regionibus autem quæ sunt extra reginam vrbium, vbi est inopia hominum qui sciunt literas, permissum est vt aliquis clericus in duabus ecclesiis constituatur. Fit autem hodie contrà. In externis enim regionibus, propter imperialem sacerdotum excusationem, plures sunt clerici in ecclesiis, & ideo nullus in duabus ecclesiis cõstituitur. In regina autem vrbium, non solùm in duabus, sed etiam in pluribus ecclesiis constituuntur. Vt est autem verisimile, præsens canon neglectui est habitus, eo quòd non puniantur eius infractores, vel propter ecclesiarum multitudinem: vel propterea quòd qui digni sunt, vnà cum rebus ipsis in angustũ contracti sunt. Qui autem dicunt canonẽ tractare de iis qui volũt ordinari in duarum vrbiũ cleris, malè dicunt. Alij enim canones vehemẽtissimè puniũt.

CANON XVI.

Omnis iactantia, & ornatus corporeus, est à sacerdotali ordine & statu alienus. Episcopos ergo, vel clericos qui se splendidis & insignibus vestibus exornant, se corrigere oportet: sin autem permaneant, pœnis coërceri: similiter & eos qui sunt vnguentis delibuti. Quoniam autẽ radix acerbitatis sursum pullulans, fuit nostræ ecclesiæ inquinamentum, Christianos scilicet accusantium hæresis: & qui eam susceperunt, non solùm imaginum picturas auersati sunt, sed omnem etiam pietatem ac religionem extruserunt, eos qui piè & honestè viuunt, odio habentes: in eis impletum fuit quod scriptũ est, Abominatio peccatori religio & verus Dei cultus. Si inuenti itaque fuerint nonnulli eos irridentes qui vilem & modestum amictum induti sunt, pœna corrigantur. A superioribus enim vsque temporibus omnis vir sacratus cum moderato

A

Ἑρμηνεία.

Σαφής ἐστιν ὁ κανών. διορίζεται γὰρ μὴ καταττάττεσθαί τινα κληρικὸν εἰς δύο ἐκκλησίας, διὰ τὸ εἶναι τοῦτο αἰσχροκέρδειαν καὶ ἐμπορείαν. ὡς δέ τινος εἰπόντος, καὶ πόθεν τὰ πρὸς αὐτάρκειαν ἕξουσιν οἱ κληρικοὶ ἀνενδεῶς; εἶπον οἱ πατέρες πολλὰ εἶναι καὶ διάφορα ἐπιτηδεύματα, ἐλεύθερα καὶ ἀκατάγνωστα, καὶ πορίζεσθωσαν δι' αὐτῶν τὰ χρειώδη. παρήγαγον δὲ καὶ χρήσεις χάριν τούτου ἀπὸ τῶν Πράξεων τῶν ἀποστόλων, καὶ εὐαγγελικά. εἰς μέντοι τὰς ἔξω τῆς βασιλευούσης τῶν πόλεων χώρας ἔνθα λεῖψις ἀνθρώπων εἰδότων γράμματά ἐστι, παρεχώρησαν καὶ εἰς δύο ἐκκλησίας καταττάττεσθαί τινα κληρικόν. τὸ δὲ σήμερον τὸ ἀνάπαλιν. ἐν γὰρ ταῖς ἔξω χώραις διὰ τὴν βασιλικὴν ἐξκουσσείαν τῶν ἱερέων, πλείους εἰσὶν οἱ κληρικοὶ παρὰ τὰς ἐκκλησίας, καὶ διὰ τοῦτο οὐδεὶς καταττάττεται εἰς δύο ἐκκλησίας. ἐν δὲ τῇ βασιλευούσῃ τῶν πόλεων οὐ μόνον εἰς δύο ἐκκλησίας, ἀλλὰ καὶ εἰς τρεῖς οἱ πλείους καταττάττονται. ὡς ἔοικε δὲ κατεφρονήθησαν τὰ τοῦ παρόντος κανόνος, διὰ τὸ μὴ κολάζεσθαι τοὺς τούτου καταφρονητάς, ἢ διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τὴν στενοχωρίαν τῶν ἀξιολογωτέρων καὶ τῶν πραγμάτων.

B

C

Κανὼν ιϛ΄.

Πᾶσα βλακεία καὶ κόσμησις σώματος, ἀλλότριά εἰσι τῆς ἱερατικῆς τάξεως. τοὺς οὖν ἑαυτοὺς κοσμοῦντας ἐπισκόπους ἢ κληρικοὺς δι' ἐσθήτων λαμπρῶν καὶ περιφανῶν, τούτους διορθοῦσθαι χρή· εἰ δὲ ἐπιμένοιεν, ἐπιτιμίῳ παραδίδοσθαι· ὡσαύτως καὶ τοὺς τὰ μύρα χριομένους. ἐπειδὴ δὲ ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα μίασμα γέγονε τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἡ τῶν Χριστιανοκατηγόρων αἵρεσις, καὶ οἱ ταύτην δεξάμενοι, οὐ μόνον τὰς εἰκονικὰς ἀναζωγραφήσεις ἐβδελύξαντο· ἀλλὰ καὶ πᾶσαν εὐλάβειαν ἀπώσαντο, τοὺς σεμνῶς καὶ εὐσεβῶς βιοῦντας προσοχθίσαντες· καὶ πεπλήρωται ἐπ' αὐτοῖς τὸ γεγραμμένον· βδέλυγμα ἁμαρτωλῷ θεοσέβεια· εἰ εὑρεθῶσι τοίνυν ἐγγελῶντες τοῖς τὴν εὐτελῆ καὶ σεμνὴν ἀμφίασιν περικειμένοις, δι' ἐπιτιμίου διορθούσθωσαν. ἐκ γὰρ τῶν ἄνωθεν χρόνων πᾶς ἱερατικὸς ἀνὴρ, μετὰ μετρίας

D

καὶ σεμνῆς ἀμφιάσεως ἐπολιτεύετο. πᾶν γὰρ ὃ μὴ διὰ χρείαν, ἀλλὰ διὰ καλλωπισμὸν παραλαμβάνεται, ἀλαζονείας ἔχει κατηγορίαν, ὡς ὁ μέγας ἔφη Βασίλειος. ἀλλ' οὐδὲ ἐκ σηρικῶν ὑφασμάτων πεποικιλμένην ἐσθῆτα ἐνεδέδυτό τις. οὐδὲ προσετίθεσαν ἑτερόχροα ἐπιβλήματα ἐν τοῖς ἄκροις τῶν ἱματίων· ἤκουσαν γὰρ ἐκ τῆς θεοφθόγγου γλώσσης, ὅτι οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες, ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλέων εἰσί.

& honesto indumento versabatur. Quicquid enim, non propter vsum, sed ostentatorium ornatum, assumitur, in luxus reprehensionem incurrit, vt ait magnus Basilius. Sed nec ex sericeis texturis variatum quis vestimentum habebat: neque in vestimentorum fimbriis adiecta erant alieni coloris additamenta. Ex diuina enim lingua audierunt, quòd, Qui mollibus vestiuntur, in ædibus regum.

Ἑρμηνεία.

Τῶν εἰκονομάχων μεταβαλόντων πᾶσαν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν καὶ εὐλάβειαν πρὸς ἀκαταστασίαν καὶ ἀνευλάβειαν, ὡς τῶν αὐτοῖς προσερχομένων κληρικῶν καὶ ἐπισκόπων ἀνευλαβῶς καὶ ἀδιαφόρως ἐγχωρηθέντων πολιτεύεσθαι, ἵνα τοῖς θελήμασιν αὐτῶν ὑπείκωσι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῆς ἱερατικῆς ἐνδυμενίας πρὸς τὸ βλακικώτερον μεταβληθείσης καὶ κοσμικώτερον, διωρίσαντο οἱ πατέρες ἐπιτιμᾶσθαι τοὺς καλλωπίζοντας ἑαυτοὺς διὰ ἐνδυμενίας λαμπρᾶς, καὶ μὴ διορθουμένους μετὰ παραγγελίαν, ὡσαύτως κολάζεσθαι, καὶ τοὺς τὰ μύρα χριομένους. ἐπεὶ δὲ οἱ αὐτοὶ αἱρετικοὶ πρὸς τούτοις κατεγέλων τῶν βιούντων μετὰ σεμνότητος καὶ εὐλαβείας, καὶ ἐνδύμασι χρωμένων εὐτελεστέροις διὰ ταπείνωσιν· ὥρισαν οἱ θεῖοι πατέρες τοὺς τοιοῦτόν τι ποιοῦντας δι' ἐπιτιμίων διορθοῦσθαι· ὅτι φασὶν οἱ ἱερεῖς ἀείποτε μετὰ μετρίας καὶ σεμνῆς διαγωγῆς, ἐπολιτεύοντο (καὶ τὸν μὴ διὰ χρείαν τοῦ σώματος λαμπρότερον ἱματισμὸν, ἀλαζονείαν ἤγουν βλακείαν ὠνόμαζεν ὁ μέγας Βασίλειος,) ἀλλ' οὐδὲ ἐσθῆτα σηρικὴν ἤγουν μεταξωτὴν, (σῆρες γὰρ οἱ σκώληκες,) ἐνεδέδυντο ἱερατικοὶ ἄνδρες, οὔτε τινὰ ἑτερόχροα ἐπιβλήματα προσετίθεσαν ἐν τοῖς ἄκροις τῶν ἱματίων, ἤγουν μεργέλια, καὶ ἐφεξῆς ἐπιφέρουσι τὸ εὐαγγελικὸν ῥητόν· ἀνάγνωθι καὶ τὸν κζ'. κανόνα τῆς ϛ'. συνόδου. αἰτιωμένων δὲ τῶν λαμπροφορούντων κληρικῶν διὰ ἱματίων λεγομένων ἐξαμίτων, ἐχόντων οὐ μόνον ἑτερόχροα αὐτίπολα, ἀλλὰ καὶ χρυσόπαστα, πρὸς δὲ καὶ γράμματα πολυτελῆ χρυσᾶ, εἶπόν τινες τὸν κανόνα ἐκφωνηθῆναι διὰ τὴν τότε οὖσαν ἀταξίαν εἰς τὰς ἐκκλησίας, καὶ τὴν πολλὴν ἀνευλάβειαν τῶν κληρικῶν· σήμερον τε μὴ ἔχειν χώραν τὰ τοῦ κανόνος, ὅτε Θεοῦ χάριτι πᾶσα ἐστὶν ἐκκλησιαστικὴ κατάστασις καὶ εὐλάβεια·

SCHOL. BALS. Cùm hostes imaginum omnem ecclesiasticã constitutionem & pietatem in confusionem & impietatem mutassent, vtpote cùm clerici & episcopi, qui ad eos accedebãt, impiè & temere vitam instituere sinerentur, vt eorum voluntati acquiescerẽt: & ideo sacerdotale quoque indumentum, ad id quod est nequius & magis seculare, mutatum esset, statuerũt diuini patres, eos puniri qui se splendida veste exornant, & post denũciationem nõ corriguntur. Quoniam autẽ hi præterea hæretici irridebant eos qui piè & honestè viuebant, & vilioribus vtebantur vestibus propter humilitatẽ, statuerũt sancti patres, eos qui tale quid faciunt, per pœnas corrigi. Sacerdotes enim, inquiunt, semper olim modestè & honestè vitam instituebant, (& splendidiorem vestem, quæ non propter vsum corporis sumitur, περπέρειαν seu leuitatẽ & ostentationẽ magnus vocauit Basili⁹) sed neq; sericea veste μεταξωτῇ scilicet (seres enim vermes sunt) induebantur viri sacerdotales, neque alia diuersi coloris additamenta vestium ipsarum fimbriis adiiciebãt, scilicet lembos. Et deinde aliud dictum euangelicum adiiciunt. Lege & xxvij. can. vj. s. Cùm autem accusarentur quidam clerici splendidis vestibus induti, qui vestes quæ ἐξάμιτα dicuntur, gestabant, & habebant non solùm diuersi coloris lembos, sed etiam auro intexta: præterea autem & sumptuosas aureas literas, dicebant quidam editum esse canonem, propter eam quæ tunc erat in ecclesiis rerum cõfusionem, & multam clericorum à pietate alienationem: hodie autem non habere locum canonem, quandoquidem Dei gratia absoluta est ecclesiastica constitutio & pietas:

& ad Dei honorem clerici cum vestibus splendidioribus versantur: audiuerunt autem se non rectè dicere: est enim canon vniuersalis: & quæ in eo scripta sunt, debent in secula seculorum obseruari, & vim suam obtinere, & qui præter eum vitam instituunt, rectè punientur, nisi corrigantur.

CANON XVII.

Quidam monachi, suis monasteriis relictis, vt qui imperare desiderent, & parere recusent, oratoria ædificare adgrediuntur, cùm ea non habeant quæ ad perfectionem pertinent: si quis hoc facere aggressus fuerit, prohibeatur ab eius loci episcopo: si quis autem ea habet quæ ad perfectionem sufficiunt, quæ ab ipso deliberata sunt, ad finem deducantur. Idem autem seruetur in laicis & clericis.

SCHOL. BALS. Rursus quoque sancti patres, cùm omnino non ferrent gloriæ cupiditatem inter eos versari qui secundùm Deum viuere constituunt, statuerunt, vt monachi, qui propter gloriæ cupiditatem sua monasteria relinquunt, vel etiã propter inobedientiam, & oratoria quidem ædificare aggrediũtur, non habent autem quæ ad eius perfectionem sufficiunt, prohibeantur ab illius regionis episcopo, vt qui ea constituere minùs sufficiunt. Hoc ipsum autem etiam fieri in laicis & clericis cõstituêre. Si velis autem scire, quomodo & à quibus ædificantur monasteria, quære pr.cap.pr.tit.iiij.lib. Imp. quæ quidem est pars cxxiij. Iustiniani nouellæ, & totam pr.cap. xj. tit. præsentis operis, & quæ sunt in ea. similiter & pr.can. sanctæ & magnæ j. & ij. syn. quæ in templo sanctorum apostolorum cõgregata est: & disces omnia quæ ad monasteriorum ædificationem pertinẽt. Quod autem à sanctis patribus in procemio dictum est, non exauditur autem etiam in laicis & clericis, assume ad solos monachos. Prohiberi autem eos, qui monasteria ædificãt, & sumptum sufficientem non habent, trahe ad omnes, scilicet laicos, clericos, episcopos, monachos, & reliquos. Rogauerit autem quispiam, & quantus sumptus ab eo exigetur, qui velit monasterium extruere? Multáne auri talenta, an stateres aliquot?

καὶ πρὸς τιμὴν Θεοῦ οἱ κληρικοὶ μετὰ ἱματίων λαμπροτέρων πολιτεύονται. ἤκουσαν δὲ μὴ καλῶς λέγειν. καθολικὸς γάρ ἐστιν ὁ κανών, καὶ εἰς αἰῶνα αἰώνων τὰ ἐν αὐτῷ κρατεῖν καὶ ἐνεργεῖν ὀφείλουσι. οἱ δὲ παρὰ τοῦτον πολιτευόμενοι, καλῶς ἐπιτιμηθήσονται εἰ μὴ διορθωθῶσιν.

Κανὼν ιζʹ.

Ὅτι τινὲς τῶν μοναχῶν καταλιπόντες τὰ ἑαυτῶν μοναστήρια, ἐφιέμενοι ἄρχειν, καὶ τὸ ὑπακούειν ἀπαναινόμενοι, ἐγχειροῦσι κτίζειν εὐκτηρίους οἴκους, τὰ πρὸς ἀπαρτισμὸν μὴ ἔχοντες· εἴ τις οὖν τοῦτο ἐπιχειρήσοι ποιεῖν, κωλυέσθω ὑπὸ τοῦ κατὰ τὸν τόπον ἐπισκόπου. εἰ δὲ τὰ πρὸς ἀπαρτισμὸν ἔχοι, καὶ τὰ βεβουλευμένα αὐτῷ, εἰς πέρας ἀγέσθωσαν. τὸ αὐτὸ δὲ φυλάττεσθαι καὶ ἐπὶ λαϊκῶν καὶ κληρικῶν.

Ἑρμηνεία.

Καὶ πάλιν οἱ ἅγιοι πατέρες μὴ ἀνεχόμενοι ὅλως παρρησιάζεσθαι τὸ τῆς φιλοδοξίας πάθος εἰς τοὺς πολιτευομένους κατὰ Θεὸν, διωρίσαντο, τοὺς καταλιμπάνοντας μοναχοὺς τὰ οἰκεῖα μοναστήρια διὰ φιλοδοξίαν ἢ ἀνυποταξίαν, καὶ ἐγχειροῦντας μὲν κτίζειν εὐκτηρίους οἴκους, μὴ ἔχοντας δὲ αὐτάρκειαν πρὸς ἀπαρτισμὸν, κωλύεσθαι παρὰ τοῦ κατὰ χώραν ἐπισκόπου, ὥσπερ συγκροτεῖσθαι τοὺς ἔχοντας ἀνενδεῶς. τὸ αὐτὸ δὲ γίνεσθαι καὶ ἐπὶ λαϊκῶν καὶ κληρικῶν. σὺ δὲ εἰ θέλεις μαθεῖν πλατύτερον πῶς καὶ παρά τινων κτίζονται τὰ μοναστήρια, ζήτει κεφ. αʹ. τοῦ αʹ. τίτλου τοῦ δʹ. βιβλίου τῶν βασιλικῶν. ὅπερ ἐστὶ μέρος τῆς ρκγʹ. Ἰουστινιανείου νεαρᾶς, καὶ τὸ ὅλον αʹ. κεφ. τοῦ ιαʹ. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ· ὡσαύτως καὶ τὸν αʹ. κανόνα τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης αʹ. καὶ βʹ. συνόδου τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων συστάσης, καὶ μάθης πάντα τὰ περὶ τῆς οἰκοδομῆς τῶν μοναστηρίων. τὸ μέντοι προοιμιασθὲν παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων μὴ ἐξακουόμενον καὶ ἐπὶ λαϊκῶν, καὶ κληρικῶν, ἐκλάβου εἰς μόνους τοὺς μοναχούς. τὸ δὲ κωλύεσθαι τοὺς κτίζοντας μοναστήρια, καὶ μὴ ἔχοντας ἀρκοῦσαν δαπάνην, ἕλκυσον εἰς πάντας, ἤγουν εἰς λαϊκοὺς, κληρικοὺς, ἐπισκόπους, μοναχοὺς καὶ λοιπούς. ἐρωτήσει δέ τις καὶ πῶς τὴν δαπάνην ἀπαιτηθήσεται ὁ θέλων κτίσαι μοναστήριον; ἆρα χρυσίου πολλά τινα τάλαντα ἢ μετρίους στατῆρας;

Λύσις. οὐδὲν ἐξ ἀμφοῖν. οὔτε γὰρ ἀναγκά-
ζεταί τις προσαγαγεῖν τῷ Θεῷ μεγαλοπρε-
πῆ καὶ ἀξίαν προσαγωγήν. οὔτε μικροπρεπὲς
χρυσίου κερμάτιον μὴ ἀρκοῦν εἰς ὃ προέθετο,
προσφέρων εἰσακουσθήσεται. ἀλλ' ἐπεὶ τὸ ἐλάχι-
στον ὑπὸ τριῶν μοναχῶν συνίσταται μοναστήριον,
ἀναγκασθήσεται ὁ κτίσαι μέλλων προσαγαγεῖν,
εἰ μὴ πλείονα, τέως δὲ τὰ ἀρκοῦντα εἰς ἀπαρτι-
σμὸν ναοῦ καὶ οἰκονομίαν αὐτῶν καὶ τριῶν μονα-
χῶν. φησὶ γὰρ ἡ ιδ'. νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυρίου
Λέοντος τοῦ φιλοσόφου μετὰ τὸ προοίμιον ταῦτα·
φαμὲν οὖν ὡς ἐπεὶ τὸ θεῖον ὑπήχει στόμα ὅπου
εἰσὶ δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι ἐν τῷ ὀνόματί μου,
ἐκεῖ εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν, χρῆναι τὸ ἐλάχιστον,
τρισὶν ἐπαρκεῖν τὸ μοναστηρίου κλῆσιν ὑποδυό-
μενον ἔργον, δηλονότι καὶ τῶν ἄλλων ἱερῶν κειμη-
λίων, ὅσα τε πρὸς ἁγιστείαν καὶ δοξολογίαν
ὁρῶσιν, ὑπαρχούσης τῆς εὐπορίας. τῷ μὲν
οὖν πρὸς ἀνιέρωσιν μοναστηρίου ἀκώλυτον ἕξοντι
τὴν ἐπιχείρησιν, εἰς τοσοῦτον δεήσει τὸ ἐλάχιστον
τὸ ἀφιέρωμα συντελεῖν. ὅτι δὲ πλεῖστοι πρὸς
τὴν τοιαύτην ἐπιχείρησιν ἑαυτοὺς ἐπιδιδόντες
ἐνίοτε ὀπίσω βουλῆς ἀπολείπονται, προλαβόν-
τος τοῦ θανάτου, καὶ τῆς ἐν ἀνθρώποις αὐτοὺς
συναναστροφῆς ἐξαφανίζοντος, ἐκεῖθεν ἡμῖν θε-
σπίζεται ὡς διατυπώσεως προελθούσης, τὰ
ἐν αὐτῇ διορισθέντα ἔσται τῆς ἐκκλησίας. εἰ
δὲ ὁποῖα πολλὰ φέρει τὸ ἄδηλον, πρὸ τῆς τῶν
οἰκείων ἀναρπασθείη διατυπώσεως, παίδων
μὲν ὑπόντων ἄχρι τριῶν τέταρτον μέρος
τῆς ὑπάρξεως οἰκειώσεται ἡ μονή· ἐπέκεινα
δὲ τοῦ τρίτου ἀριθμοῦ προϊόντος τοῦ τῆς γο-
νῆς πλήθους, συγκαταλέξεται τὸ μοναστήριον
τοῖς παισί· καὶ τὰ ἴσα ἑνὶ τούτων ἑκάστῳ λήψε-
ται ἐκ πάσης περιουσίας, ἧς οὐχ ἅπτεται
χρέα τοῦ τεθνηκότος. ἄπαιδος δὲ ὑπάρχον-
τος τοῦτον τὸν βίον ἀπολιπόντος, ἐπὶ γονεῦσι
δὲ λιπόντος, διχῇ τῶν προσόντων διαιρουμένων,
ἡ μὲν γονεῦσι, ἡ δ' ἑτέρα μοῖρα τῷ μοναστηρίῳ
παραχθήσεται. εἰ δ' ἔρημος εἴη κληρονόμων
ἀνιόντων, τοὺς ἐκ πλαγίου εἰσιόντας ὁ κλῆρος προσ-
ίεται· αὐτοὶ μὲν ὅσοι ἂν ὦσι, τὸ τρίτον μέρος δια-
νεμήσονται, τὸ δίμοιρον δὲ προσχωρήσει τῇ ἐκκλη-
σίᾳ. καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοὺς κτίζοντας μοναστήρια.

Solutio. Neutrum. Non enim cogetur quispiam magnificam & magni pretij Deo offerre oblationem, nec minutula aliquot auri numismata, ad ea quæ proposuit, non sufficiẽtia, afferens, exaudietur. Sed quia monasterium à tribus ad minimum monachis constituitur, cogetur qui vult ædificare, afferre, si nõ plura, ea quidem certè quæ sufficiunt ad templi perfectionem, suámque & trium monachorum habitationem & prouisionem. Dicit enim xiiij. Imp. domini Leonis philosophi nouella post procemium: Dicimus, quòd quoniam diuino ore dictum est, vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, illic sum in medio eorũ, oportet tribus ad minimũ sufficere opus quod monasterij subit appellationẽ, & aliorum scilicet pretiosiorum vasorum, quæ ad ceremonias deíque cultũ & existentis felicitatis reputationem pertinent, non deesse facultatem. Eum ergo qui monasterium consecrare velit adgredi citra prohibitionem, eò vsque ad minimum oportebit ad eius consecrationem impendere. Quoniam autem plurimi, qui se tali rei adgrediundæ dedidêre, nonnunquam postea consilio frustrantur, morte præueniente, & eorum inter homines conuersationem tollente, illud rursus decernitur, quòd si dispositio præcesserit, ea quæ in ea disposita sunt, erunt ecclesiæ: sin autem, cuiusmodi multa rerum affert incertitudo, ante de suis rebus dispositionẽ de medio sublatus fuerit, si sint quidem tres liberi, quartã bonorum partem sibi vendicabit monasterium: sin autem vltra tertium numerum prolis processerit multitudo, monasteriũ vnà cum liberis numerabitur: & vnusquisq; eorũ ęqualem partẽ accipiet vniuersarum facultatũ, quas defuncti debita non attingũt. Si autem liberos nõ habeat qui vita excessit, sed relictis parentibus decesserit, iis quæ habet bifariã diuisis, altera quidẽ pars parentibus, altera verò monasterio tradetur. Si autẽ hæredibus ascẽdẽtibus destitutus fuerit, eos autem qui per trãsuersalem lineam eum attingunt, clerus admiserit, ipsi quidem quicunque fuerint, tertiam partem possidebunt, duæ autem partes ecclesiæ accedent. Et hæc quidem de iis qui monasteria ædificant.

Si quis autem domum oratoriam, non monasterium, ædificare voluerit, tantám ne vt afferat impensam, ab eo postulabitur? Solutio. Nequaquam. Hæc enim de solis monasteriis lata sunt. Qui est ergo ædificaturus, offerre cogetur quod satis est, ex episcopi examinatione. His ergo ita se habentibus, in vrbium quidem regina, ab huius temporis chartophylace crucis fixio extra vrbem alicui non datur templum excitare volenti, nisi iuxta primum canonem j. & ij. syn. in scriptis deposuerit, se omnia attulisse quæ ad eius perfectionem pertinent, vt superiùs dictum est, & ea minutatim confirmauerit in ecclesiastico codice. In externis autem regionibus, vt mihi quidem videtur, nihil eiusmodi subtilitate disquiritur, sed licet omni volenti absque vlla curiositate oratoria ædificare. Quin & hîc etiã multi absque scientia episcopi, multa audent eiusmodi. Quia autem solius templi sumptus meminit canon, sumptus autem nomine, omnia quæ sunt monasterio vtilia, & iis qui in ipso exercentur, comprehenduntur, debet sumptum quoque sic accipere.

Canon XVIII.

Sine offensione este etiam iis qui extra sunt, inquit diuinus apostolus: mulieres autem in Episcopiis vel monasteriis versari, est omnis offensionis causa: si quis ergo ancillam vel liberam in episcopio possidere deprehensus fuerit, vel in monasterio, ad ministerium aliquod obeundum, puniatur. Sin autem perseueret, deponatur: si verò etiam in suburbiis mulieres esse contigerit, & voluerit episcopus, vel monasterij præfectus, illuc iter facere, præsente episcopo, vel monasterij præfecto, mulier eo tempore nullo modo ministerium obeat, sed alio in loco seorsum degat, donec recesserit episcopus: vt omnis reprehensionis occasio vitetur.

Schol. Bals. Cùm intellexissent, vt est consentaneum, sancti patres, quòd in episcopatibus & monasteriis mulieres versantur, dixerunt, quòd quoniam magnus Apostolus Paulus ad Corinthios scribens, statuit nos sine offensione esse debere, non solùm iis qui intus,

A εἰ δέ τις εὐκτήριον οἶκον οὐχὶ μοναστήριον θελήσοι κτίσαι, τοσαύτην δαπάνην προσαγαγεῖν ἀπαιτήσονται; Λύσις. οὐδαμῶς. περὶ γὰρ μοναστηρίων ταῦτα νενομοθέτηται. ἀναγκασθήσεται οὖν ὁ κτίσαι μέλλων, προσαγαγεῖν κατὰ δοκιμασίας τοῦ ἐπισκόπου, τὸ ἀρκοῦν. τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐν μὲν τῇ βασιλευούσῃ τῶν πόλεων ἄλλως σταυροπήγιον παρὰ τοῦ κατὰ καιροὺς χαρτοφύλακος οὐ δίδοται τινὶ ἔξω τῆς πόλεως ταύτης ἀνεγεῖραι θέλοντι ναὸν, εἰ μὴ κατὰ τὸν α'. κανόνα τῆς πρώτης καὶ δευτέρας συνόδου καταθῆται δι' ἐγγραφῆς προσενεγκεῖν πάντα τὰ πρὸς B ἀπαρτισμὸν τούτου, ὡς εἴρηται, καὶ βεβαιώσῃ αὐτὰ κατὰ λεπτὸν ἐν τῷ ἐκκλησιαστικῷ κώδικι. ἐν δὲ ταῖς ἔξω χώραις, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐδὲν τι τοιοῦτον ἀκριβολογεῖται, ἀλλὰ παντὶ τῷ βουλομένῳ ἔξεσται ἀπολυπραγμονήτως κτίζειν εὐκτήρια. καὶ ἐνταῦθα δὲ οἱ πλείους χωρὶς εἰδήσεως ἐπισκοπικῆς πολλὰ τολμῶσι τοιαῦτα. ἐπεὶ δὲ μόνης δαπάνης τοῦ ναοῦ ἐμνήσθη ὁ κανὼν, τῷ ὀνόματι δὲ τῆς δαπάνης πάντα τὰ χρειώδη τῷ μοναστηρίῳ, καὶ τοῖς ἀσκουμένοις ἐν αὐτῷ συμπεριλαμβάνονται· ὀφείλεις καὶ σὺ οὕτως ἐκλαβέσθαι τὴν δαπάνην. C

Κανὼν ιη'.

Ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ τοῖς ἔξωθεν, φησὶν ὁ θεῖος ἀπόστολος. τὸ δὲ γυναῖκας ἐνδιαιτᾶσθαι ἐν ἐπισκοπείοις ἢ καὶ μοναστηρίοις, παντὸς προσκόμματός αἴτιον. Εἴ τις οὖν δούλην ἢ ἐλευθέραν ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ κτώμενος φωραθείη, ἢ ἐν μοναστηρίῳ πρὸς ἐγχείρησιν διακονίας τινὸς, ἐπιτιμάσθω· ἐπιμένων δὲ, καθαιρείσθω· Εἰ δὲ καὶ τύχοι ἐν προαστείοις γυναῖκας εἶναι, καὶ θελήσοι ἐπίσκοπος ἢ ἡγούμενος πορείαν ἐν τοῖς ἐκεῖσε ποιήσασθαι, παρόντος ἐπισκόπου D ἢ ἡγουμένου, μηδ' ὅλως ἐγχείρησιν διακονίας ποιείσθω κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν γυναικὶ, ἀλλ' ἰδιαζέτω ἐν ἑτέρῳ τόπῳ, ἕως ἂν τὴν ἐπαναχώρησιν ποιήσηται ὁ ἐπίσκοπος διὰ τὸ ἀνεπίληπτον.

Ἑρμηνεία.

Μαθόντες, ὡς ἔοικεν, οἱ ἅγιοι πατέρες ὅτι εἰς ἐπισκοπεῖα καὶ εἰς μοναστήρια διάγουσι γυναῖκες, εἶπον ὡς ἐπεὶ ὁ μέγας ἀπόστολος Παῦλος πρὸς Κορινθίους ἐπιστέλλων διωρίσατο ἀπροσκόπους εἶναι ἡμᾶς, μὴ μόνοις τοῖς ἐντὸς,

ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔξωθεν, ἤγουν μὴ μόνοις τοῖς πιστοῖς ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀπίστοις· τὸ δὲ συνδιάγειν μετὰ γυναικῶν ἐπισκόπους, ἢ ἡγουμένους ἐν μοναστηρίῳ ἢ ἐν ἐπισκοπείῳ, παντός ἐστι προσκόμματος αἴτιον, καὶ λοιδορία οὐ τυχοῦσα τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως· ὀφείλουσιν ἐπιτιμᾶσθαι οἱ τοιοῦτόν τι ποιήσοντες, ἐπιμένοντες δὲ καὶ καθαιρεῖσθαι. ὡς δέ τινος εἰπόντος ἀδιάκριτον εἶναι τὸ κολάζεσθαι τούτους, ὁπωσδήποτε μετὰ γυναικῶν συνδιαιτωμένους (συμβαίνει γάρ τινα ἐξ αὐτῶν κατὰ πάροδον καταλῦσαι εἰς προάστειόν τι γυναῖκας ἔχον, καὶ οὐ δύναται ὁ ἐπίσκοπος τὴν μετὰ τούτων διαγωγὴν ἀποπέμψασθαι) ὥρισαν, εἰ συμβῇ τοῦτο, μηδ' ὅλως ὁρῶντος τοῦ ἐπισκόπου ἢ τοῦ ἡγουμένου διακονεῖν τὰς γυναῖκας, ἀλλ' ἐν τόπῳ ἑτέρῳ ταύτας ἀναχωρεῖν καὶ ἡσυχάζειν ἔστ' ἂν οὗτοι ἀποχωρήσωσι. τὴν δὲ τούτων διακονίαν γίνεσθαι πρεπόντως παρὰ ἀνδρῶν. οὕτω γὰρ τὸ ἀνεπίληπτον ἤτοι ἀσκανδάλιστον ἐπ' αὐτοῖς συντηρηθείη. ἆρα δὲ ἐὰν ἐξ ἀντιδιαστολῆς ἐν ἐπισκοπείῳ ἢ ἐν μοναστηρίῳ μὴ συνδιάγωσι μετὰ γυναικῶν ἀλλ' ἐν ἑτέρᾳ κατοικίᾳ, συγγνωμονηθήσονται; Λύσις. οἱ μὲν κανόνες καθὼς πολλάκις εἴπομεν καὶ τὸ ιζ'. κεφ. τοῦ α'. τίτλου τοῦ γ'. βιβλίου τῶν βασιλικῶν ἀπαγορεύουσιν ἱερωμένον τινὰ μετὰ ὑπόπτου γυναικὸς συνδιάγειν ἄνευ μητρὸς, θυγατρὸς, ἀδελφῆς, καὶ τῶν λοιπῶν ἀνυπόπτων προσώπων. τὸ δὲ νζ'. κεφ. αὐτοῦ μέρος ὂν τῆς ρλζ. Ἰουστινιανείου νεαρᾶς, λέγει ταῦτα ῥητῶς. ἐπίσκοπον δὲ, μηδεμίαν παντελῶς γυναῖκα ἔχειν ἢ μετὰ αὐτῆς οἰκεῖν συγχωροῦμεν. Εἰ δὲ ἀποδειχθείη τοῦτο, τῆς ἐπισκοπῆς ἐκβαλλέσθω. εἰ γοῦν ὁ ἁπλῶς συνοικῶν ἐπίσκοπος μετὰ γυναικὸς οἱασδή τινος, καθαιρεῖται, πολλῷ πλέον ὁ ἐν ἐπισκοπείῳ τοιοῦτόν τι ποιήσας ἀπεντεῦθεν καθαιρεθήσεται, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, διὰ τὸ τῆς νεαρᾶς ἀδιάστικτον. τὸ μέντοι ιε'. κεφ. τοῦ α'. τίτλου τοῦ δ'. βιβλίου κωλύει οὐ μόνον τὸ καταμεῖναι γυναῖκα ἐν μοναστηρίῳ ἀνδρῴῳ, ἢ τὸ ἀνάπαλιν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὅλως εἰσελθεῖν ἐν αὐτῷ, χάριν οἱασδήτινος ὑποθέσεως. σημείωσαι οὖν τὸν κανόνα λέγοντα ὅτι οὐδὲ δούλη οὐδὲ ἐλευθέρα ὀφείλει συνδιάγειν μετὰ ἐπισκόπου, ἢ ἡγουμένου καθ' οἱονδήτινα λόγον. τὰ μέντοι ἐν προαστείοις οὐσῶν γυναικῶν, ἀπολυπραγμονήτως ἐκληφθήσονται εἰς προάστεια δεσποτικῶς τῷ ἐπισκοπείῳ

sed iis etiam qui extra sunt, scilicet non solùm fidelibus, sed iis etiam infidelibus: episcopos autem, vel monasterij præfectos cum fœminis versari in monasterio vel in episcopatu, est omnis offensionis causa, & non vulgare probrum ecclesiasticæ constitutionis debent, qui tale quid facturi sunt, puniri: sin autem perseuerent, deponi: perinde autem ac si dixisset aliquis, à recto discernendi iudicio esse alienum, vt ij puniātur qui quomodocūque cū mulieribus versantur: (contingit enim vt aliquis eorum in trāsitu diuertat in suburbano in quo sunt mulieres, & non potest cōuersationem cum illis repudiare) statuerunt, si hoc contigerit, nullo modo vidēte episcopo vel monasterij præfecto ministrare mulieres, sed eas in alium locum secedere, & in silentio degere, donec illi recesserint: viros autem eis omnino ministrare. Sic enim omnis reprehensionis & scandali vitabitur occasio. Nunquid autē argumento à contrario sumpto, si in episcopatu vel in monasterio cū mulieribus non conuersentur, sed in aliis ædibus, eis venia dabitur? Solutio. Canones quidē, vt sæpe diximus, & lvij.c.j.ti. Basilic. prohibet, ne quis eorū qui sunt ex sacerdotali ordine cū suspecta muliere versetur, prætercquā cū matre, sorore, filia, & reliquis. lvij. autē c. quod est pars cxxxvij. Iustiniani nouellæ, hæc dicit expressè: Episcopū autem nullam penitus habere fœminam, vel cum ea habitare permittimus. si hoc autē demonstratum fuerit, episcopatu eiiciatur. si ergo, qui solummodo cum quacunque muliere cohabitat, episcopus deponitur; multo magis, qui tale quid in episcopatu fecerit, ideo deponetur, vt mihi videtur, quia nouella indistinctè loquitur. Iam verò xv.c.j. tit.iiij.li. prohibet nō solū mulierem manere in virorum monasterio, vel cōtra: sed etiā omnino in ipsū ingredi quacūque de causa. Nota ergo canonē qui dicit, quòd neq; ancilla neque libera, debet cū episcopo vel monasterij præfecto quauis ex causa vnà degere. Quę autē de mulieribus quę sunt in suburbanis dicta sūt, citra vllā curiosiorē inuestigationē assumētur de suburbanis quæ ad episcopatū

vel monasterium iure dominij pertinent: si enim in publicis hospitiis, vel etiam in alienis suburbanis diuerterint, difficile est, vt existimo, ea quæ in canone continentur, obseruari.

καὶ τῇ μονῇ διαφέροντα. Εἰ γὰρ καταλύσοιεν οὐχὶ εἰς ξενοδοχεῖα, ἢ εἰς ἀλλότρια προάστεια, δυσχερές ἐστιν, ὡς νομίζω, τὰ τοῦ κανόνος ἐνεργηθῆναι.

CANON XIX.

Tanta execrabilis auaritiæ labes ecclesiarum rectores inuasit, vt nonnulli eorum virorum ac mulierum, qui pij ac religiosi dicuntur, Domini mandati obliti, fallantur: & eos qui ad sacerdotalem ordinem & vitam monasticam accedunt, pecuniis admittant: & quorum reprobum est principium, vniuersum quoque reiiciendum est, vt ait magnus Basilius: nec Deo licet & mammonæ seruire: si quis ergo inuentus fuerit hoc facere, qui hoc facit, si sit quidem episcopus, vel monasterij præfectus, vel ex sacerdotali ordine, vel cesset, vel deponatur: vt vult ij. canon Chalcedonensis synodi: Sin autem monasterij præfecta, à monasterio extrudatur, & alij monasterio tradatur ad subiectionem. Similiter & monasterij præfectus, qui presbyteri ordinationem non habet. De iis autem quæ dantur liberis à parentibus instar dotis, vel rebus suis propriis, oblatis, profitentibus iis qui ea offerunt, esse Deo consecrata, statuimus, vt siue maneant, siue exeant, ea in monasterio maneant, vt fuit ipsorum professio, nisi is qui præest, in culpa fuerit.

Κανὼν ιθ'.

Τοσοῦτον κατενεμήθη τῆς φιλαργυρίας τὸ μῦσος εἰς τοὺς ἡγήτορας τῶν ἐκκλησιῶν, ὡς καί τινας τῶν λεγομένων εὐλαβῶν ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ἐπιλαθομένους τὰς ἐντολὰς τοῦ κυρίου, ἐξαπατηθῆναι, καὶ διὰ χρυσίου τὰς εἰσδοχὰς τῶν προσερχομένων τῷ ἱερατικῷ τάγματι καὶ τῷ μονήρει βίῳ ποιεῖσθαι. καὶ γίνεται ὧν ἡ ἀρχὴ ἀδόκιμος καὶ τὸ πᾶν ἀπόβλητον, ὥς φησιν ὁ μέγας Βασίλειος· οὐδὲ γὰρ θεῷ διὰ μαμωνᾶ δουλεύειν ἔξεστιν. Εἴ τις οὖν εὑρεθῇ τοῦτο ποιῶν, εἰ μὲν ἐπίσκοπος ἢ ἡγούμενος ἢ τις τοῦ ἱερατικοῦ, ἢ παυσάσθω ἢ καθαιρείσθω κατὰ τὸν δεύτερον κανόνα τῆς ἐν Χαλκηδόνι ἁγίας συνόδου. Εἰ δὲ ἡγουμένη, ἐκδιωχθήτω τοῦ μοναστηρίου, καὶ παραδοθήτω ἐν ἑτέρῳ μοναστηρίῳ πρὸς ὑποταγήν. ὡσαύτως καὶ ἡγούμενος μὴ ἔχων χειροτονίαν πρεσβυτέρου, ἐπὶ δὲ τῶν παρὰ γονέων παραδεδομένων δίκην προικώων τοῖς τέκνοις ἢ ἰδιοκτήτων αὐτῶν πραγμάτων προσαγομένων, ὁμολογούντων τῶν προσαγόντων ταῦτα ἐπὶ ἀφιερωμένα τῷ θεῷ· ὡρισάμεθα, κἄντε μείνοι, κἄντε ἐξέλθοι, μένειν αὐτὰ ἐν τῷ μοναστηρίῳ, κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν αὐτοῦ· εἰ μὴ εἴη αἰτία τοῦ προεστῶτος.

SCHOL. BALS. In vj. canone præsentis synodi, diuersa quędam à sanctis patribus constituta sunt de pecuniarum datione, & eorum qui in aliquo clero constituuntur vel ordinantur. Ei ergo consequenter, præsens quoque canon reprehendens episcopos & monasteriorum præfectos, qui propter auaritiam aliquos suscipiunt cum pecuniarū oblatione. (ij enim sunt populi duces & veluti in via ductores) decernit, ne connumeretur quispiam in monasterij fraternitate, vel in clero templi, per largitionem pecuniæ: eos autem, qui illos suscipiunt, si sint quidem episcopi, & monasteriorum præfecti sacerdotes, vel post denunciationem cessare, vel deponi statuit: si sit autem monacha, vel monasterij præfectus sacris non initiatus, monasterio extrudi, & alij monasterio tradi, vt sint subiecti. Quæ autem à nonnullis

Ἑρμηνεία.

Ἐν τῷ ε'. κανόνι τῆς παρούσης συνόδου ὡρίσθησαν παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων διάφορά τινα χάριν διαδόσεως χρημάτων καταταττομένων ἢ χειροτονουμένων ἐν κλήρῳ οἱῳδήτινι. ἀκολούθως οὖν αὐτῷ καὶ ὁ παρὼν κανὼν ὀνειδίζων τοὺς ἐπισκόπους καὶ καθηγουμένους, τοὺς διὰ φιλαργυρίαν δεχομένους τινὰς μετὰ προσενέξεως χρημάτων, (οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ ἡγήτορες, καὶ οἱονεὶ ὁδηγοὶ τοῦ λαοῦ,) διορίζεται μὴ συναριθμεῖσθαι τινα ἐν ἀδελφότητι μονῆς, ἢ ἐν κλήρῳ ναοῦ διὰ δόσεως χρημάτων. τοὺς δὲ τούτους δεχομένους, ἐπισκόπους μὲν ὄντας καὶ ἡγουμένους, ἢ παύεσθαι μετὰ παραγγελίαν, ἢ καθαιρεῖσθαι. εἰ δὲ μονάζουσαι ἢ ἡγούμενοι ἀνίεροι, ἐκδιώκεσθαι ἀπὸ τοῦ μοναστηρίου, καὶ παραδίδοσθαι ἐν ἑτέρῳ μοναστηρίῳ, ἐφ' ᾧ ὑποτακτικοὺς εἶναι. τὰ μέντοι παρά τινων προσφερόμενα τῷ Θεῷ

τῷ Θεῷ αὐτοπροαιρέτως, καὶ ἀπὸ γονέων αὐτοῖς διαφέροντα, ἢ καὶ ἀλλαχόθεν ποθεν, ἀναφαίρετα εἶναι τῇ μονῇ, κἄν τε μείνῃ ἐν τῷ μοναστηρίῳ ὁ ἀφιερώσας ταῦτα, κἄν τε ἐξέλθῃ, εἰ μήπω αἴτιος τῆς ἐξελεύσεως ὁ καθηγούμενος γένηται. εἶπον οὖν τινες ὡς ταῦτα πάντα κατὰ τὸ ἀναμφίβολον ἕξουσι χώραν εἰς τὰ κοινοβιακὰ μοναστήρια, εἰς δὲ τὰ κελλιωτικὰ, οὐκ ἐνεργήσουσι, διὰ τὸ σιτηρέσια ἐξωνεῖσθαι τῆς ἀδελφατείας, μὴ μέντοι γε καὶ δίκαιον ἀποκάρσεως. ἤκουσαν δὲ ἐπὶ πᾶσι καὶ εἰς πάντας τοὺς μοναχοὺς τὸν κανόνα ἐξακούεσθαι διὰ τὸ μὴ διαφορὰν εἶναι μοναχῶν καὶ μοναστηρίων ἀπὸ τῶν κανόνων. ἠρώτησε δέ τις, ὡς τοῦ ε΄. κανόνος διοριζομένου ἀπεντεῦθεν καθαιρεῖσθαι τὸν οὕτως χειροτονήσαντα, πῶς ὁ παρὼν κανὼν διορίζεται, ἢ παύεσθαι, ἢ καθαιρεῖσθαι τὸν διὰ δόσεως χρημάτων δεχόμενον οἱονδήτινα κληρικὸν ἢ μοναχόν; Λύσις. ὅτε μὲν χειροτονία οἱαδήτις γένηται μετὰ δόσεως χρημάτων κατὰ τὸν ε΄. κανόνα, ἀπεντεῦθεν καθαιρεθήσεται ὁ χειροτονήσας· ὅτε δὲ μόνη δοχὴ προσώπου γένηται, εἴτε ἐν κλήρῳ εἴτε ἐν μοναστηρίῳ διὰ χρημάτων, ἄλλως οὐ καθαιρεθήσεται ὁ τὸ κακὸν ποιήσας, εἰ μὴ μετὰ ἐπιφώνησιν ἐμμένει ἐπὶ τῷ κακῷ· ὅτι καὶ οἱ κανόνες διάφοροι εἰσίν. ὁ μὲν γὰρ περὶ χειροτονίας ἀθέσμου διδάσκει· ὁ δὲ περὶ δοχῆς παραλόγου. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν χειροτονησάντων ἢ δεξαμένων τινὰς παρὰ τὴν τῶν κανόνων περίληψιν διὰ δόσεως χρημάτων. οἱ δὲ χειροτονηθέντες, ἢ δεχθέντες, πῶς κολασθήσονται; Λύσις. ὁ μὲν χειροτονηθεὶς, κατὰ τὸν ῥηθέντα κανόνα καθαιρεθήσεται, ἀπολέσει δὲ καὶ τὰ παρ᾽ αὐτοῦ δοθέντα. ὁ δὲ δεχθεὶς κακῶς, ἀπολέσει τὰ παρ᾽ αὐτοῦ δοθέντα, καὶ μόνον, κατὰ τὸν νόμον τὸν λέγοντα, ὁ ἐπὶ αἰσχρᾷ αἰτίᾳ διδοὺς οὐκ ἀναλαμβάνει. ἐπεὶ δὲ, ὡς ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ἀναφαίνεται, ὅτι εἰς δύο διαιροῦνται οἱ καθηγούμενοι, εἰς ἱερωμένους καὶ ἀνιέρους. (οἱ μὲν γὰρ καθαιροῦνται, οἱ δὲ διώκονται ἀπὸ τοῦ μοναστηρίου.) φαμὲν καλῶς προχειρίζεσθαι τινὰς εἰς ἡγουμενείας, καὶ ὄντας ἀνιέρους. ἐπὶ τούτοις ἠρώτησεν ὡς τοῦ κανόνος διοριζομένου ἀναφαίρετα εἶναι παρὰ τῇ μονῇ τὰ ἀφιερωθέντα τῷ Θεῷ αὐτοπροαιρέτως παρά τινος,

A Deo sua sponte offeruntur, vel à parentibus, vt quæ ad ipsos pertinent, vel aliundecunque, ea à monasterio non posse auferri, siue in monasterio manserit qui ea consecrauit, siue egressus fuerit: nisi fortè is qui monasterio pręest, egressionis causa fuerit. Dixerunt ergo quidam hæc locum habere in monasteriis vbi communiter viuitur, quæ cœnobia dicuntur: sed non in cellulariis, eo quòd in fraternitatem recepti victum emant, non tamen ius tōsuræ vel clericatus. Audierūt autem id in omnibus monachis intelligi: eo quòd monachorū & monasteriorum nō sit differentia ex canone. Rogauerit autē quispiam, cùm v. canon statuat, eum qui ordinauit, eo ipso deponi, quomodo præsens canon decernat, vel cessare vel deponi eum, qui per pecuniariā dationem vllum clericum vel monachum susceperit? Solutio. Quotiescūque quidē vlla fit cū pecuniarum datione ordinatio, vt vult v. canon, eo quoque ipso deponetur qui ordinauit. Quando autem sola personæ susceptio, siue in clero, siue in monasterio, per pecunias facta fuerit, qui id malum fecit, non aliter deponetur, quàm si post denunciationem in malo perstiterit: quoniam canones quoque sunt diuersi. Ille enim de illicita ordinatione docet: hic verò de susceptione quę fit pręter rationem. Et hæc quidem de iis qui ordinauerunt, vel aliquos susceperunt secus ac canonibus continentur, per pecuniæ dationem. Ordinati autem vel suscepti quomodo punientur? Solutio. Is quidem qui est ordinatus, vt vult dictus canon, deponetur: perdet autem & quæ ab ipso data fuerint. Qui autē malè susceptus fuerit, tantummodo ea perdet quę ab ipso data fuerint, vt vult lex quæ dicit, qui dat ob turpem causam, non recuperat. Quoniam autem vt ex præsenti canone apparet, monasteriorum pręfecti in duo diuiduntur, sacerdotes, & eos qui non sunt sacris initiati, & illi quidem deponuntur, hi verò monasterio extruduntur: dicimus rectè aliquos ad monasteriorum pręfecturas prouehi, etiamsi sacros ordines non susceperint. Præterea rogauerit quispiam, cùm canon decernat à monasterio non posse auferri, ea quæ sponte ab aliquo, Deo consecrata sunt,

A siue is qui obtulit, in monasterio manserit, siue non: quomodo in fine scriptum est, ea contrà reuerti, si culpa monasterij præfecti, is qui ea obtulit, à monasterio recesserit, cùm debeat potiùs præfectus, qui est in culpa, puniri? Solutio. Hic quæ deo oblata sunt, nec directo oblata sunt, vt ea ex omni causa à monasterio auferri non possent, nec vt tonderetur aliquis, vt sic etiam omni causa essent monasterij, & secundùm legem quæ dicit, Quæ in æquali causa eius qui dat & qui accipit, data sunt, non repetuntur: sed oblationi quæ secundùm deum facta est, onus est impositum, nempe eius qui monasterio ea obtulit exercitatio. Si ergo qui ea dedit, à monasterio sua sponte abscesserit, nihil ei restituetur, propter ea quæ suprà dicta sunt. si autem monasterij præfecti culpa recesserit, omnino ad eum reuertentur quæ data sunt, vt ipse degat in monasterio. Quia autem de oblationibus & aliis ecclesiasticis iuribus emissa est constitutio illius inclyti Imperatoris domini Alexij Comneni, ad suggestionem quorundam diaconorum, qui curam patriarchalium monasteriorum susceperunt à patriarchali magnificentia, quæ datam, vt vulgo dicunt, habebat, Decembrem mensem quintæ indictionis, debet scire eam hæc ad verbum continere: Obseruationem & correctionem animæ lapsuum non dubium habere sanctissimũ huius temporis patriarcham tam in liberis monasteriis quàm in traditis, & donatis, & iis quæ ad administrationem, vel dispensationem data sunt. Ius enim habet subeundi & contrectandi delicta animæ, & secularia, & publica monasteria, &, vt semel dicam, omnia quæ sunt sub eius regione, siue sint patriarchalia, siue Imperatoris, & quæ per se dominium obtinent, & propria, quæ superiores patriarchæ ad incrementum non elocabant, absque impedimento quando volet siue ipse per se, siue eius suasione, quem ipse ex ecclesiasticis elegerit, & ea perscrutari, dignum esse statuerit. Libera autem & sui iuris monasteria, quando ad sanctissimum dominum meum & patriarcham

A κἄν τε ὁ προσαγαγὼν αὐτὰ ἐστὶ παρὰ τῇ μονῇ, κἄν τε καὶ μή, πῶς ἐν τῷ τέλει γέγραπται ἀντιστρέφεσθαι αὐτά, ἐὰν ἐξ αἰτίας τοῦ προεστῶτος ὁ προσαγαγὼν ταῦτα ἀναχωρήσει ἀπὸ τῆς μονῆς, ὀφείλοντος μᾶλλον τοῦ καθηγουμένου τοῦ ὑπαιτίου ὄντος εὐθύνεσθαι; Λύσις. ἐνταῦθα τὰ προσενεχθέντα τῷ Θεῷ οὔτε ἐξ ὀρθοῦ προσενεχθῆσαν, ὥστε ἐκ πάσης αἰτίας ἀναφαίρετα εἶναι τῇ μονῇ, οὔτε χάριν τοῦ ἀποκαρῆναί τινα, ὥστε καὶ οὕτως εἶναι παρὰ τῇ μονῇ κατὰ πᾶσαν πρόφασιν, κατὰ τὸν κανόνα λέγοντα, τὰ ἐπὶ ἴσῃ αἰτίᾳ τοῦ διδόντος καὶ τοῦ λαμβάνοντος δοθέντα οὐ ῥεπετιτεύονται· ἀλλὰ B τῇ προσαγωγῇ τῇ κατὰ Θεὸν ἐπετέθη βάρος οἷον ἡ τοῦ προσαγαγόντος εἰς τὸ μοναστήριον ἄσκησις. Εἰ μὲν οὖν οἰκειοθελῶς ὑποχωρήσει ἐκ τῆς μονῆς ὁ ταῦτα δούς, οὐδέν τι τούτῳ ἀντιστραφήσεται διὰ τὰ προρρηθέντα. Εἰ δὲ ἐξ αἰτίας τοῦ καθηγουμένου ἀναχωρήσει, πάντως ἀντιστραφήσεται αὐτῷ τὰ χάριν τοῦ διάγειν τοῦτον εἰς τὴν μονὴν δοθέντα. ἐπεὶ δὲ χάριν τῶν προσενέξεων καὶ ἑτέρων ἐκκλησιαστικῶν δικαίων, ἀπελύθη πρόσταξις τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυροῦ Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, ἐπὶ ὑπομνήσει τινῶν ἐκκλησιαστικῶν διακόνων, ἀναδεξαμένων C τῷ τότε τὴν φροντίδα τῶν πατριαρχικῶν μοναστηρίων δικαίῳ πατριαρχικῆς μεγαλειότητος, μηνολόγημα φέρουσα τὸν Δεκέμβριον μῆνα τῆς ε΄. ἰνδικτιῶνος, ὀφείλεις εἰδέναι καὶ ταύτην τάδε κατὰ ῥῆμα διαλαμβάνουσαν· τὴν ἐπιτήρησιν, καὶ διόρθωσιν τῶν ψυχικῶν σφαλμάτων ἀναμφίβολον ἔχειν, τὸν κατὰ τὴν ἡμέραν ἁγιώτατον πατριάρχην ἐπὶ τοῖς ἐλευθέροις μοναστηρίοις καὶ ἐπὶ τοῖς ἐπιδοθεῖσι, καὶ ἐπὶ τοῖς κατ' ἐφορείας ἢ οἰκονομίας δοθεῖσι· δίκαιον γὰρ κέκτηται εἰσέρχεσθαι καὶ ἀναψηλαφᾶν τὰ ψυχικὰ σφάλματα, καὶ εἰς τὰ κοσμικά, καὶ D εἰς τὰ τοῦ δημοσίου μοναστήρια, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, εἰς τὰ ὑπὸ τὴν ἐνορίαν αὐτοῦ πάντα, κἄν τε πατριαρχικὰ ὦσι, κἄν τε βασιλικὰ καὶ αὐτοδέσποτα. καὶ εἰς μὲν τὰ οἰκεῖα ἃ οὐκ ἐξέδοντο οἱ πρώην πατριάρχαι εἰς ἐπιδόσεις, ἀκωλύτως ὅταν βούληται, εἰσελεύσεται· εἴτε αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ, εἴτε διὰ προσώπου αὐτοῦ, ὃν ἂν ἐκεῖνος ἀπὸ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐπιλέξηται καὶ διακρίνῃ εἶναι ἄξιον τοῦ ἐρευνᾶν ταῦτα. εἰς δὲ τὰ ἐλεύθερα καὶ αὐτεξούσια μοναστήρια, ὅταν τις προσέλθῃ καὶ εἴπῃ τῷ ἁγιωτάτῳ μου δεσπότῃ καὶ πατριάρχῃ

ἀνάγνωθι καὶ τὸ ια'. κεφ. τοῦ θ'. τίτλου τοῦ προόντος συντάγματος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ. ὅτι δὲ τὸ μὲν β'. κεφ. τοῦ η'. τίτλου τοῦ προόντος συντάγματος, ἤτοι τὸ ἐν τούτῳ περιεχόμενον ιη'. καὶ ιθ'. κεφ. τοῦ α'. τίτλου τοῦ γ'. βιβλίου τῶν βασιλικῶν, ὅπερ ἐστὶ μέρος τῆς ρκγ'. Ἰουστινιανείου νεαρᾶς, δοκεῖ ἐναντιοῦσθαι τῷ προόντι κανόνι, συνεζητήθη παρά τινων τίνι προσέχειν ὀφείλομεν. δοκοῦσι δὲ ἐναντιοῦσθαι ἐν τούτοις. ὁ κανὼν ἐφιλοτιμήσατο εἰς ἀποδημίαν τῷ ἐπισκόπῳ, ἑξαμηνιαῖον καιρόν. ἡ νεαρὰ, εἰς χρονιαῖον διάστημα τοῦτον ἐφήπλωσεν. ἔτι ὁ κανὼν τοὺς ὑπὲρ τὸ ἑξάμηνον ἀποδημοῦντας ἐκ τῶν οἰκείων ἐκκλησιῶν ἀρχιερεῖς ἀσυζητήτως ἐξ αὐτῶν ἀλλοτριοῦσθαι διωρίσατο. ἡ νεαρὰ πρότερον δαπάνας ἀρχιερεῦσι μὴ χορηγεῖσθαι παρὰ τῶν οἰκονόμων μετὰ τὴν χρόνου παραδρομὴν προεκελεύσατο· καὶ οὕτω μετακαλεῖσθαι αὐτοὺς ὑπὸ τῶν οἰκείων κληρικῶν. καὶ εἰ μηδὲ οὕτω πεισθῶσιν, ἑτέρους χειροτονεῖσθαι. ὁ κανὼν ἐκχωρεῖ τοῖς ἀρχιερεῦσι, καὶ πλέον τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀποδημεῖν, παρὰ βασιλέων ἢ πατριαρχῶν κατεχομένοις, ἢ διὰ νόσον βαρείαν κατεχομένοις· ἡ νεαρὰ οὐδέν τι τοιοῦτον διαλαμβάνει. μᾶλλον μὲν οὖν τὸ ἐν μέρει τῷ ς'. Ἰουστινιανείου νεαρᾶς περὶ μόνου τοῦ βασιλέως περιεχόμενον, καὶ καταστρωθὲν παρὰ τοῦ πατριάρχου ἐν τῷ ῥηθέντι β'. κεφ. τοῦ η'. τίτλου τοῦ προόντος συντάγματος, ἡ ἀνακάθαρσις οὐκ ἐδέξατο, ἀλλ' ἐδίωκεν· ἔδοξε γοῦν τὰ τοῦ κανόνος μᾶλλον ὀφείλειν κρατεῖν. ἐγὼ δὲ καὶ ἔτι ἀμφιβάλλω. καθὸ μὲν γάρ ἐστι τὸ ζήτημα ἐκκλησιαστικὸν, πρόσκειμαι τοῖς λέγουσιν ὀφείλειν μᾶλλον τὰ τοῦ κανόνος κρατεῖν. καθὸ δὲ τὰ βασιλικὰ ἀνεκαθάρθησαν μετὰ τὴν τοῦ νομοκανόνου ποίησιν, καὶ τὴν τοῦ κανόνος τούτου ἀπόλεσιν, πρόσκειμαι τῇ ἑτέρᾳ γνώμῃ.

Canon XVII.

In omnibus boni ecclesiastici ordinis curam gerentes, hoc quoque desinire necessarium duximus, vt nullus deinceps laicus vel monachus repentè ad episcopalem altitudinem eueheretur, sed in ecclesiasticis gradibus primùm examinatus, sic episcopalis dignitatis ordinationem susciperet. Etsi enim huc vsque quidam ex monachis & laicis, exigente necessitate, episcopali honore statim digni facti sunt, qui & virtute excellenti fuère, & suam ecclesiam in altum extulere,

Κανὼν ιζ'.

Ἐν πᾶσι τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας φροντίζοντες, καὶ τοῦτο ὁρίσαι ἀναγκαῖον ἐθέμεθα, ὥστε τοῦ λοιποῦ μηδένα τῶν λαϊκῶν ἢ μοναχῶν ἀθρόον εἰς τὸ τῆς ἐπισκοπῆς ὕψος ἀνάγεσθαι, ἀλλὰ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς βαθμοῖς ἐξεταζόμενον πρότερον, οὕτω τῆς ἐπισκοπῆς τὴν χειροτονίαν ὑποδέχεσθαι. Εἰ γὰρ καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἀπὸ τῶν λαϊκῶν ἢ μοναχῶν τινες, ἀπαιτούσης χρείας, παραυτίκα τιμῆς ἄξιοι γεγόνασιν ἐπισκοπικῆς, ἀρετῇ τε διαπρέψαντες, καὶ τὴν κατ' αὐτοὺς ἐκκλησίαν ὑψώσαντες,

ἀλλὰ τὸ σπάνιον, οὐδαμοῦ νόμον τῆς ἐκκλησίας τιθέμενοι, ὁρίζομεν τοῦ λοιποῦ μηκέτι τοῦτο γίνεσθαι· εἰ μὴ κατὰ λόγον ὁ χειροτονούμενος τοὺς ἱερατικοὺς προέλθοι βαθμοὺς, ἐν ἑκάστῳ τάγματι τὸν νενομισμένον χρόνον ἀποπληρῶν.

id tamen quod rarò euenit, ecclesiæ legem nequaquam statuentes, decernimus vt id deinceps minimè fiat, nisi is qui ritè ordinatur, per gradus sacerdotales processerit, in vnoquoque ordine tempus præstitutum adimplens.

Ἑρμηνεία.

Ἀταξίαν ἐκκλησιαστικὴν οἱ πατέρες καλοῦσι τὸ, ἀπερισκέπτως καὶ δίχα δοκιμασίας γίνεσθαι τινα μοναχὸν ἢ λαϊκὸν, ἀρχιερέα. διό φασι μὴ προσαναβιβάζεσθαι τινα ἐξ αὐτῶν εἰς τὸ τῆς ἐπισκοπῆς ὕψος, εἰ μὴ πάντας πρότερον τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς βαθμοὺς διὰ τοῦ νενομισμένου καὶ ἀρκοῦντος καιροῦ ἑκάστῳ τάγματι προέλθῃ. προστιθέασι δὲ ὡς εἰ καὶ πρότερον γέγονέ τι τοιοῦτον διὰ κατεπείγουσαν χρείαν, καὶ οἱ ἐκλεγέντες καὶ αὐθημερὸν χειροτονηθέντες διέλαμψαν ἐπ' ἀρετῇ, καὶ τὰς ἐκκλησίας ἐκόσμησαν ὧν προέστησαν, ἀλλὰ τὸ σπανίως γινόμενον, νόμος τῆς ἐκκλησίας οὐκ ἔστιν, ὥστε τούτῳ ἀκολουθεῖν ἡμᾶς καὶ ἐφεξῆς. ἐπεὶ δὲ γέγονε πολλάκις ἀμφιβολία περὶ τοῦ πόσος ἐστὶν ὁ τῷ κανόνι δηλούμενος νενομισμένος καιρὸς, τινὲς μὲν εἶπον ὡς ἐπεὶ ὁ ἐν θεολογίᾳ διαλάμψας μέγας Γρηγόριος ἐν τῷ εἰς τὴν πεντηκοστὴν λόγῳ αὐτοῦ λέγει τελεῖσθαι δι' ἑπτὰ ἡμερῶν τὸν ἱερέα, ὀφείλομεν παρατηρεῖν καὶ ἡμεῖς εἰ μὴ πλείονα, ἀλλὰ ἐξ ἀνάγκης τέως τὸν αὐτὸν καιρὸν ἐφ' ἑκάστῳ βαθμῷ. ἕτεροι εἶπον ὡς ὁ ι'. κανὼν τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου διορίζεται μηδένα πλούσιον ἢ σχολαστικὸν ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς καθίστασθαι ἐπίσκοπον, εἰ μὴ ἀναγνώστου καὶ πρεσβυτέρου καὶ διακόνου ὑπηρεσίαν ἐκτελέσῃ, ἐν ἑκάστου τάγματος βαθμῷ οὐκ ἐλαχίστου χρόνου διαβιβαζόμενος. ἐχρήσαντο δὲ καὶ τῷ ἑβδόμῳ κεφαλαίῳ τοῦ α'. τίτλου τοῦ γ'. βιβλίου τῶν βασιλικῶν, ὅπερ ἐστὶ κεφάλαιον πρῶτον τῆς ρλζ'. Ἰουστινιανείου νεαρᾶς, λέγοντι ἐν μέρει, μὴ ψηφίζεσθαι ταξεώτην ἢ πολιτευόμενον ἄλλως· εἰ μὴ ἐν μοναστηρίῳ οὐχ ἧττον δεκαπέντε ἐτῶν μοναχικὸν βίον ἀδιαβλήτως ἐξετέλεσε. καὶ ἐνέστησαν εἶναι νενομισμένον καιρὸν τὸν πεντεκαιδεκαετῆ. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ὡς ἡ μὲν νεαρὰ, περὶ ταξεωτῶν καὶ πολιτευομένων τὸν λόγον ποιεῖται. ὁ δὲ κανὼν τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου, περὶ τῶν ἀπὸ ἀγορᾶς πλουσίων, καὶ περὶ τοὺς λόγοις σχολαστικῶν, διαλαμβάνει·

SCHOL. BALS. Confusionem ecclesiasticam vocant patres, inconsideratè & absque examinatione fieri aliquem monachum vel laicum antistitem. Et ideo dicunt non debere eorum quempiam ad episcopatus altitudinem prouehi, nisi omnes priùs gradus ecclesiasticos peruaserit, præstituto & sufficienti tempore, in vnoquoque ordine. Adiiciunt autem, quòd etiamsi tale quid priùs factum est propter vrgentem necessitatem, & qui electi & eodē die ordinati fuêre, virtute clari extitere, & ecclesias quibus præfuerunt, exornauere, id tamen quod raròfit, non est lex ecclesiæ, vt nos id etiam deinceps sequi oporteat. Quia autem sæpe fuit dubitatum, quantum est tempus præstitutum, quod canone declaratur: nonnulli quidem dicebant, quòd quoniam, qui in theologia fuit illustris magnus Gregorius: in sua in Pentecosten oratione, dicit sacerdotem vij. diebus perfici, debemus nos quoque obseruare, si non plura, sed certè necessariò id ipsum tempus, in vno quoque gradu. Alij dicebant x. canonem Sardicensis synodi definire, nullum diuitem, vel scholasticum, episcopum constitui, nisi lectoris & diaconi, & presbyteri ministerium peregerit in gradu vniuscuiusque ordinis, non minimo tempore transmisso. Vsi sunt autem & vij. cap. j. tit. iij. lib. Basil. quod quidem est j cap. cxxxvij. Iustiniani nouellæ, quæ dicit præcisè, non aliter ordinandum præsidis apparitorem, vel eum qui alioqui rem publicam administrat, nisi in monasterio non minùs quàm xv. annis vitam monasticam absque reprehensione peregerit: & instabant præstitutum tempus esse xv. annos. Mihi autem videtur nouella quidem loqui de tribunis militum acieive instructoribus, & iis qui rempublicam administrant. Sardicensis autem synodi canon de diuitibus ex foro, & scholasticis in dicendo, tractat:

sed non de omnibus monachis vel laicis: vtraque autem inter se dissident. Lege ergo cxxij. Iustiniani nouellam in principio sic dicentem: Damus autem potestatem iis qui electionem faciunt, vt absque curiali & præsidis apparitore, si quem prædicta electione dignum existimauerint, eum simul cum aliis duobus clericis vel monachis eligant, vt secularis hoc modo ad episcopatum electus, non protinus episcopus ordinetur, sed primùm clericis non minùs quàm tribus mensibus connumeretur, & sic sanctos canones & sacrum ecclesiarum ministerium edoctus, episcopus ordinetur. Et post aliquantum rursus hæc dicit: Si quis autem præter memoratam obseruationem episcopus ordinatus fuerit, iubemus eum omnino episcopatu expelli; sed & illum quicunque præter hæc ordinare ausus fuerit, à sacerdotali ministerio anno vno separari, & omnes facultates, quæ quocunque tempore vel modo in suum dominum redierunt, propter errorem quem fecit, ecclesiæ dominio, cuius est episcopus, addici. Quare si non impedit, quòd hæc nouella in Basilica non relata sit, ex ea de laicis dubitatio nunc soluitur. Existimo autem hoc nihil afferre impedimenti solutioni dubij: & ideo confugio ad id quod à sancto patre nostro Gregorio Theologo de sacerdotum perfectione scriptum est, & dico necessariò per septem dies vniuscuiusque gradus fieri ordinationem, & eo magis quòd etiam non scripta ecclesiastica consuetudo, hoc suscepto, sic graduum ordinationes facit. Lege & xxiij. Iuss. primi tituli præsentis operis. Et nota ex hoc canone in ecclesiasticis ordinibus monachos laicorum obtinere.

οὐ μέντοιγε καὶ περὶ πάντων τῶν μοναχῶν ἢ τῶν λαϊκῶν. εἰσὶ γοῦν καὶ ἄμφω ἀμέτοχα. ἀνάγνωθι οὖν τὴν ρκβʹ. Ἰουστινιανείου νεαρὰν περὶ τὰς ἀρχὰς λέγουσαν οὕτω· δίδομεν δὲ ἄδειαν τοῖς τὰ ψηφίσματα ποιουμένοις, εἴ τινα κοσμικὸν δίχα βουλευτοῦ καὶ ταξεώτου, ἄξιον τῆς προειρημένης ἐπιλογῆς εἶναι νομίζοιεν, τὸν τοιοῦτον ἅμα ἄλλοις δύο κληρικοῖς ἢ μοναχοῖς ἐπιλέξασθαι· οὕτω μέντοι, ἵνα κοσμικὸς, ὁ τούτῳ τῷ τρόπῳ εἰς ἐπισκοπὴν ἐπιλεγεὶς, μὴ εὐθέως ἐπίσκοπος χειροτονηθῇ, ἀλλὰ πρότερον τοῖς κληρικοῖς οὐκ ἔλαττον τριῶν μηνῶν συναριθμηθῇ, καὶ οὕτω τοὺς ἁγίους κανόνας καὶ τὴν ἱερὰν τῆς ἐκκλησίας λειτουργίαν διδαχθεὶς, ἐπίσκοπος χειροτονηθῇ. καὶ μετά τινα, πάλιν ταῦτα. Εἰ δέ τις παρὰ τὴν μνημονευθεῖσαν παραφυλακὴν, ἐπίσκοπος χειροτονηθῇ, κελεύομεν τοῦτον πᾶσι τρόποις τῆς ἐπισκοπῆς ἐκβάλλεσθαι, ἀλλὰ κἀκεῖνον, ὅστις παρὰ ταῦτα ἐτόλμησε χειροτονῆσαι, χωρίζεσθαι ἐπὶ ἕνα ἐνιαυτὸν τῆς ἱερατικῆς λειτουργίας, καὶ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν περιουσίαν, ἥτις καθ' οἱονδήτινα χρόνον ἢ τρόπον εἰς τὴν αὐτοῦ δεσποτείαν περιῆλθε, διὰ τὸ πταῖσμα ὃ ἐποίησε, τῇ δεσποτείᾳ τῆς ἐκκλησίας ἧς ἐπίσκοπός ἐστιν, ἐκδικεῖσθαι. ὥστε εἰ μὴ ἐμποδίζοι τὸ μὴ καταστρωθῆναι τὴν τοιαύτην νεαρὰν εἰς τὰ βασιλικὰ, ἐκ ταύτης τέως τὸ περὶ τῶν λαϊκῶν ἀμφίβολον λύεται. νομίζω δὲ ἐκ τούτου, μηδὲν εἶναι τὸ ἐμποδὼν τῇ ἐπιλύσει τῆς ἀμφιβολίας. ἀνάγνωθι καὶ τὸ ηγʹ. κεφάλαιον τοῦ αʹ. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. καὶ σημείωσαι ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος, ὅτι ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς τάγμασιν, οἱ μοναχοὶ λαϊκοῦ τόπον ἐπέχουσιν.

A





ΚΑΝΟΝΕΣ ΕΚΤΕΘΕΝΤΕΣ

παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου τῆς ἐν τῷ περιωνύμῳ καὶ ἐπωνύμῳ τοῦ θεοῦ λόγου συστάσης, καὶ τὴν οἰκουμενικὴν ἑβδόμην σύνοδον ἐπιβεβαιωσάσης.

Κανὼν α'.

ΩΡΙΣΕΝ ἡ ἁγία σύνοδος, ὥστε εἴ τινες τῶν ἐξ Ἰταλίας κληρικῶν, ἢ λαϊκῶν, ἢ ἐπισκόπων, ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ἢ Εὐρώπῃ, ἢ Λιβύῃ διατρίβοντες, ὑπὸ δεσμὸν, ἢ καθαίρεσιν, ἢ ἀναθεματισμὸν παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου Πάπα ἐγένοντο B Ἰωάννου, ἵνα ὦσιν οἱ τοιοῦτοι καὶ παρὰ Φωτίου τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἐν τῷ αὐτῷ τῆς ἐπιτιμίας ὅρῳ, τουτέστιν ἢ καθῃρημένοι, ἢ ἀναθεματισμένοι, ἢ ἀφωρισμένοι. οὓς μέντοι Φώτιος ὁ ἁγιώτατος ἡμῶν Πατριάρχης κληρικοὺς, ἢ λαϊκοὺς, ἢ τοῦ ἀρχιερατικοῦ καὶ ἱερατικοῦ τάγματος, ἐν οἱαδήποτε παροικίᾳ ὑπὸ ἀφορισμὸν, ἢ καθαίρεσιν, ἢ ἀναθεματισμὸν ποιήσῃ· ἵνα ἔχῃ αὐτοὺς καὶ ὁ ἁγιώτατος Πάπας Ἰωάννης, καὶ ἡ κατ' αὐτὸν ἁγία τοῦ θεοῦ Ῥωμαίων ἐκκλησία, ἐν τῷ αὐτῷ τῆς ἐπιτιμίας C κρίματι, μηδὲν τῶν προσόντων πρεσβείων τῷ ἁγιωτάτῳ θρόνῳ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας, μηδὲ τῷ ταύτης προέδρῳ τὸ σύνολον καινοτομουμένων, μήτε νῦν, μήτε εἰς τὸ μετέπειτα.

Ἑρμηνεία.

Τινὲς κατακρινόμενοι, ἀκοινωνησίᾳ ἢ ἑτέρᾳ καταδίκῃ ἐπιτιμίου ἐκκλησιαστικοῦ καθυποβαλλόμενοι παρὰ τοῦ θρόνου τῆς παλαιᾶς Ῥώμης, προσήρχοντο τῷ θρόνῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως. καὶ τὸ ἀνάπαλιν. καὶ ἐπεὶ ἐκ τούτου σκάνδαλα μέσον τῶν δύο ἐκκλησιῶν ἀνεφύοντο, ἐλαλήθησαν τὰ περὶ τούτου, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς οἰκουμενικῆς ταύτης συνόδου. εἰς D περιαίρεσιν οὖν σκανδάλου παντὸς ὥρισαν οἱ πατέρες τοὺς ὁπωσδήποτε κατακριθέντας παρὰ τοῦ Πάππα, εἶναι καὶ παρὰ τῷ Πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως καταδεδικασμένους. καὶ τὸ ἀνάπαλιν. ὡς δέ τινος τῶν ἐξ Ἰταλίας εἰπόντος, ἐπὶ περιγραφῇ τῶν προνομίων τοῦ θρόνου τῆς παλαιᾶς Ῥώμης ταῦτα θεσπίζεσθαι, διὰ τὴν ἐξίσωσιν, προσέθεντο ἀκαινοτόμητα συντηρεῖσθαι εἰς τὸ ἑξῆς τὰ πρεσβεῖα, καὶ τὴν τιμὴν τοῦ προέδρου αὐτῆς. ἐπεὶ δὲ ἠρώτησαν τινὲς ὡς τοῦ κανόνος μόνων τῶν δύο μεγάλων ἐκκλησιῶν μεμνημένου,

CANONES EDITI A SANCTA SYNODO, QVÆ

in celebri templo, & idem cum Deo verbo Sapientiæ cognomen ſortito, habita eſt, & Oecumenicam vij. ſynodum confirmauit: omnémque ſchiſmaticum & hæreticum errorem expulit, ſub Photio patriarcha.

CANON I.

Statuit ſancta & vniuerſalis ſynodus, vt ſi qui ex Italiæ clericis, vel laicis, vel epiſcopis, in Aſia, vel Europa, vel Libya verſantes ſub vinculo vel depoſitione, vel anathematizatione apud ſanctiſſimum papam Ioannem fuerunt, vt ij quoque ſint eiuſmodi etiam apud Photium ſanctiſſimum patriarcham Conſtantinopolitanum in eadem pœnæ definitione, id eſt, vel depoſiti, vel anathematizati, vel ſegregati: & quos Photius quidem ſanctiſſimus noſter patriarcha, clericos, vel laicos, vel epiſcopalis vel ſacerdotalis ordinis, in quacunque parochia, ſegregationi, vel depoſitioni, vel anathematizationi ſubiecerit, ſanctiſſimus quoque papa Ioannes, & ſancta Dei Romanorum eccleſia eoſdem in eodem pœnæ iudicio habeat, priuilegiis, quæ adſũt ſanctiſſimæ Romanorum eccleſiæ ſedi, & eius antiſtiti, nihil penitus innouatis, nec nunc, nec in poſterum.

SCHOL. BALS. Quidam excõmunicati, vel alij pœnæ eccleſiaſticæ cõdemnationi ſubiecti à veteris Romę ſede, ad Conſtantinop. ſedem accedebant, & contra; & quoniam ex eo ſcandala inter duas eccleſias oriebantur, ea huius vniuerſalis ſynodi tẽpore ad eam relata ſunt. Ad omne ergo tollendum, ſtatuerunt patres, vt qui quomodocunque à Papa ſunt cõdemnati, ij ſint apud patriarcham quoque Cõſtantinopolitanum condemnati. Tanquam autem dixiſſet Italus quiſpiam, hæc ad circumuenienda veteris Romanæ ſedis priuilegia decerni, propterea quòd inducatur ęqualitas, adiecerũt, nihil penitus innouata in poſterũ ſeruari eius priuilegia, & eius Antiſtitis honorem. Quoniam autem rogauerunt nonnulli, cùm canon duorum tantũ magnorum antiſtitum meminerit,

quid fiet de aliis patriarchis? dicimus A communiter & propter omnes editum esse canonem. Nam alij quoque canones similiter decernunt esse excommunicatum episcopum, qui ab alio episcopo segregatos suscipit, vel aliqua alia pœna affectos, eo quòd omnes Dei ecclesiæ vnum corpus reputentur. Quæ autem sunt in præsenti canone, specialiter scripta sunt, propter scandala quæ sæpe tunc contigerunt, eo quòd patriarcha Photius sæpe ex throno patriarchali deiectus est, & sæpe restitutus: & ideo multa schismata inciderunt. B

Canon II.

Etiam si hucusque nonnulli antistites, qui ad monachorum habitum descenderant, vt in episcopali fastigio manerent, vim adhibuerunt: & cùm hoc facerent, neglecti sunt: sancta tamen & vniuersalis hæc synodus, hanc negligentiam quoque corrigens, & ad ritus ecclesiasticos hanc inordinatam actionem redigens, statuit vt si quis episcopus, vel aliquis alius ex pontificali dignitate, voluerit ad vitam monasticam descendere, vel pœnitentiæ locum implere, ne ampliùs antistitis dignitatem vsurpet. Monachorum enim professiones, subiectionis C *& discendi cupiditatis rationem habent, non autem doctrinæ vel primatus: nec alios pascere, sed ipsos pasci profitentur. Et ideo, quemadmodum prædictum est, decernimus, vt nemo eorum qui in episcopalem pastorúmque catalogum relatus est, ad eorum qui pascuntur & agunt pœnitẽtiam, locum se demittat. Si quis autem hoc facere ausus fuerit, post denunciationem & declarationem huius editæ sententiæ, ipse qui seipsum episcopali gradu priuauit, non ampliùs ad priorem quam factis despicatui habuit, dignitatem reuertetur.* D

Schol. Bals. De episcopis qui volunt etiam post tonsuram episcopalia iura exercere, non erat scriptus canon. Et ideo quidam conabantur episcopi postquam tonsi fuissent, habere episcopalia priuilegia, præter ecclesiasticã non scriptã consuetudinem quæ inualuerat. Hoc ergo corrigẽtes sancti patres, dixerũt: quòd quoniam episcopalis altitudo est dignitas quæ ad docendum se cõparat: monastica autem professio

τί γενήσεται εἰς τοὺς λοιποὺς πατριάρχας; φαμὲν, κοινῶς καὶ διὰ πάντας ἐκφωνηθῆναι τοὺς κανόνας. ὅτι καὶ ἕτεροι κανόνες παρομοίως διορίζονται ἀκοινώνητον εἶναι τὸν προσδεχόμενον ἐπίσκοπον τοὺς παρὰ ἑτέρου ἐπισκόπου ἀφορισθέντας, ἢ καὶ ἄλλως ἐπιτιμηθέντας, διὰ τὸ ἓν σῶμα λογίζεσθαι πάσας τὰς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας. ἐγράφησαν δὲ τὰ ἐν τῷ παρόντι κανόνι ἰδικῶς, διὰ τὰ τότε συμπεσόντα σκάνδαλα ἐκ τοῦ πολλάκις καταβιβασθῆναι τὸν Πατριάρχην Φώτιον ἐκ τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου, κἀντεῦθεν πολλὰ σχίσματα συμπεσεῖν.

Κανὼν β΄.

Εἰ καὶ μέχρι νῦν ἔνιοι τῶν ἀρχιερέων εἰς τὸ τῶν μοναχῶν κατιόντες σχῆμα ἐπὶ τῷ τῆς ἀρχιερωσύνης ἐβιάζοντο διαμένειν ὕψει, καὶ τοῦτο πράττοντες παρεωρῶντο· ἀλλ' οὖν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος αὕτη, καὶ τοῦτο ῥυθμίζουσα τὸ πρόγραμμα, καὶ πρὸς τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς τὴν ἄτακτον ταύτην ἐπανάγουσα πρᾶξιν, ὥρισεν, ἵνα εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ εἴ τις ἄλλος τοῦ ἀρχιερατικοῦ ἀξιώματος πρὸς τὸν μοναδικὸν θελήσειε κατελθεῖν βίον, καὶ τὸν τῆς μετανοίας τόπον ἀναπληρῶσαι, μηκέτι τοιοῦτον τῆς ἀρχιερατικῆς ἀντιποιεῖσθαι ἀξίας. αἱ γὰρ τῶν μοναχῶν συνθῆκαι ὑποταγῆς ἐπέχουσι λόγον, καὶ μαθητείας, ἀλλ' οὐχὶ διδασκαλίας ἢ προεδρίας, οὐδὲ ποιμαίνειν ἄλλους, ἀλλὰ ποιμαίνεσθαι ἐπαγγέλλονται. διὸ, καθὰ προείρηται, θεσπίζομεν, μηκέτι τινὰ τῶν ἐν ἀρχιερατικῷ καταλόγῳ καὶ ποιμένων ἐξεταζομένων, εἰς τὴν τῶν ποιμαινομένων καὶ μετανοούντων χώραν ἑαυτὸν καταβιβάζειν. εἰ δέ τις τοῦτο τολμήσειε πρᾶξαι μετὰ τὴν ἐκφώνησιν, καὶ διάγνωσιν τῆς νῦν ἐκπεφωνημένης ψήφου, αὐτὸς ἑαυτὸν τοῦ ἀρχιερατικοῦ ἀποστερήσας βαθμοῦ, οὐκέτι πρὸς τὸ πρότερον, ὅπερ δι' αὐτῶν τῶν ἔργων ἠθέτησεν, ἀξίωμα ἀναστρέψει.

Ἑρμηνεία.

Περὶ ἐπισκόπων θελόντων καὶ μετὰ τὴν ἀπόκαρσιν ἐνεργεῖν ἀρχιερατικὰ δίκαια, οὐκ ἐγράφη κανών. καὶ διὰ τοῦτο ἐπεχείρουν τινὲς ἐπίσκοποι μετὰ τὸ ἀποκαρῆναι, ἔχειν τὰ τῶν ἐπισκόπων προνόμια, παρὰ τὴν κρατήσασαν ἄγραφον ἐκκλησιαστικὴν συνήθειαν. τοῦτο οὖν διορθούμενοι οἱ ἅγιοι πατέρες, εἶπον ὡς ἐπεὶ τὸ μὲν ὕψος τῆς ἀρχιερωσύνης, διδασκαλικόν ἐστιν ἀξίωμα· τὸ δὲ μοναχικὸν ἐπάγγελμα,

μαθητείας καὶ ὑποταγῆς ἔργον, καὶ ἀδύνατόν ἐστι τὸν ὑποτακτικὸν ἐπὶ θρόνου καθῆσθαι καὶ διδάσκειν, χρεὼν ἐστὶ τὸν ἀποστάντα ἐκ τοῦ ὕψους τῆς ἀρχιερωσύνης, καὶ καταγνόντα δὴ ἑαυτοῦ, καὶ πρὸς μετάνοιαν ἀποδόντα, καὶ διὰ τοῦ μοναχικοῦ σχήματος ὑποταγὴν ἐπαγγελλόμενον, μὴ ἐνεργεῖν διδασκαλικόν τι, καὶ ἀντὶ τοῦ ποιμαίνεσθαι, ἐπιχειρεῖν ἄλλους ποιμαίνειν. τὸν δὲ τοῦτο ποιῆσαι ἐπιχειρήσαντα, μὴ παραχωρεῖσθαι ἀρχιερατικόν τι ἐνεργεῖν· ὅτι αὐτὸς ἑαυτὸν διὰ τῆς ἀποκάρσεως ἐκ τούτου ἀπεξένωσεν. Εἶπον δὲ οἱ πατέρες περὶ τῶν ἀρχιερέων τὸ, μὴ καταβιβάζειν ἑαυτοὺς εἰς χώραν μετανοούντων, καὶ τὸ, εἰ δέ τις τολμήσει τοῦτο πρᾶξαι, οὐκ ἀπαγορεύοντες τὴν μετάνοιαν ὡς στυγητόν τι πρᾶγμα καὶ ἀποτρόπαιον. (τοῦτο γὰρ καὶ πολλοῦ ἐπαίνου ἐστὶν ἄξιον,) ἀλλὰ παραγγέλλοντες τοιούτους εἶναι τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ οὕτω βιοῦν, ὡς μὴ δεῖσθαι μετανοίας σχεδὸν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις διὰ τῶν οἰκείων ἐντεύξεων τὸ θεῖον ἐξιλεοῦν. ἐζητήθη δὲ εἰ μοναχὸς μετὰ τὴν ἀρχιερωσύνην ἀξιωθεὶς τοῦ μεγάλου σχήματος, δύναταί τι ἐνεργεῖν ἐπισκοπικόν. Εἶπον γάρ τινες ὡς ἐπεὶ ὁ τοιοῦτος πρὸ τοῦ ψηφισθῆναι ἀπεκάρη, οὐκ ἐδεῖτο καὶ δευτέρας ἀποκάρσεως, κἀντεῦθεν οὐδὲ ἔχουσιν ἐπ' αὐτῷ χώραν τὰ τοῦ κανόνος. οὐκ ἤρεσαν δὲ ταῦτα λέγοντες, ἀλλ' ἤκουσαν ὡς κυρίως ἀπόκαρσις, ἡ τοῦ μεγάλου καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος περιβολή ἐστι. τὸ γὰρ μικρὸν σχῆμα, ἀῤῥαβὼν ἐκείνου τοῦ τελείου λέγεται. Εἰ γοῦν τὸ μικρὸν σχῆμα τῆς ἀρχιερωσύνης παύει, πολλῷ πλέον σχολάσει ταύτην ἡ τελεία ἀπόκαρσις. Εἰ δέ τις καὶ περὶ τῶν ἀποκειρομένων ἱερέων ἐρωτήσει, πῶς μετὰ τὴν ἀπόκαρσιν ἱερουργοῦσι, καὶ οὐ παύονται, ἀκούσει μὴ εἶναι διδασκάλους, τοὺς ἱερεῖς. καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ τὰ τοῦ κανόνος χώραν ἔχειν ἐπ' αὐτοῖς.

disciplinæ & subiectionis est opus: & fieri non potest vt qui se subiectũ exhibet, in throno sedeat & doceat: opus est vt qui ab episcopali altitudine recessit, & seipsum velvti condemnauit, & pœnitentiæ tradidit, & per monasticum habitum subiectionem & obedientiam profitetur, nihil exerceat quod ad docentis officium pertineat, nec pro eo quòd pasci debet, alios pascat: qui autem hoc facere aggressus fuerit, ne quid episcopale exercere permittatur, quia ipse per tonsuram se ab eo alienauit. Dixerunt autem patres de Antistitibus, ne se in eorum qui pœnitentiam agunt, locum deprimãt: & illud, Si quis autem vnquam fuerit ausus hoc facere: non prohibentes pœnitentiam, vt rem odiosam & auertendam: (ea enim magna quoque laude digna est:) sed significantes tales esse antistites, & ita viuere, vt propemodum pœnitentia non indigeãt, sed & suis intercessionibus Deum aliis placent. Quæsitum est autem, si monachus post episcopatum fuerit magno habitu dignatus, an possit episcopale quidpiam exercere: dixerunt enim nonnulli, quòd quoniam antequam electus esset, tonsus fuit, secunda quoque tonsura nequaquam opus habuit: & eo fit vt canon in eo locum non habeat. Sed non placuit quod dicebat, & audierunt, quòd propriè tonsura est magni & angelici habitus amictus. Paruus enim habitus, illius perfecti habitus arra dicitur. Si enim paruus habitus facit cessare sacerdotium ipsum, multo magis cessare faciet perfecta tonsura. Si quis autem etiam de sacerdotibus qui tondentur, rogauerit, quomodo post tonsuram sacrificant & non cessant, audiet non esse sacerdotes doctores: & propterea nec canonem quidem in eis locum habere,

Κανὼν γ'.

Εἴ τις τῶν λαϊκῶν αὐθεντήσας, καὶ καταφρονήσας μὲν τῶν θείων καὶ βασιλικῶν προσταγμάτων, καταγελάσας δὲ καὶ τῶν φρικτῶν τῆς ἐκκλησίας θεσμῶν τε καὶ νόμων, τολμήσειεν ἐπίσκοπόν τινα τύψαι ἢ φυλακίσαι, ἢ χωρὶς αἰτίας, ἢ καὶ συμπλασάμενος αἰτίαν, ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

CANON III.

Si quis laicus auctoritate vsus, diuinis quidem & regiis iussis contemptis, reuerendisque ecclesiæ ritibus & legibus irrisis, aliquem episcopum verberare ausus fuerit, vel in custodiam tradere, vel sine causa, vel aliqua conficta causa, is sit anathema.

SCHOL. BALS. Episcopalis dignitas omnem ferè honorem superat. Apostolicę enim dignitati æquiparatur, propter doctrinæ professionem. Quoniam ergo quidam arrogantes, & diuinorum præceptorum contemptores, ecclesiasticorum scilicet & Imperial. absurda quædã & contumeliosa in quosdam antistites fecerant, definierunt sancti patres, quòd si quis laicus auctoritate vsus, scilicet authenticam, vel magistratus potestatem nactus, Iudex fortè vel prætor constitutus, confidenter aliquem episcopum verberauerit, vel in custodia incluserit, vel sine causa, vel cum conficta & falsa causa, id est, sine ratione, is sit anathema, hoc est, à Deo sit separatus, & tradatur dæmoni, vt munus quod ei appensum dedicatur. Cùm autem audis canonem dicentem, quòd ille laicus anathematizatur, qui sine causa, vel cum ficta causa, hoc est, præter rationem, sola auctoritate vsus, episcopum vel verberauit, vel custodiæ tradidit, ne dicas argumento à contrario sumpto, licere laicis magistratibus episcopos ex iusta & probabili causa verberare, & custodiæ tradere. A diuersis enim canonibus & nouellis constitutionibus didicisti, quòd laici magistratus nullam habēt in episcopos iurisdictionem. vnde etiam laicus, qui quemuis antistitem vel verberat, vel conicit in carcerem, etiamsi ex causa longè iustissima, & maiorem magistratũ gerat, punietur: & causæ bonitas ac probabilitas ei nõ proderit. Audiet enim, quòd synodis iisque solis antistites punire permissum est: & debebat de antistite cognitionẽ ad conuenientẽ synodũ remittere, & se ab episcopalis causæ disceptatione integrum intactúmque cõseruare. Adiectum est autẽ canoni illud, sine iusta causa, & reliqua, propter anathematizationẽ. Neque enim æquũ erat, vt magistratus, qui iustæ causæ prætextu, tale quid fecerat contumeliosiùs in episcopũ, anathematizaretur, sed aliquo alio modo puniretur: est autem anathema à Deo separatio. Quẽadmodũ enim donaria quæ Deo offeruntur, à cõmunibus & humanis rebus separãtur: sic & qui anathema factus est,

A Ἑρμηνεία.

Τὸ τῆς ἀρχιερωσύνης ἀξίωμα σχεδὸν ὑπέρκειται πάσης τιμῆς. τῆς γὰρ ἀποστολικῆς ἀξίας ἰσοστάσιόν ἐστι διὰ τὸ τῆς διδασκαλίας ἐπάγγελμα. ἐπεὶ οὖν τινὲς αὐθάδεις καὶ καταφρονηταὶ τῶν θείων παραγγελμάτων, ἐκκλησιαστικῶν δηλονότι καὶ βασιλικῶν, ἄτοπά τινα καὶ ἐφύβρεισα εἰς τινὰς εἰργάσαντο ἀρχιερεῖς, ὥρισαν οἱ ἅγιοι πατέρες ὡς εἴ τις λαϊκὸς αὐθεντήσας, ἤγουν ἀρχοντικῆς αὐθεντίας καὶ ἐξουσίας δραξάμενος, δικαστὴς τυχὸν ἢ πράκτωρ καταστὰς, τολμη-B ρῶς οἱονδήτινα ἐπίσκοπον τύψῃ, ἢ ἐν φυλακῇ ἀποκλείσῃ, ἢ χωρὶς αἰτίας, ἢ μετὰ τῆς ἐπιπλάστου καὶ ψευδοῦς αἰτίας, τουτέστιν ἀλόγως, ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω, ἤγουν κεχωρισμένος ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἔστω, καὶ παραδιδόσθω τῷ δαίμονι, ὡς ἀνάθημα. ἀκούων δὲ τοῦ κανόνος λέγοντος ὡς ἐκεῖνος ὁ λαϊκὸς ἀναθεματίζεται ὁ χωρὶς αἰτίας, ἢ μετὰ αἰτίας πεπλασμένης, τουτέστιν ἀλόγως, κατὰ μόνην αὐθεντίαν ἀρχοντικὴν τύψας ἢ φυλακίσας ἐπίσκοπον, μὴ εἴπῃς ἐξ ἀντιδιαστολῆς ἔχειν ἐπ' ἀδείας τοὺς C λαϊκοὺς ἄρχοντας ἐξ εὐλόγου αἰτίας τύπτειν καὶ φυλακίζειν τοὺς ἐπισκόπους. ἀπὸ γὰρ διαφόρων κανόνων καὶ νεαρῶν θεσπισμάτων ἔμαθες ὡς κατὰ ἐπισκόπων οἱ λαϊκοὶ ἄρχοντες οὐδεμίαν δικαιοδοσίαν ἔχουσιν. ὅθεν ὁ τύπτων λαϊκὸς ἢ φυλακίζων τὸν τυχόντα ἀρχιερέα, κἂν ἐξ αἰτίας πάνυ εὐλογωτάτης, κἂν τὴν μείζονα ἀρχὴν ἔχῃ, κολασθήσεται. καὶ τὸ εὔλογον τῆς αἰτίας οὐκ ὠφελήσει αὐτόν. ἀκούσει γὰρ ὡς ταῖς συνόδοις, καὶ μόναις ἐνεδόθη τοὺς ἀρχιερεῖς κολάζειν. καὶ ὤφειλε τὴν τοῦ ἀρχιερέως ἀνάκρισιν πρὸς τὴν πρόσφορον σύνοδον ἀπο-D στεῖλαι, καὶ ἑαυτὸν διατηρῆσαι ἀμέτοχον τῆς ἀρχιερατικῆς ἀνακρίσεως. προσετέθη δὲ τῷ κανόνι τὸ χωρὶς εὐλόγου αἰτίας καὶ τὰ λοιπὰ, διὰ τὸν ἀναθεματισμόν. οὐδὲ γὰρ ἦν δίκαιον ἀναθεματισθῆναι τὸν ἄρχοντα τὸν προφάσει δικαίας αἰτίας τοιοῦτόν τι ἐφύβρεισον πεποιηκότα πρὸς ἐπίσκοπον· ἀλλὰ ἀλλοτρόπως κολασθῆναι. τὸ ἀνάθεμα δὲ, χωρισμός ἐστι τοῦ θεοῦ. ὡς γὰρ τὰ προσαγόμενα ἀναθήματα τῷ θεῷ, χωρίζονται ἀπὸ τῶν κοινῶν τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων. οὕτω καὶ ὁ ἀνάθεμα γινόμενος,

ἐκκόπτεται καὶ διαιρεῖται ἀπὸ τῆς τῶν πιστῶν ὁμηγύρεως τῶν ἀνατεθειμένων καὶ ἀφωρισμένων τῷ θεῷ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ θεοῦ, καὶ προσκυροῦται τῷ σατανᾷ, κατὰ τὸν μέγαν Παῦλον γράψαντα Κορινθίοις περὶ τοῦ πεπορνευκότος εἰς τὴν ἑαυτοῦ μητρυιάν, ὅτι, παρέδοτε αὐτὸν τῷ σατανᾷ. καὶ ἐπιστείλαντα Τιμοθέῳ περὶ Ὑμεναίου καὶ Ἀλεξάνδρου, οὓς παρέδωκα τῷ σατανᾷ, ἵνα μὴ βλασφημεῖν παιδευθῶσιν. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, πολλῷ γε μᾶλλον ὁ ὑπὸ ἀνάθεμα γεγονώς, ἀποδιΐσταται μὲν τοῦ θεοῦ, προσξενοῦται δὲ καὶ προσκυροῦται τῷ σατανᾷ, καὶ ἀνάθημα ἐκείνου αὐτὸς ἑαυτὸν ποιεῖ. Καλῶς δὲ ἐμνήσθη ὁ κανὼν αὐθεντίας ἀρχοντικῆς. ὁ γὰρ μὴ προφάσει τοιαύτῃ ἀλλὰ ἐξ ἰδιορύθμου κακίας τοιοῦτόν τι τολμήσας, κἂν ἐξ εὐλόγου αἰτίας τοῦτο ποιήσῃ, μειζόνως κολασθήσεται διὰ τὴν ἄκραν ἀναίδειαν.

excinditur & ſeparatur à cœtu fidelium, qui ſunt Deo conſecrati & dedicati, & etiam ab ipſo Deo, & ſatanæ traditur; ſecundum magnum Paulum qui ſcripſit Corinthiis, de eo qui in ſuam nouercam fornicationem commiſerat, quòd tradidit eum ſatanæ: & qui etiam ſcripſit ad Timotheum, de Hymenæo & Alexandro, quos tradidi ſatanæ, vt diſcant non blaſphemare. Si autem hæc ita ſe habent, multo magis, qui eſt ſub anathemate, à Deo ſeparatur, & ſatanæ vnitur, eique attribuitur, ipſeque ſeipſum eius munus dedicatum conſtituit. Rectè autem meminit canon auctoritatis magiſtratus. Qui enim non eo prætextu, ſed ſua improbitate, tale quid auſus fuerit, etiamſi hoc probabili de cauſa fecerit, magis punietur propter ſummam impudentiam.





ΣΥΝΟΔΟΣ Η ΓΕΝΟΜΕΝΗ ἐπὶ Κυπριανοῦ τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Καρχηδόνος, καὶ μάρτυρος.

ΑΥΤΗ ἡ σύνοδος πασῶν τῶν συνόδων πρεσβυτέρα ἐστί. γέγονε γὰρ ἐπὶ Δεκίου βασιλέως, καὶ μετ' αὐτὴν ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας κατὰ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ βασιλέως. συνηθροίσθησαν δὲ εἰς Καρχηδόνα ὀγδοήκοντα πρὸς τοῖς τέσσαρσιν ἅγιοι πατέρες, καὶ συνεζήτησαν εἰ χρὴ βαπτίζεσθαι τοὺς ἐξ αἱρέσεως ἐπιστρέφοντας εἰδωλοθύτας, κατὰ τὴν περὶ τούτου ἐρώτησιν τοῦ ἐπισκόπου Ἰοβιανοῦ. ὅτι δὲ τότε καὶ ὁ Ναυάτος πρεσβύτερος ὢν τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας, καθῃρέθη, ὡς μὴ δεχόμενος εἰς μετάνοιαν τοὺς θύσαντας τοῖς εἰδώλοις, κἀντεῦθεν ἐποίει σχίσματα μετά τινων ἀσυνέτων, ἐπολυπραγμονήθη, εἰ χρὴ καὶ τοὺς σχισματικοὺς βαπτίζεσθαι, ὡς τοῦτο ἐρωτήσαντος τοῦ Ἰοβιανοῦ.

CARTHAGINENSIS SYNODVS, CVI PRÆfuit magnus Cyprianus & ſanctus martyr, qui erat Carthaginenſis Epiſcopus.

HÆc eſt omnium ſynodorum antiquiſſima: fuit enim ſub Decio: & poſt eam illa quæ fuit in Antiochia Syriæ aduerſus Paulum Samoſatenum ſub Aureliano Imperatore. Congregati ſunt autem Carthagine lxxxiiij. ſancti patres: & quæſitum eſt an baptizare oporteat eos qui reuertuntur ex hæreſi eorum qui idolis immolauerant, conuenienter interrogationi factæ de ea re ab epiſcopo Iouiano. Quia autem, cùm etiam Nouatus, qui erat presbyter Romanorum eccleſiæ, depoſitus eſt, vt qui ad pœnitentiam non admitteret eos qui idolis ſacrificauerant: & ideo cum quibuſdam inſipientibus faciebat ſchiſmata, agitatum eſt, an etiam ſchiſmaticos baptizare oporteat, tanquam hoc quoque Iouianus quæſiuiſſet.

Canon I.

Cùm in communi consilio essemus, dilecti fratres, legimus literas à vobis missas, de iis qui ab hæreticis vel schismaticis baptizati visi sunt, venientibus ad catholicam ecclesiam quæ una est: in qua baptizamur & regeneramur. De quibus confidimus, vos quoque qui illa agitis, catholicæ ecclesiæ canonis firmitatem tenere: tamen quoniam nobiscum estis communionis participes, & propter communem dilectionem de eo quærere voluistis, non nouam sententiam neque nunc fundatam afferimus: sed quæ olim ab antiquioribus accuratissimè & diligentissimè fuit examinata, eam à vobis obseruandam vobis communicamus, & coniungimus, id quoque nunc statuentes, quod semper fortiter stabilitérque tenuimus, vt nemo possit baptizari extra Catholicæ baptismum, qui vnus est. Scriptum est enim, Me reliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi lacus perforatos, qui aquam continere nequeunt. Et rursus sacra scriptura hoc præsignificans dicit, Ab aqua aliena abstinete, & ex fonte alieno ne bibite. Oportet autem aquam primùm purgari & sanctificari à sacerdote, vt possit proprio baptismate hominis qui baptizatur, peccata eluere. Nam & per Iezechielem prophetam dicit dominus, Et aspergam vos aqua pura, & mundabo vos, & dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum dabo vobis: & cùm dicat dominus in Numeris: Et omnia quæ tanget immundus, immunda erunt: quomodo potest baptizans dare alij remissionem peccatorum, qui non potest propria peccata extra ecclesiam dimittere? Sed & ipsa interrogatio quæ fit in baptismate, est testis veritatis. Dicentes enim ei qui examinatur, Credis vitam æternam & remissionem peccatorum accipere? nihil aliud dicimus, quàm quòd in catholica ecclesia hæc dari possunt. Apud hæreticos autem, vbi ecclesia non est, haberi non potest peccatorum remissio. Et ideo qui hæreticorum patrocinium suscipiunt, vel debent interrogationem mutare, vel veritatem tueri. Necesse est etiam eum qui baptizatus est, inungi, vt accepta vnctione, fiat Christi particeps.

Κανὼν α'.

Ἐν κοινοβουλίῳ ὄντες ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, ἀνέγνωμεν γράμματα ἀφ' ὑμῶν σταλέντα περὶ τῶν παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς ἢ σχισματικοῖς δοκούντων βεβαπτίσθαι, ἐρχομένων πρὸς τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν, ἥτις ἐστὶ μία ἐν ᾗ βαπτιζόμεθα καὶ ἀναγεννώμεθα· περὶ ὧν καὶ πεποίθαμεν, καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς ἐκεῖνα πράττοντας, τὴν στερρότητα τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας κατακρατεῖν. ὅμως ἐπεὶ συγκοινωνοὶ ἡμῶν ἐστὲ, καὶ ζητῆσαι περὶ τούτου διὰ τὴν κοινὴν ἀγάπην ἠθελήσατε, οὐ πρόσφατον γνώμην, οὐδὲ νῦν ἡδρασμένην προσφέρομεν, ἀλλὰ τὴν πάλαι ὑπὸ τῶν προγενεστέρων ἡμῶν μετὰ πάσης ἀκριβείας καὶ ἐπιμελείας δεδοκιμασμένην, καὶ ὑφ' ὑμῶν παρατηρηθεῖσαν, κοινούμεθα ὑμῖν καὶ συζεύγνυμεν, τοῦτο καὶ νῦν χειροτονοῦντες, ὅπερ διὰ παντὸς ἰσχυρῶς καὶ ἀσφαλῶς κρατοῦντες, μηδένα βαπτίζεσθαι δύνασθαι ἔξω τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. ἑνὸς γὰρ ὄντος βαπτίσματος, καὶ ἐν μόνῃ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ ὑπάρχοντος. γέγραπται γάρ, ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος, καὶ ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους, καὶ μὴ δυναμένους ὕδωρ συνέχειν. καὶ πάλιν· ἡ ἁγία γραφὴ προσημαίνουσα λέγει· ἀπὸ ὕδατος ἀλλοτρίου ἀπέχεσθε, καὶ ἀπὸ πηγῆς ἀλλοτρίας μὴ πίητε. δεῖ δὲ καθαρίζεσθαι καὶ ἁγιάζεσθαι τὸ ὕδωρ πρῶτον ὑπὸ τοῦ ἱερέως, ἵνα δυνηθῇ τῷ ἰδίῳ βαπτίσματι τὰς ἁμαρτίας τοῦ βαπτιζομένου ἀνθρώπου ἀποσμῆξαι· διά τε Ἰεζεκιὴλ τοῦ προφήτου λέγει κύριος, καὶ ῥαντίσω ὑμᾶς καθαρῷ ὕδατι, καὶ καθαριῶ ὑμᾶς, καὶ δώσω ὑμῖν καρδίαν καινὴν, καὶ πνεῦμα καινὸν δώσω ἐν ὑμῖν· λέγοντος τοῦ κυρίου ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς· καὶ πάντων ὧν ἅψηται ὁ ἀκάθαρτος, ἀκάθαρτα ἔσται· πῶς βαπτίζων δύναται ἄλλῳ δοῦναι ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ὁ μὴ δυνηθεὶς τὰ ἴδια ἁμαρτήματα ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἀποθέσθαι; ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ ἐρώτησις ἡ ἐν τῷ βαπτίσματι γινομένη, μάρτυς ἐστὶ τῆς ἀληθείας. λέγοντες γὰρ τῷ ἐξεταζομένῳ, πιστεύεις αἰώνιον ζωὴν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαμβάνειν; οὐκ ἄλλο τι λέγομεν, εἰ μὴ ὅτι ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ δοθῆναι· παρὰ δὲ τοῖς αἱρετικοῖς ὅπου ἐκκλησία οὐκ ἔστιν, ἀδύνατον ἁμαρτημάτων ἄφεσιν λαβεῖν. διὰ τοῦτο οἱ τῶν αἱρετικῶν συνήγοροι ἢ τὴν ἐπερώτησιν ἀλλάξαι ὀφείλουσιν, ἢ τὴν ἀλήθειαν ἐκδικῆσαι, εἰ μή τι αὐτοῖς καὶ τὴν ἐκκλησίαν προσνέμουσιν, οἷς βάπτισμα ἔχειν διαβεβαιοῦνται. ἀνάγκη δὲ ἐστὶ καὶ χρίεσθαι τὸν βεβαπτισμένον, ἵνα λαβὼν χρίσμα, μέτοχος γένηται χρίσματος Χριστοῦ.

ἁγιάσαι δὲ ἔλαιον οὐ δύναται ὁ αἱρετικὸς ὁ μήτε θυσιαστήριον ἔχων, μήτε ἐκκλησίαν. ὅθεν οὐ δύναται χρίσμα τὸ παράπαν παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς εἶναι. πρόδηλον γάρ ἐστιν ἡμῖν μηδαμῶς δύνασθαι παρ' ἐκείνοις ἁγιάζεσθαι ἔλαιον εἰς εὐχαριστίαν. εἰδέναι γὰρ καὶ μὴ ἀγνοεῖν ὀφείλομεν, ὅτι γέγραπται, ἔλαιον ἁμαρτωλοῦ μὴ λιπανάτω τὴν κεφαλήν μου. ὃ δὴ καὶ πάλαι ἐμήνυσε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν ψαλμοῖς, μήπως ἐξιχνιασθείς τις, καὶ ἀπὸ τῆς εὐθείας ὁδοῦ πλανηθεὶς παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς τοῖς τοῦ Χριστοῦ ἀντιπάλοις χρισθῇ. πῶς δὲ εὔξεται ὑπὲρ τοῦ βαπτισθέντος οὐχὶ ἱερεὺς, ἀλλ' ἱερόσυλος καὶ ἁμαρτωλὸς, λεγούσης τῆς γραφῆς, ὅτι ὁ θεὸς ἁμαρτωλῶν οὐκ ἀκούει, ἀλλ' ἐάν τις θεοσεβὴς ᾖ, καὶ τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιῇ, τούτου ἀκούει; διὰ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας νοοῦμεν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. τίς δὲ δύναται δοῦναι ὅπερ αὐτὸς οὐκ ἔχει; ἢ πῶς δύναται πνευματικὰ ἐργάζεσθαι, ὁ ἀποβαλὼν πνεῦμα ἅγιον; διὰ τοῦτο καὶ ἀνανεοῦσθαι ὀφείλει ὁ πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἐρχόμενος, ἵνα ἔσω διὰ τῶν ἁγίων ἁγιασθῇ. γέγραπται γὰρ ὅτι ἅγιοι ἔσεσθε, καθὼς ἐγὼ ἅγιός εἰμι, λέγει κύριος· ἵνα καὶ ὁ ἐπὶ πλάνης βουκοληθεὶς, ἐν τῷ ἀληθεῖ καὶ ἐκκλησιαστικῷ βαπτίσματι καὶ αὐτὸ τοῦτο ἀποδύσηται, ὅς τις πρὸς θεὸν ἐρχόμενος ἄνθρωπος καὶ ἱερέα ἐπιζητῶν ἐν πλάνῃ εὑρεθεὶς ἱεροσυλίᾳ προσέπεσε. δοκιμάζειν γάρ ἐστι τὸ τῶν αἱρετικῶν καὶ σχισματικῶν βάπτισμα, τὸ συνδοκεῖν τοῖς ὑπ' ἐκείνων βεβαπτισμένοις. οὐ γὰρ δύναται ἐν μέρει ὑποφέρεσθαι· εἰ ἠδυνήθη βαπτίσαι, ἴσχυσε καὶ ἅγιον πνεῦμα δοῦναι· εἰ οὐκ ἠδυνήθη, ὅτι ἔξω ὢν πνεῦμα ἅγιον οὐκ ἔχει, οὐ δύναται τὸν ἐρχόμενον βαπτίσαι ἑνὸς ὄντος τοῦ βαπτίσματος, καὶ ἑνὸς ὄντος τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ μιᾶς ἐκκλησίας ὑπὸ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἐπάνω Πέτρου τοῦ ἀποστόλου ἀρχῆθεν λέγοντος ἑνότητος τεθεμελιωμένης· καὶ διὰ τοῦτο τὰ ὑπ' αὐτῶν γινόμενα ψευδῆ καὶ κενὰ ὑπάρχοντα πάντα ἐστὶν ἀδόκιμα. οὐδὲ γὰρ δύναται δεκτὸν καὶ αἰνετὸν εἶναι παρὰ θεῷ τῶν ὑπ' ἐκείνων γινομένων, οὓς ὁ κύριος πολεμίους καὶ ἀντιπάλους αὐτοῦ λέγει ἐν τοῖς εὐαγγελίοις, ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ ἐστι, καὶ ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ, σκορπίζει. καὶ ὁ μακάριος ἀπόστολος Ἰωάννης ἐντολὰς κυρίου τηρῶν, ἐν τῇ ἐπιστολῇ προέγραψεν· ἠκούσατε ὅτι ὁ ἀντίχριστος ἔρχεται· καὶ νῦν δὲ ἀντίχριστοι πολλοὶ γεγόνασιν, ὅθεν γινώσκομεν ὅτι ἐσχάτη ὥρα ἐστὶν, ἐξ ἡμῶν ἦλθον, ἀλλ' οὐκ ἦσαν μεθ' ἡμῶν· ὅθεν καὶ ἡμεῖς συνιέναι ὀφείλομεν καὶ νοεῖν ὡς οἱ ἐχθροὶ κυρίου

A *Sanctificare autem oleum non potest hæreticus, qui nec altare habet, nec ecclesiam. Non potest autem omnino Chrisma esse apud hæreticos. Nobis enim clarum est, nullo modo apud illos sanctificari posse oleum ad gratiarum actionem. Scire enim, & non ignorare debemus quod scriptum est, Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Quod quidem etiam olim significauit sanctus spiritus in psalmis, ne fortè abductus aliquis, & à recta via aberrans, apud hæreticos Christi aduersarios inungatur. Quomodo autem pro eo qui baptizatus est* B *precabitur, non sacerdos, sed sacrilegus, & peccator? dicente scriptura, quod Deus peccatores non audit: sed si quis est pius ac religiosus, & eius voluntatem facit, cum audit? Per sanctam ecclesiam, peccatorum remissionem intelligimus. Quis autem dare potest id quod ipse non habet? vel quomodo potest operari spiritalia, qui spiritum sanctum abiecit? Et ideo etiam renouari debet qui ad ecclesiam accedit, vt intus per sanctos sanctificetur. Scriptum est enim, Sancti eritis, sicut & ego sanctus sum, dicit dominus: vt qui in errore pastus est, in vero & ecclesiastico baptismate, ipse* C *quoque hoc exuat, qui homo ad Deum accedens, & sacerdotem quærens, in errore inuentus in sacrilegium incidit. est enim hæreticorum & schismaticorum hæresin probare, eos qui ab illis baptizati sunt, comprobare. Non enim potest in parte valere: si enim non potuit is qui est extra, habere spiritum, non potest venientem baptizare, cùm sit vnus baptismus, & vnus sanctus spiritus, & vna ecclesia, à Christo domino nostro dicente ab initio supra Petrum apostolum fundata vnitate. Et ideo quæ ab eis facta sunt, cùm sint falsa & vana, omnia sunt reprobata. Neque enim potest esse Deo gratum & acceptum quod fit ab illis, quos* D *dominus hostes & aduersarios dicit in Euãgeliis: Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit. Quinetiã beatus Apostolus Ioannes præcepta domini seruans, in epistola præscripsit, Audiuistis quòd Christus venit, & nunc etiam multi antichristi facti sunt. vnde cognoscimus quòd extrema hora est. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: vnde & nos intelligere & cogitare debemus, si Dei inimici,*

& qui Antichristi sunt nominati, domini gratiam dare non possunt, ideo nos qui sumus cum domino, & domini vnitatem tenemus, vt pro eius dignitate suppeditantes, sacerdotium eius in ecclesia gerimus, quęcunque aduersarij & ipsius generis hostes, & antichristi faciunt, reprobare, remouere, & abijcere, & pro profanis habere debemus: iisque qui ab errore & peruersitate veniunt, verę & ecclesiasticę fidei omnino cognitionem dare, diuinę potentię mysterium, & vnitatis, & fidei, & veritatis.

SCHOL. BALS. Scriptum est in procemio, quam ob causam præsens epistola fuit edita: & ipsa quidem statuit vt qui ad catholicam ecclesiam ab hæreticis vel schismaticis accedunt, baptizentur, etiamsi ab illis priùs baptizati sunt. Vij. autem canon ij. syn. vniuersalis, faciens differentiam eorum qui debent baptizari, vel non, alia quædam præcipit. Lege ergo eum, & mentem adhibe iis quæ in ipso sunt posteriora. Lege ergo etiam ij. canonem synodi quæ est in Trullo, & scies quòd quæ hac epistola continentur, ab omnibus patribus admissa non sunt. sic enim dicit his verbis: Præterea autem & eum qui à Cypriano, qui fuit Afrorum regionis episcopus & martyr, & ab ea quæ ab illo habita est, editus est canonem, qui in prædictorum præsulum locis, iisque solis, iuxta illis traditam consuetudinem, obtinuit. Hinc ergo notatur, quòd à principio non erat in vsu apud omnes hic canon. Nota autem quòd Afri dicuntur Carthaginenses. Quia autem in nonnullis exemplaribus apertè descriptę inueniuntur lxxxiiij. episcoporum sententiæ, qui in eadem fuerunt opinione cum Cypriano, eramus eas quoque scripturi & interpreraturi: sed quia, vt dictum est, vij. synodi canon alia quædam constituit ab iis quæ hac præsenti epistola continentur, de hæreticis & schismaticis qui ad fidem accedunt, prætermissa est eorum expositio.

καὶ οἱ ἀντίχριστοι ὠνομασμένοι, δυνατοὶ εἶεν χάριν δοῦναι τῷ κυρίῳ, καὶ διὰ τοῦτο ἡμεῖς οἱ σὺν κυρίῳ ἰόντες, καὶ ἑνότητα κυρίου κρατοῦντες, καὶ κατὰ τὴν ἀξίαν αὐτοῦ χορηγούμενοι, τὴν ἱερατείαν αὐτοῦ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ λειτουργοῦντες, ὅσα οἱ ἀντικείμενοι αὐτῷ, τουτέστι πολέμιοι καὶ ἀντίχριστοι ποιοῦσιν, ἀποδοκιμάσαι, καὶ ἀποποιῆσαι καὶ ἀπορρίψαι, καὶ ὡς βέβηλα ἔχειν ὀφείλομεν, καὶ τοῖς ἀπὸ πλάνης καὶ ἀπὸ στρεβλότητος ἐρχομένοις ἐπὶ γνῶσιν τῆς ἀληθινῆς καὶ ἐκκλησιαστικῆς πίστεως δοῦναι καθόλου θείας δυνάμεως μυστήριον, ἑνότητός τε καὶ πίστεως καὶ ἀληθείας.

Ερμηνεία.

Εν τῷ προοιμίῳ γέγραπται τίνος χάριν ἡ παροῦσα ἐξετέθη ἐπιστολή. καὶ αὕτη μὲν διορίζεται τοὺς προσερχομένους τῇ καθολικῇ ἀπὸ αἱρετικῶν καὶ σχισματικῶν, βαπτίζεσθαι, κἂν ὑπ' ἐκείνων προεβαπτίσθησαν. ὁ δὲ ζ'. κανὼν τῆς οἰκουμενικῆς β'. συνόδου ποιούμενος διαίρεσιν τῶν ὀφειλόντων βαπτίζεσθαι, καὶ μή, ἕτερά τινα παρακελεύεται· ἀνάγνωθι οὖν τοῦτον, καὶ πρόσεχε τοῖς ἐν αὐτῷ μεταγενεστέροις οὖσιν. ἀνάγνωθι καὶ τὸν β'. κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, καὶ μάθῃς ὅτι τὰ τῆς παρούσης ἐπιστολῆς οὐκ ἐδέχθησαν παρὰ πάντων τῶν πατέρων. φησὶ γὰρ οὕτω ῥήμασιν αὐτοῖς· ἔτι μὴν καὶ τὸν ὑπὸ Κυπριανοῦ γενομένου ἐπισκόπου τῆς Αφρων χώρας, καὶ μάρτυρος, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν συνόδου ἐκτεθέντα κανόνα, ὃς ἐν τοῖς τῶν προέδρων τόποις καὶ μόνοις κατὰ τὸ παραδοθὲν αὐτοῖς ἔθος ἐκράτησε. δείκνυται οὖν ἐντεῦθεν ὅτι ἀρχῆθεν οὐ παρὰ πᾶσιν ἦν ἐνεργὼν ὁ κανών. σημείωσαι δὲ ὅτι Αφροὶ οἱ Καρχηδόνιοι λέγονται. ἐπεὶ δὲ ἔν τισιν ἀντιγράφοις ῥητῶς εὑρίσκονται καταγεγραμμέναι αἱ τῶν ὀγδοήκοντα πρὸς τοῖς τέσσαρσιν ἐπισκόπων γνῶμαι τῶν συνομογνωμονησάντων μετὰ τοῦ ἁγίου Κυπριανοῦ, ἐμέλλομεν καὶ ταύτας γράψαι καὶ ἑρμηνεῦσαι. ὅτι δὲ, ὡς εἴρηται, ὁ ζ'. κανὼν τις παρούσης συνόδου ἕτερά τινα ἐθέσπισε παρὰ τὰ περιεχόμενα τῇ παρούσῃ ἐπιστολῇ χάριν τῶν προσερχομένων τῇ πίστει αἱρετικῶν καὶ σχισματικῶν, παρείθη ἡ τούτων ἐξήγησις.

A

ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΩΝ ΕΝ ΚΑΡθαγένῃ συνελθόντων σιζʹ. μακαρίων πατέρων.

Ἡ ἐν Καρθαγένῃ σύνοδος γέγονε βασιλεύοντος ἐν μὲν τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ, Ὀνωρίου· ἐν δὲ Κωνσταντινουπόλει, Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ· συνελθόντων ἐν Καρθαγένῃ θείων πατέρων διακοσίων δεκαεπτὰ ἐξ Ἀφρικῆς καὶ τῶν ταύτῃ ὑποκειμένων χωρῶν. ἡ γὰρ Καρθαγένα, μέρος τῆς Καρχηδόνος ἐστίν· ἡ δὲ Καρχηδὼν, ἐπαρχία τῆς Ἀφρικῆς. ἡ δὲ Ἀφρικὴ εἰς πολλὰς μεμέρισται μοίρας, ὧν μία ἡ Καρχηδών. συνῆσαν δὲ τοῖς τὴν σύνοδον ταύτην πληροῦσι πατράσι, καὶ τοποτηρηταὶ ἐκ τοῦ Πάπα τῆς Ῥώμης ἀποσταλέντες· ἀποστολικὴν γὰρ καθέδραν, τὴν τῆς Ῥώμης θρόνον ὠνόμασαν, ὡς τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων Πέτρου ἐν αὐτῇ διαπρέψαντος, καὶ πρῶτον ἀρχιερέα τὸν Λίνον ἐν αὐτῇ καταστήσαντος. ἐξῆρχε δὲ τῆς συνόδου Αὐρήλιος ἐπίσκοπος τῆς ἐν Καρχηδόνι ἐκκλησίας, ὃν καὶ Πάπαν ὠνόμαζον, καὶ Βαλεντῖνος, τῆς πρώτης καθέδρας τῆς Νουμιδικῆς χώρας· καὶ ἄλλοι τῶν ἐπισκόπων, τῶν τε Νουμιδιῶν τῶν δύο, τῆς τε Βυζακηνῆς τῆς Μαυριτανίας καὶ Καισαρειανῆς, καὶ Τριπόλεως, καὶ τῆς Ἀνθυπατιανῆς, μοῖραι δὲ καὶ αὗται τῆς Ἀφρικῆς, τοποτηρηταὶ δὲ τῆς ἐκκλησίας Ῥώμης ἦσαν Φαυστῖνος ἐπίσκοπος Πικένου, τῆς Ποντεντίνης ἐκκλησίας τῆς χώρας τῶν Ἰταλῶν, Φίλιππός τε καὶ Ἄσελλος οἱ πρεσβύτεροι, τόπους ἀναπληροῦντες τῶν μὴ δυνηθέντων συνελθεῖν εἰς τὴν σύνοδον. ὅθεν καὶ τὸ τῆς τοποτηρησίας ὄνομα, ἐξελήφθη, ἐκ τοῦ τηρεῖν δηλαδὴ, ὅ ἐστι φυλάσσειν, ἤτοι ἀναπληροῦν τοὺς τόπους τῶν στελλόντων αὐτούς. συνελθούσης δὲ τῆς συνόδου, Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπε.

Κανὼν αʹ.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπε· μετὰ τὴν ὁρισθεῖσαν ἡμέραν τῆς συνόδου, ὡς μέμνησθε ἀδελφοὶ μακαριώτατοι, πολλὰ ἐζητήσαμεν ἐν τῷ ἀναμένειν ἡμᾶς τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν, τοὺς νῦν εἰς τὴν παροῦσαν σύνοδον τοποτηρητὰς συνελθόντας, αὐτοῖς πεπραγμένοις

CANONES CCXVII BEATORVM PATRVM, QVI CARTHAGINE conuenerunt.

Carthaginensis synodus fuit imperante quidem Romæ Honorio, Constantinopoli verò Theodosio paruo, cùm ducenti septemdecim diuini patres Carthaginem conuenissent ex Africa & ex illi subiectis regionibus. Est autem Carthago pars Africæ, & eiusdem prouincia, cùm Africa, in multas prouincias diuidatur. Porrò in hanc quoque synodum conuenerunt cum patribus & loci conseruatores missi à Papa Romano. Apostolicam enim sedem Romanam sedem nominarunt, vtpote cùm Petrus apostolorum princeps in ea claruerit, & Linum primum Pontificem in ea constituerit. Huic autem synodo præfuit Aurelius Carthaginensis ecclesiæ episcopus. Quem etiam Papam nominabant: & Valentinus, primæ cathedræ regionis Numidicæ, & alij episcopi duarum Numidiarum, & Byzacenes, & Mauritaniæ, & Anthypatianæ, & Cæsarianæ, & Tripolis: hæ sunt enim partes Africæ. ecclesiæ autem Romanæ loci conseruatores erant, Philippus & Asellus presbyteri, locos implentes eorum qui non poterant in synodum conuenire. Vnde & loci conseruationis nomen acceptum est, à verbo conseruare, quod est implere locum eorum à quibus mittuntur. Cùm conuenisset autem synodus, Aurelius episcopus dixit.

Canon I.

Post diem synodi definitum, vt meministis, beatissimi patres, multa quæsita sunt dum expectaremus fratres nostros, qui ad præsentem synodum conuenerunt, loci conseruatores,

quæ in acta referri necesse est. Quamobrem domino nostro de huius congregationis conuentu restat gratias agere, partim quidem, vt Nicenæ synodi exempla, quæ nunc habemus, & à patribus constituta sunt, partim & quæ hic ab ijs qui nos præcesserunt, qui hanc synodum confirmarunt, & quæ ex eadem forma per omnes clericorum gradus à summo vsque ad vltimum salubriter constituta sunt, in medium proferantur. Ab vniuersa synodo dictum est, Proferantur.

DANIEL NOTARIVS LEGIT.

Nicenæ synodi confessio fidei, seu decreta, sic habent. Et dum diceret, Faustinus Piceni episcopus, populi Potentiani, Italicæ regionis, Romanorum ecclesiæ loci conseruator, dixit: Commissa sunt nobis à sede apostolica quædam in scriptis tractanda, vt eorum in ijs quæ superiùs acta sunt meminimus, id est de canonibus Niceæ, fact s, vt seruentur & eorum decretum & consuetudo, quandoquidem quædam ordinatione & canone obseruantur: quædam autem consuetudine informata sunt. De hoc ergo in primis, si vestræ placet beatitudini, inquiramus: & postea, reliqua acta inchoata, ordinata confirmentur: vt apostolicæ cathedræ, vestris rescriptis possitis ostendere, & eidem venerando Papæ declaretis, quòd diligenter eorum recordati sumus, siquidem actionum capita ijs quæ iam acta sunt, inserta sunt. De his ergo, sicut superiùs dixi, quid placet vestræ dilectioni facere debeamus? Veniat ergo in medium commonitorium, vt possitis cognoscere quid in eo comprehenditur, vt detur ad singula responsio.

Aurelius dixit: Afferatur commonitorium, quod fratres, & comministri nostri, in actis paulo antè ostenderunt, & reliqua consequenter, quæ & acta & agenda sunt.

SCHOL. BALS. Episcopus quidem Aurelianus orationem inchoans, dixit, quòd domino Deo pro patrum conuentu gratiæ agendæ sunt, vt quæ à patribus, qui Niceæ conuenerunt, examinata & decreta sunt, quæ à patribus nostris habemus,

A ἀνάγκη ἐστὶν ἐντεθῆναι. διὸ τῷ δεσπότῃ ἡμῶν περὶ τῆς συνελεύσεως τοῦ τοσούτου ἀθροίσματος ὑπολέλειπται χάριτας ἀναπέμψαι, ἵνα τοῦτο μὲν, τὰ ἴσα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, ἃ νῦν ἔχομεν καὶ ἀπὸ τῶν πατέρων κατέστησαν· τοῦτο δὲ, καὶ ἅπερ ἐντεῦθεν ἀπὸ τῶν προηγησαμένων ἡμᾶς, τὴν αὐτὴν σύνοδον βεβαιωσάντων, καὶ τὰ κατὰ τὸν αὐτὸν τύπον ἀνὰ πάντας τοὺς τῶν κληρικῶν βαθμοὺς ἀπὸ τοῦ ἄκρου ἕως τοῦ ἐσχάτου σωτηριωδῶς ταχθέντα, εἰς μέσον προενεχθῶσιν. ἀπὸ πάσης τῆς συνόδου ἐλέχθη, προενεχθῶσιν.

B Δανιὴλ νοτάριος ἀνέγνω.

Τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ἡ ὁμολογία τῆς πίστεως, ἤτοι τὰ ὁρισθέντα, οὕτως ἔχει. καὶ ἐν τῷ λέγειν, Φαυστῖνος ἐπίσκοπος Πικένου, τοῦ λαοῦ τοῦ Ποτεντίνου, τῆς Ἰταλῶν χώρας, ὑποτηρητὴς τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας εἶπεν· ἐπετράπη ἡμῖν ἀπὸ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, τινὰ ἐγγράφως τρακταιστέα, ὡς αὐτῶν μεμνήμεθα ἐν τοῖς ἀνωτέρω πεπραγμένοις, τοῦτ' ἔστι περὶ τῶν ἐν Νικαίᾳ κανόνων, ἵνα φυλαχθῶσι καὶ ὁ ὁρισμὸς αὐτῶν καὶ ἡ συνήθεια· ἐπειδὴ τινὰ τάξει καὶ C κανόνι κρατοῦνται, τινὰ συνηθείᾳ ἐτυπώθη. περὶ τούτων τοίνυν ἐν πρώτοις, ἐὰν ἀρέσκῃ τῇ μακαριότητι ὑμῶν, συζητήσωμεν, καὶ μετὰ ταῦτα, τὰ λοιπὰ πεπραγμένα, καὶ ἐναρχθέντα, ἐνταττόμενα βεβαιωθῶσιν, ἵνα καὶ πρὸς τὴν ἀποστολικὴν καθέδραν ἀντιγράφοις ὑμετέροις ἐμφανίσαι δυνηθῆτε, καὶ τῷ αὐτῷ προσκυνητῷ Πάπᾳ δηλώσητε, ὡς ἐπιμελῶς ἀνεμνήσθημεν, εἰ καὶ ὅτι τὰ κεφάλαια τῶν πράξεων ἤδη τοῖς πεπραγμένοις ἐνεβλήθησαν. περὶ τούτων τοίνυν, ὡς προεῖπον, τί ἀρέσκῃ τῇ ὑμετέρᾳ μακαριότητι πρᾶξαι ὀφείλομεν; ἐλθέτω τοιγαροῦν D εἰς μέσον τὸ κομμονιτώριον, ἵνα δυνηθῆτε γνῶναι, τί ἐν αὐτῷ περιέχεται. ὅπως πρὸς ἕκαστα ἀπόκρισις δοθῇ.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπε· Προσκομισθῇ τὸ κομμονιτώριον, ὅπερ οἱ ἀδελφοὶ καὶ συλλειτουργοὶ ἡμῶν τοῖς πεπραγμένοις ἔναγχος ἐνεφάνισαν, καὶ τὰ λοιπὰ ἀκολούθως, τά γε πεπραγμένα καὶ τὰ πρακτέα.

Ἑρμηνεία.

Ὁ μὲν ἐπίσκοπος Αὐρήλιος, τοῦ λόγου προκαταρξάμενος, εἶπεν ὅτι εὐχαριστεῖν δεῖ τῷ δεσπότῃ Θεῷ ὑπὲρ τῆς συνελεύσεως τῶν πατέρων, ἵνα τάτε παρὰ τῶν ἐν Νικαίᾳ πατέρων δοκιμασθέντα καὶ ὁρισθέντα, ἃ ἔχομεν ἀπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν πατέρων,

καὶ ἅπερ οἱ προηγησάμενοι πατέρες ἐβεβαίωσαν, αὐτὶ τοῦ βέβαια ἡγήσαντο, καὶ ὅσα ἐκεῖνοι ἐτύπωσαν περὶ πάντων τῶν ἐν τῷ κλήρῳ κατειλεγμένων, προτεθῶσιν εἰς μέσον. ὁ δὲ Φαυστῖνος ἔφη ὅτι ἐπετράπη ἡμῖν ἀπὸ τοῦ Πάπα, τινὰ τρακταιστέα, τουτέστι σκοπητέα, ἐξεταστέα, δοκιμαστέα. (οἱ γὰρ Λατῖνοι τρακτάτον, τὸν σκοπὸν καὶ τὸ βούλευμα λέγουσι·) καὶ ἵνα φυλαχθῶσι τῶν ἐν Νικαίᾳ κανόνων καὶ ὁ ὁρισμὸς καὶ ἡ συνήθεια. εἰπὼν δὲ κανόνων ὁρισμὸν καὶ συνήθειαν, ἐπήγαγεν ὅτι τινὰ τάξει καὶ κανόνι κρατοῦνται· τινὰ δὲ συνηθείᾳ ἐτυπώθη, ὡς καὶ τὰ τῆς συνηθείας τῆς χρόνῳ δοκιμασθείσης καὶ βεβαιωθείσης κρατεῖν ὀφείλει. Εἶτα ἐζητήθη εἰς μέσον προενεχθῆναι τὸ κομμονιτώριον, ἤτοι τὸ ἔγγραφον ὑπόμνημα τῶν πραχθέντων καὶ λαληθέντων. (ἔθος γὰρ ἐν ταῖς συνελεύσεσι τὰ λαλούμενα καὶ τυπούμενα καὶ ὅσα ἐπράχθησαν, γράφεσθαι.) ἢ κομμονιτώριον, τὴν ἐντολὴν τοῦ Πάπα φησί, δι᾽ ἧς ἐνετείλατο ἐγγράφως τινὰ ὤφειλον ζητηθῆναι, ὡς ἂν γινώσκωσι ταῦτα, καὶ μηδὲν λανθάνῃ αὐτοὺς, ὅπερ μᾶλλον ἔοικεν εἶναι. πρόσκειται γάρ·

A & quæ patres qui præcesserunt, confirmarunt, id est firma existimarunt, & quæcunque illi expresserunt de omnibus qui in clerum relati sunt, in medium proponantur. Faustinus autem dixit, Quædam nobis à Papa commissa sunt tractanda, id est, consideranda, examinanda: & vt seruentur Niceæ canonum decretum & consuetudo. Cùm autem dixisset canonum decretum & consuetudinem, subiunxit, quòd quædam ordinatione & canone corroborantur, B quædam verò consuetudine informata sunt: vtpote quòd consuetudo tempore probata & confirmata debet obseruari. Deinde petiuerunt, vt in medium proferretur commonitorium, seu è scriptis mandatus commentarius eorum quæ facta & dicta sunt. (Mos enim erat, ea quæ in congressionibus fiebant & dicebantur, scribere) vel commonitorium dicit, Papæ mandatum, per quod in scriptis mandauerat quænam quæri deberent, vt ea C scirent, & nihil eos lateret: quod est magis verisimile. Adiicitur enim:

Δανιὴλ νοτάριος ἀνέγνω κομμονιτώριον, καὶ τὰ ἑξῆς.

DANIEL NOTARIVS LEGIT COMMONITORIUM.

Τῷ ἀδελφῷ Φαυστίνῳ, καὶ τοῖς τέκνοις Φιλίππῳ καὶ Ἀσέλλῳ πρεσβυτέροις, Ζώσιμος ἐπίσκοπος εἶπε.

Τὰ καταπιστευθέντα ὑμῖν πράγματα οὐ λανθάνουσιν· ὑμεῖς οὕτως ὡς ἵνα ἡ ἡμετέρα ἐκεῖσε, μᾶλλον δὲ ἡ ἡμετέρα ἐκεῖσε ἐν ὑμῖν παρουσία ἐστὶ, πάντα ἐκτελέσατε· μάλιστα καὶ τοῦτο ἡμῶν ἔχοντες τὸ ἔνταλμα καὶ τὰ ῥήματα τῶν κανόνων, ἅτινα πρὸς πλείονα βεβαίωσιν τῷ παρόντι κομμονιτωρίῳ ἐνετάξαμεν. οὕτως γὰρ εἶπον, ὦ ἀδελφοὶ, οἱ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, ὅτε περὶ τῆς τῶν ἐπισκόπων ἐκκλήτου ἐψηφίζοντο· Ἤρεσεν δὲ, ὥστε ἐὰν ἐπίσκοπος κατηγορηθῇ, καὶ κρίνωσιν οἱ συνελθόντες ἐπίσκοποι τῆς ἰδίας αὐτοῦ ἐπαρχίας, καὶ τοῦ βαθμοῦ αὐτοῦ καθέλωσιν αὐτὸν, καὶ δόξῃ ἐκκαλεῖσθαι καὶ καταφυγεῖν πρὸς τὸν μακαριώτατον ἐπίσκοπον Ῥώμης,

Fratri Faustino, & filiis Philippo Asello presbyteris Zosimus episcopus.

Res quæ vestræ fidei creditæ sunt non latent: vos ergo ita, vt vestra illic vel potiùs nostra in vobis est præsen- D *tia, omnia peragite, maximè & hoc mandatum nostrum habentes, & verba canonum, quæ ad maiorem confirmationem præsenti commonitorio inseruimus. Sic enim dixerunt, ô fratres, qui in Nicena synodo fuerunt, quando de episcoporum appellatione sententiam tulerunt, Placuit vt si episcopus accusatus fuerit, & propriæ eius prouinciæ qui conuenerunt episcopi eum condemnauerint, & ipsum è gradu suo mouerint, & visum sit appellare, & ad beatissimum Romæ episcopum confugerit,*

De appellatione episcoporum ad Ro pontificem, quæ in Nicena synodo desideratur, vide Sar. syn cap. 7. & decre. 2. q. 6.

& ipse eum audiri voluerit, & æquum existimauerit, ut renouetur examinatio, scribere dignabitur ad episcopos qui sunt in finitima prouincia, ut ipsi diligenter omnia inquirant, & ex vero & æquo peragant. Et ideo si quis velit negotium suum rursus audiri, & episcopum Romanum sua supplicatione mouerit, ut à latere suo legatum mittat, in sua sit potestate quod vult & quod melius existimat. & si statuerit debere aliquos mitti, ut ipsi præsentes cum episcopis iudicent, habentes auctoritatem eius qui misit, eius relinquatur iudicio. Sin autem episcopos sufficere putauerit ut finem rei imponant, faciet quod prudentissimo eius consilio visum fuerit.

Et his lectis, Alypius episcopus, Theagastensium ecclesiæ, Numidicæ prouinciæ loci conseruator, dixit, De hoc iam & in superioribus synodi nostræ literis rescripsimus, & hoc nos seruaturos profitemur quod est à Nicena synodo decretum: me tamen adhuc mouet, quòd dum Græca huius synodi Nicenæ exemplaria consulimus, ea illic nescio qua ratione nequaquam inuenimus. Vnde reuerentiam tuam rogamus sanctissime papa Aureli, quoniam Nicenæ synodi authentica Constantinopoli esse dicuntur, ut aliquos cum literis vestræ sanctitatis mittere dignemini: & non solùm ad ipsum sanctissimum fratrem nostrum Constantinopolitanum episcopum, sed etiam ad Alexandriæ & Antiochiæ venerandos sacerdotes, qui nobis hanc synodum cum suarum literarum obsignatione mittant: ut omnis ex eo dubitatio tollatur: quandoquidem nos ut frater noster Faustinus adduxit, non sic inuenimus. Nos tamen, ut antè dixi, tantisper seruaturos, donec integra & perfecta exempla venerint, profitemur. Debemus autem nostris quoque literis petere à venerabilissimo Romanæ ecclesiæ episcopo Bonifacio, ut & ipse similiter dignetur ad memoratas ecclesias aliquos mittere qui debeant & ipsa exemplaria, secundùm ea quæ ab eo scripta sunt, adducere. Nunc autem dictæ Nicenæ synodi quæ habemus exemplaria actis istis coniungemus.

καὶ αὐτὸς θελήσῃ ἀκουσθῆναι, καὶ τὸ τοιοῦτον δίκαιον νομίσῃ, ὥστε ἀνανεωθῆναι τὴν ἐξέτασιν, γράψαι καταξιώσει πρὸς τοὺς ἐν τῇ ὁμορούσῃ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόποις, ἵνα αὐτοὶ ἐπιμελῶς πάντα συζητήσωσιν, καὶ κατὰ τὸ ἀληθὲς περαιώσωσι. διὸ ἐάν τις ἀξιοῖτο πρᾶγμα αὐτοῦ πάλιν ἀκουσθῆναι, καὶ οἰκείᾳ δεήσει κινήσοι τὸν ἐπίσκοπον Ῥώμης, ἵνα ἐκ τοῦ πλευροῦ αὐτοῦ πρεσβύτερον ἀποστείλῃ, ἐν τῇ ἐξουσίᾳ αὐτοῦ εἴη, ὅπερ βούλεται, καὶ ὅπερ ὑπολαμβάνει. καὶ ἐὰν ψηφίσηται ὀφείλειν πεμφθῆναί τινας, ὥστε παρόντας αὐτοὺς μετὰ τῶν ἐπισκόπων κρῖναι, ἔχοντες τὴν αὐθεντίαν τοῦ ἀποστείλαντος αὐτούς, ἐν τῇ κρίσει αὐτοῦ εἴη. ἐὰν δὲ καὶ νομίσῃ ἀρκεῖν τοὺς ἐπισκόπους, ἵνα πέρας τῷ πράγματι ἐπιθῶσι, ποιήσει τὸ τῇ συνετωτάτῃ αὐτοῦ βουλῇ παριστάμενον.

Καὶ ἀναγνωσθέντων, Ἀλύπιος ἐπίσκοπος τῆς Θεαγαστέων ἐκκλησίας, τοποτηρητὴς τῆς Νουμιδικῆς ἐπαρχίας, εἶπεν, περὶ τούτου ἤδη καὶ τοῖς ἀνωτέροις γράμμασι τῆς συνόδου ἡμῶν ἀντεγράψαμεν· καὶ τοῦτο ὑμᾶς φυλάξειν ὁμολογοῦμεν, ὃ ὁρισθὲν ὑπὸ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου· ὅμως ἔτι ἐμὲ κινεῖ, ὅτι ἐν τῷ ἐπισκέπτειν ἡμᾶς τοῖς γραικικοῖς ἴσοις ταύτης τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, ταῦτα ἐκεῖ οὐκ οἶδα ποίῳ λόγῳ οὐδαμῶς εὕρομεν· ὅθεν αἰτοῦμεν τὴν τιμιότητα τὴν σὴν ἁγιώτατε Πάπα Αὐρήλιε, ἐπεὶ τὰ αὐθεντικὰ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ἐν Κωνσταντινουπόλει λέγεται εἶναι, τινὰς μετὰ γραμμάτων τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης πέμψαι καταξιώσατε· καὶ μὴ μόνον πρὸς αὐτὸν τὸν ἁγιώτατον ἀδελφὸν ἡμῶν τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον, ἀλλὰ καὶ τοὺς τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ Ἀντιοχείας, τοὺς προσκυνητοὺς ἱερεῖς, οἵτινες τὴν αὐτὴν σύνοδον ἡμῖν μεθ' ὑποσημειώσεως τῶν οἰκείων γραμμάτων ἀποστείλωσιν, ὥστε πᾶσαν μετὰ ταῦτα ἀμφισβήτησιν ἀφαιρεθῆναι· ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς οὕτως, ὡς ὁ ἀδελφὸς Φαυστῖνος ἤγαγεν, οὐδαμῶς εὕρομεν ταῦτα. ὅμως ἡμᾶς πρὸς ὀλίγον φυλάξαντας, ὡς προεῖπον, ἕως οὗ τὰ ἐντελῆ ἴσα ἔλθωσιν, ὁμολογοῦμεν· ὀφείλομεν δὲ αἰτῆσαι γράμμασι ἡμετέροις καὶ τὸν σεβασμιώτατον τῆς ἐκκλησίας Ῥώμης ἐπίσκοπον Βονιφάτιον, ἵνα καὶ αὐτὸς ὁμοίως καταξιώσῃ πρὸς τὰς μνημονευθείσας ἐκκλησίας στεῖλαί τινας, ὀφείλοντας τὰ αὐτὰ ἴσα κατὰ τὰ παρ' αὐτοῦ γραφέντα ἀγαγεῖν. νῦν δὲ τῆς μνημονευθείσης ἐν Νικαίᾳ συνόδου, ἅπερ ἔχομεν ἴσα, τοῖς πεπραγμένοις τούτοις συζεύξωμεν.

Φαυστῖνος ἐπίσκοπος τοποτηρητὴς τοῦ Ῥώμης εἶπεν· οὐδὲν ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη πρόκριμα ποιεῖ τῇ ἐκκλησίᾳ Ῥώμης, εἴτε περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου, εἴτε περὶ ἄλλων· ἐπειδὴ ἠξίωσεν ὁ ἀδελφὸς καὶ συλλειτουργὸς ἡμῶν Ἀλύπιος ἀμφιβόλους εἶναι τοὺς κανόνας· ἀλλὰ ταῦτα πρὸς τὸν ἁγιώτατον καὶ μακαριώτατον Πάπαν ἡμῶν γράψαι καταξιώσατε, ἵνα καὶ οὗτος ὁλοκλήρους τοὺς κανόνας συζητῶν μετὰ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης περὶ πάντων τῶν ὁρισθέντων πρακταίσῃ. ἀρκεῖ γὰρ, ἵνα καθὼς ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη παρ' ἑαυτῇ πρακταίζῃ, οὕτω καὶ αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν συζητήσῃ· μή πως φιλονεικία μεταξὺ τῶν ἐκκλησιῶν τις ἀναφυῇ. ἀλλὰ μᾶλλον ἀδελφικῇ ἀγάπῃ βουλεύσασθαι, ἀντιγράφοντος αὐτοῦ, τί ὀφείλει κρειττιόνως φυλαχθῆναι.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· Ἐκτὸς ὧν προτεθείκαμεν ἐν τοῖς πεπραγμένοις, ἀνάγκη ἐστὶ καὶ γράμμασι τῆς ἡμετέρας βραχύτητος τῷ ἁγιωτάτῳ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ ἡμῶν Βονιφατίῳ πάντα, ὅσα ψηλαφῶμεν, εἰς πλῆρες ἐμφανίσαι· ἐὰν τοίνυν πᾶσιν ἀρέσκει ἡ ἡμετέρα ἐπακολούθησις, μάθωμεν στόματι πάντων.

Σύμπασα ἡ σύνοδος εἶπεν· ἀρέσκει. Ναυᾶτος ἐπίσκοπος τοποτηρητὴς Μαυριτανίας Σιτιφένσης, εἶπεν· Μεμνήμεθα νῦν τοῦτο τὸ κομμονιτώριον περὶ πρεσβυτέρων, ἔτι μὴν διακόνων, περιέχειν, πῶς ὀφείλουσιν ἀπὸ τῶν ἰδίων ἐπισκόπων ἢ ἐκ τῶν ὁμορίων ἀκούεσθαι, ὅπερ ἐν τῇ Νικαέων συνόδῳ οὐδαμῶς ἀνέγνωμεν· διὰ τοῦτο αὐτὸ κελεύσει ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη ἀναγνωσθῆναι.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν. Ἀναγνωσθῇ ἐπὶ τόπου καὶ τοῦτο τὸ ζητούμενον.

Δανιὴλ νοτάριος ἀνέγνω.

Περὶ ἐκκλήτων δὲ κληρικῶν, τοῦτ' ἔστι, τοῦ ἥττονος τόπου, τῆς συνόδου βεβαία ἐστὶν ἀπόκρισις· περὶ ἧς τί μέλλετε πράττειν, ἡγησάμεθα ὀφείλειν ἐναγῆναι, ἐπειδὴ οὕτως λέλεκται).

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ὃ ἔτι κινοῦν με, σιωπῆσαι οὐκ ὀφείλω. ἐάν τις τυχὸν ἐπίσκοπος ὀργίλος, ὅπερ οὐκ ὀφείλει, ταχέως ἢ καὶ τραχέως κινηθεὶς, κατὰ πρεσβυτέρου ἢ διακόνου ἰδίου, ἀφορίσαι τοῦτον τῆς ἰδίας θελήσοι ἐκκλησίας, προνοητέον ἐστὶν, ἵνα μὴ ἀναιτίως κατακριθῇ, ἢ ἀπολέσῃ τὴν κοινωνίαν· ἐχέτω ἐξουσίαν ἐκβληθεὶς προσελθεῖν τοῖς ὁμόροις, ὥστε ἀκουσθῆναι τὴν αἰτίαν αὐτοῦ, καὶ ἐπιμελέστερον ψηλαφηθῆναι.

Faustinus episcopus sedis Romanæ legatus dixit, Nullum vestra sanctitas facit præiudicium Romanæ ecclesiæ, siue de hoc capite, siue de alijs. quandoquidem censuit frater noster & comminister Alypius dubios esse canones. Sed hæc sanctissimo & beatissimo Papæ nostro scribere dignemini, vt & ipse cum vestra sanctitate integros canones conquirens, de omnibus decretis tractet. Sufficit enim, vt quemadmodum vestra sanctitas in seipsa tractat, sic & ipse per seipsum conquirat, ne inter ecclesias aliqua contentio exoriatur: sed potius fraterna dilectione consultetis, eo rescribente, quid debet obseruari.

Aurelius episcopus dixit, Extra ea quæ proposuimus in ijs quæ antè scripta sunt, necesse est literas quoque nostræ exiguitatis, fratri nostro & sacrorum comministro Bonifacio, omnia quæcunque tractamus plenè significare. An ergo nostra placeat consequentia, ex ore omnium discamus.

Vniuersa synodus dixit, Placet. Nouatus episcopus, loci conseruator Mauritaniæ Sitifensis inquit, Meminimus nunc hoc commonitorium de presbyteris, & præterea de diaconis, continere quomodo debent à proprijs episcopis, vel ab ijs qui sunt finitimi, audiri, quod in Nicena synodo nequaquam legimus. Propterea id iubebit vestra sanctitas legi.

Aurelius episcopus dixit, Legatur in loco hoc quoque quod quæritur.

DANIEL NOTARIVS LEGIT:

De appellationibus autem clericorum, hoc est minoris loci, synodi est firma responsio. de qua quid velitis agere existimamus introduci debere, quoniam sic dictum est.

Osius episcopus dixit: Quod me adhuc mouet, tacere non debeo. Si quis fortè iracundus episcopus, quod esse non debet, celeriter, vel etiam asperè motus aduersus presbyterum, vel proprium diaconum, velit eum à propria ecclesia segregare, prouidendum est ne sine causa condemnetur, vel perdat communionem. Qui ergo eiectus est, habeat potestatem accedendi ad finitimos, vt causa eius audiatur & diligētius tractetur.

Ei enim appellanti non debet audientia denegari: quin & ille episcopus, qui eum siue iure, siue iniuria, eiecit, toleranter feret vt res consideretur, & vel confirmetur, vel corrigatur eius sententia, & cetera.

Et his lectis, Augustinus episcopus ecclesiæ Hipponensis Numidiæ regionis dixit: Hoc quoque nos seruaturos profitemur, seruata diligentiori Nicenæ synodi inquisitione.

Aurelius episcopus, Si præterea hoc quoque vobis placet, id responsione omnium vestrûm dilectionis confirmate.

Vniuersa synodus respondit, Omnia quæ in Nicena synodo constituta sunt, nobis omnibus placent.

Iucundus episcopus ecclesiæ Hyphetules, loci conseruator regionis Bysacenæ, dixit, Quod à Nicena synodo constitutum est, nequaquam potest ab vllo subuerti.

Faustinus episcopus Romanæ ecclesiæ loci conseruator dixit: Adhuc ex professione vestræ sanctitatis, partim quidem sancti Alypij, partim verò & fratris nostri Iucundi, quædam credo infirmari, quædam verò confirmari: quod non debet esse dubium, si ipsi canones habeantur. Ergo vt nobis & vobis placet, ad sanctissimum & colendissimum ecclesiæ Romanæ episcopum vestra sanctitas referre æquum censebit vt & ipse, quod sanctissimus Augustinus decernere dignatus est, decernat, & vtrumque posit considerare.

Nam & hoc concedendum est & silendum de appellationibus inferioris gradus. Sin autem de hoc quoque capite adhuc dubium est, æquum est beati throni sedem debere statuere. Si hoc quidem certè admitti, potest in canonibus inueniri.

A Οὐκ ὀφείλει γὰρ αὐτῷ παρακαλοῦντι ἡ ἀκοὴ ἀρνηθῆναι· κἀκεῖνος δὲ ὁ ἐπίσκοπος, ὁ εἴτε δικαίως εἴτε ἀδίκως ἐκβαλὼν αὐτὸν, ἀνεξικάκως δέξεται, ὅπως τὸ πρᾶγμα σκοπηθῇ, καὶ ἢ κυρωθῇ ἢ διορθωθῇ ἡ ψῆφος αὐτοῦ καὶ τὰ λοιπά.

Καὶ τούτων ἀναγνωσθέντων, Αὐγουστῖνος ἐπίσκοπος τῆς ἐκκλησίας Ἱππώνης τῆς Νουμιδικῆς χώρας εἶπεν·

Καὶ τοῦτο ἡμᾶς φυλάξοντας ὁμολογοῦμεν, σωζομένης τῆς ἐπιμελεστέρας ζητήσεως τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου.

B Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπε· ἐὰν ἔτι μὴν καὶ τοῦτο ἀρέσκει, τῇ ἀποκρίσει τῆς πάντων ὑμῶν ἀγάπης βεβαιώσατε.

Σύμπασα ἡ σύνοδος εἶπεν· Πάντα τὰ ἐν τῇ Νικαέων συνόδῳ ὁρισθέντα πᾶσιν ἡμῖν ἀρέσκουσιν.

Ἰουκοῦνδος ἐπίσκοπος τῆς Σουπφετούλης ἐκκλησίας τοποτηρητὴς τῆς Βυζακίνης χώρας εἶπε· τὸ ὁρισθὲν ὑπὸ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου παρατραπῆναι ὑπό τινος οὐδαμῶς δύναται.

C Φαυστῖνος ἐπίσκοπος τοποτηρητὴς τῆς ἐκκλησίας Ῥώμης εἶπεν· ἀκμὴν κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης, τοῦτο μὲν, τοῦ ἁγίου Ἀλυπίου, τοῦτο δὲ, καὶ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν Ἰουκούνδου, τινὰ ἀκυροῦσθαι πιστεύω, τινὰ βεβαιοῦσθαι. ὅπερ οὐκ ὀφείλει ἀμφίβολον εἶναι, ἐχομένων τῶν αὐτῶν κανόνων. τοιγαροῦν ὡς ἀρέσκει καὶ ἡμῖν καὶ ὑμῖν, πρὸς τὸν ἁγιώτατον καὶ σεβασμιώτατον ἐπίσκοπον τῆς ἐκκλησίας Ῥώμης, ἀναγαγεῖν ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη καταξιώσει· ἵνα καὶ αὐτὸς, ὅπερ καὶ ὁ ἁγιώτατος D Αὐγουστῖνος ὁρίσαι κατηξίωσε, σκέψασθαι δυνηθῇ ἑκάτερον· καὶ γὰρ τοῦτο παραχωρητέον ἐστὶ, καὶ σιωπητέον τοῦτ' ἔστι περὶ τῶν ἐγκλήτων τοῦ κατωτέρου βαθμοῦ, ἐὰν ἀκμὴν εἰς ἀμφίβολόν ἐστιν· καὶ περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου δίκαιόν ἐστι τὸν ἐπίσκοπον τοῦ μακαρίου θρόνου ὀφείλειν τυπῶσαι, εἰ μήτοι ἀποδέχεσθαι τοῦτο ἐν τοῖς κανόσιν εὑρεθῆναι δύναται.

SCHOL. BALS. Cùm Faustinus veteris Romæ legatus quæsiuisset, vt de quibusdam ecclesiasticis quæstionibus tractaretur, vt à Papa illi mandatum fuerat, mandauit episcopus Aurelius hoc fieri. Et cùm Daniel notarius commonitoriũ legere cœpisset, dixit episcopus Zosimus vrbis Romæ loci conseruatoribus,

Ἑρμηνεία.

Φαυστίνου τοῦ τοποτηρητοῦ τῆς παλαιᾶς Ῥώμης ζητήσαντος πραγματευθῆναι τινὰ ἐκκλησιαστικὰ ζητήματα κατὰ τὸ ἐντεταλμένον αὐτῷ παρὰ τοῦ Πάπα, ἐπέτρεψεν ὁ ἐπίσκοπος Αὐρήλιος τοῦτο γενέσθαι. καὶ δὴ τοῦ νοταρίου Δανιὴλ ἀρχομένου τὸ κομμονιτώριον ἀναγινώσκειν, εἶπεν ὁ ἐπίσκοπος Ζώσιμος πρὸς τοὺς τοποτηρητὰς τῆς Ῥώμης,

ἐπὶ οὐ λανθάνουσι, τουτέστιν οὐκ ἀγνοοῦνται τὰ ἐν- A
ταλθέντα ὑμῖν παρὰ τοῦ Ἀποστολικοῦ θρόνου,
καὶ ὀφείλουσι ταῦτα ἐξετασθῆναι, ὥσπερ ἐὰν ἡ
σύνοδος κατὰ τὴν Ῥώμην ἐγένετο. ἐπεὶ διὰ
τῆς παρουσίας ὑμῶν τῶν τοποτηρητῶν δοκοῦσι
τὰ τῆς συνόδου ἐκεῖσε τελεῖσθαι. καὶ αὐτίκα
προσετέθη ὁ ε΄. κανὼν τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου,
ὡς ἂν τάχα τῶν ἐν Νικαίᾳ πατέρων· καὶ ἀμ-
φιβολίας γινομένης περὶ τοῦ, εἰ ἔστιν ὁ κανὼν
οὗτος τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου· εἶπεν ὁ ἐπίσκο-
πος Ἀλύπιος, ὡς ἀναγκαῖον μὲν ἐστὶ τοῦτον
φυλάττεσθαι. ἐπεὶ δὲ οὐχ εὑρίσκεται οὗτος ἐν B
ταῖς Ἑλληνικαῖς βίβλοις ταῖς περιεχούσαις τὰ
πεπραγμένα εἰς τὴν κατὰ Νίκαιαν σύνοδον,
παρακαλῶ ὦ Αὐρήλιε γενέσθαι γραφὴν πρὸς
τὸν ἐπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τὸν Α-
λεξανδρείας καὶ τὸν Ἀντιοχείας, ἵνα ψηλαφη-
θῶσι τὰ ἐκεῖσε ὄντα πρωτότυπα πρακτικὰ
τῆς πρώτης συνόδου, ὡς ἐφ' ἀπεκβληθῆναι τὸν
αὐτὸν κανόνα, καὶ διαλυθῆναι τὸ ἀμφίβο-
λον. τὰ μέντοι ἐν τούτῳ δηλούμενα φυλάττε-
σθαι μέχρις ἂν τὸ ἀμφισβητούμενον λυθῇ. τὸ
αὐτὸ δὲ ἤθελε γενέσθαι καὶ παρὰ τοῦ Πάπα Ῥώ- C
μης. οὕτω δὲ τούτων λαληθέντων, ὁ τοποτηρη-
τὴς τῆς Ῥώμης Φαυστῖνος εἶπεν, μηδὲν τὶ ἀπει-
κὸς εἰπεῖν τὸν Ἀλύπιον· καὶ ὁ Πάπας γὰρ ἵνα
θελήσῃ τὴν φιλονεικίαν τῶν ἐκκλησιῶν περιαι-
ρεθῆναι καὶ λυθῆναι. ἤρεσεν οὖν καὶ τῷ ἐπισκόπῳ
Αὐρηλίῳ τοῦτο γενέσθαι, καθὰ καὶ τῇ πάσῃ συνό-
δῳ. μετὰ δὲ τὸ ταῦτα συντελεσθῆναι, ἐζητήθη
παρὰ τοῦ Ναυάτου ἐπισκόπου καὶ τοποτηρητοῦ
Μαυριτανίας, πῶς καὶ παρὰ τίνων ὀφείλουσιν
οἱ κληρικοὶ δικάζεσθαι, κατὰ τῶν κεκριμένων ὑπὸ
τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου ἐκκαλούμενοι. καὶ ἀπεκρί-
νατο ἐπίσκοπός τις ἐπονομαζόμενος Ὅσιος, τὸ ἔτι D
κινοῦν με, σιωπῆσαι οὐκ ὀφείλω, καὶ τὰ ἑξῆς
τοῦ ιδ΄. κανόνος τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου· ἅτινα καὶ
ἐξετέθησαν ἐκεῖσε. καὶ τούτων τοίνυν πρακταθέν-
των, εἶπεν ὁ Αὐγουστῖνος ὀφείλειν καὶ τὸν κανόνα
τοῦτον φυλάττεσθαι, σωζομένης μέντοι τῆς ἐπι-
μελεστέρας ζητήσεως ἤτοι ἐξετάσεως τῆς ἐν Νι-
καίᾳ συνόδου, ὥστε φυλαχθῆναι εἰ τῆς συνόδου
ἐκείνης ἐστί. καὶ οἱ λοιποὶ πατέρες, τὰ ἐν τῇ Νι-
καέων συνόδῳ ὁρισθέντα, πᾶσιν ἀρέσκειν εἶπον, καὶ
ὀφείλειν, εἰς τὸ ἑξῆς τηρεῖσθαι ἀπαρεγχείρητα. ζητεῖ
καὶ τὰ ἐν τῷ ε΄. κανόνι τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου παρ' ἡμῶν γραφέντα.

Non latent, hoc est non ignorantur, quæ vobis à sede Apostolica mandata sunt, & debent ea examinari perinde ac si synodus Romæ fieret. Nam per vestram loci conseruatorum præsentiam videtur synodus illic haberi. & statim propositus est quintus cano Sardic. synodi, vt qui fortè esset Nicenæ synodi. & cùm orta esset dubitatio, an is esset patrum qui Niceæ conuenerunt, dixit episcopus Alypius, quòd necessarium quidem esset eum seruari. Sed quia non inuenitur in libris Græcis, qui continent quæ acta fuerunt in Nicena synodo, suadeo ô Aureli, vt scribatur ad episcopum Constantinopolitanum, Alexandrinum, & Antiochenum, vt consulant quæ illic sunt archetypa primæ synodi, vt non eiiciatur hic canon, & dissoluatur dubium. Quæ autem in eo declarantur, seruentur, donec fuerit solutum dubium: hoc ipsum autem etiam voluit à Romano Papa fieri. His autem sic dictis, Faustinus Romæ loci conseruator dixit, nihil absurdi dixisse Alypium. Nam Papa quoque voluerit ecclesiarum contentionem solui, & resecari. Placuit ergo episcopo quoque Aurelio hoc fieri, sicut & vniuersæ synodo. Postquam autem hæc perfecta sunt, à Nauato episcopo & Mauritaniæ loci conseruatore quæsitum est, quomodo, & à quibus debeant clerici iudicari, & qui ex condemnatis à proprio episcopo appellant, & respondit quidam episcopus, cui nomen erat Osius, Quod me adhuc mouet, tacere non debeo, & cætera, quæ sunt xiiij. can. Sard. syn. quæ etiam illic exposita sunt. His itaque tractatis, dixit Augustinus debere hunc canonem seruari, salua quidem certè diligentiori inquisitione seu examinatione Nicenæ synodi. Reliqui quoque patres, quæ in Nicena synodo constituta sunt, omnibus placere dixerunt, & debere in posterum seruari inuiolabilia. Quæro etiam quæ in quinto canone Sardic. syn. à nobis scripta sunt.

Aurelius episcopus dixit: Quæ olim vestræ dilectioni ostensa sunt à nobis exemplaria eorum quæ in Nicena synodo constituta sunt: sed & quæ à nostris præceptoribus, salutariter secundùm eiusdem synodi formam, & quæ præterea à nobis ordinata sunt, legi & actis inseri admittitis?

Vniuersa synodus dixit: Exemplaria fidei & decreta Nicenæ synodi, quæ olim nobis per Cæcilianum vestræ sanctitatis prædecessorem, præterea & partes, quæ his consequentes hîc constitutæ sunt, & nunc etiam communi consensu à nobis decretæ sunt, in his ecclesiasticis actis insertæ maneant scilicet, quemadmodum antè dictum est, ad venerabiles ecclesiarum episcopos, Antiochenæ, Alexandrinæ, & Constantinopolitanæ, vestra beatitudine dignante scribere: vt verissima Nicenæ synodi exemplaria cum propriarum literarum obsignatione mittant: vt veritate manifestata, hæc capita quæ in commonitorio frater & coëpiscopus noster Faustinus, & compresbyteri Philippus & Asellus, secum attulerunt, vel illic inuenta à nobis confirmentur, vel si non inuenta fuerint, coacta adhuc synodo, de ijs rursus inquiramus.

CONFESSIO FIDEI NICENÆ SYNODI.

Credimus in deum patrem omnipotentem, omnium visibilium & inuisibilium factorem. Et in vnum dominum Iesum Christum filium dei, genitum ex patre, id est ex substantia patris, deum ex deo, lumen de lumine, deum verum de deo vero: genitum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt & quæ in cœlo, & quæ in terra. qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus, & passus est, & resurrexit tertio die, secundum scripturas, & ascendit in cælos, & sedet à dextris patris, & venit iudicatum viuos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, Erat quando non erat, & quòd ex non existentibus factus est, vel ex alia substantia vel essentia esse dicunt, vel mutabilem & alterabilem esse dei filium, eos anathematizat Catholica & Apostolica ecclesia.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· τὰ ἔκπαλαι τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ παρ' ἡμῶν ἐμφανισθέντα ἴσα τῶν ὁρισθέντων τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, νῦν καταδέξασθαι· ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκ τῶν ἡμετέρων καθηγητῶν, κατὰ τὸν τῆς αὐτῆς συνόδου τύπον σωτηριωδῶς· ἔτι μὴν καὶ τὰ νῦν παρ' ἡμῶν ταχθέντα ἀναγνωσθῆναι καὶ τοῖς πεπραγμένοις ἐμβληθῆναι.

Σύμπασα ἡ σύνοδος εἶπεν, τὰ ἴσα τῆς πίστεως, καὶ τοὺς ὅρους τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου τῆς πάλαι πρὸς ἡμᾶς διὰ Καικιλιανοῦ τοῦ προηγητοῦ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης προσενεχθέντας· ἔτι μὴν καὶ ἅπερ τούτοις ἑπόμενα τὰ μέρη ἐνταῦθα κατέστησαν, καὶ νῦν δὲ κοινῇ συζητήσει παρ' ὑμῶν ὡρίσθησαν, τούτοις τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πεπραγμένοις ἐμβληθέντα μείνωσι δηλονότι, καθὼς προλέλεκται πρὸς τοὺς σεβασμίους ἐπισκόπους τῶν ἐκκλησιῶν, Ἀντιοχείας, Ἀλεξανδρείας, καὶ Κωνσταντινουπόλεως, γράψαι καταξιούσης τῆς ὑμετέρας μακαριότητος, ἵνα τὰ ἀληθέστατα ἴσα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου μεθ' ὑποσημειώσεως οἰκείων γραμμάτων ἀποστείλωσιν, ὅπως φανερωθείσης τῆς ἀληθείας, τὰ κεφάλαια ταῦτα, ἅπερ ἐν τῷ κομμονιτωρίῳ ὁ ἀδελφὸς καὶ συνεπίσκοπος ἡμῶν Φαυστῖνος, καὶ οἱ συμπρεσβύτεροι Φίλιππος καὶ Ἄσελλος μεθ' ἑαυτῶν ἤγαγον, ἢ ἐκεῖνα εὑρισκόμενα ἀφ' ἡμῶν κυρωθῶσιν· ἢ ἐὰν μὴ εὑρεθῶσιν, συνηγμένης ἔτι τῆς συνόδου περὶ τούτων ἑξῆς συζητήσωμεν.

Η ΟΜΟΛΟΓΙΑ ΤΗΣ πίστεως τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν· καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, τὸν γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς μονογενῆ, τουτέστιν, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρί. δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο τά τε ἐν οὐρανῷ, τά τε ἐν τῇ γῇ· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα· παθόντα καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, καὶ πάλιν ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. τοὺς δὲ λέγοντας, ἦν ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι, οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἄλλης οὐσίας λέγοντας ἀλλοιωτὸν ἢ τρεπτὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, τούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία.

Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ὅροι τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ἐν εἴκοσι κεφαλαίοις ἀνεγνώσθησαν· ἔπειτα τὰ ἐν ταῖς συνόδοις τῆς Ἀφρικῆς νομοθετηθέντα τοῖς πρόσθεν πεπραγμένοις ἐντεθέμενα γινώσκονται.

Κανὼν α'.

Ὥστε τὰ ἐν τῇ Νικαέων συνόδῳ ὁρισθέντα, παντὶ τρόπῳ διαφυλαχθήσεται.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπε· ταῦτα οὕτως παρ' ἡμῖν ἔχονται τὰ ἴσα τῶν ὁρισθέντων, ἀφ' ὅτε οἱ πατέρες ἡμῶν ἐκ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου μεθ' ἑαυτῶν κατήγαγον, ἧς τὸν τύπον φυλάττοντα τὰ ἑπόμενα καὶ ὁρισθέντα παρ' ἡμῶν βεβαιωθέντα φυλαχθῶσιν.

Ἑρμηνεία.

Ἀναγνωσθέντος τοῦ ἁγίου συμβόλου καθὼς ἐν τῇ πρώτῃ συνόδῳ συνετέθη, ὡσαύτως καὶ τῶν κ'. κανόνων τῆς αὐτῆς συνόδου, πρὸς δὲ, καὶ τῶν ἐν τῇ Ἀφρικῇ νομοθετηθέντων, καὶ διοριζομένων, ἀπαράτρωτα φυλάττεσθαι τὰ κατὰ Νίκαιαν συνοδικῶς πραχθέντα καὶ ἀποφανθέντα, εἶπεν ὁ Αὐρήλιος ὅτι τὰ παρὰ τῶν πατέρων τῆς Ἀφρικῆς μετακομισθέντα ἀπὸ Νικαίας ἴσα τῶν τότε ὁροθετηθέντων, οὕτως ἔχουσιν ὡς ἀνεγνώσθησαν· καὶ ὀφείλουσι κατὰ τὴν τούτων ἀκολουθίαν πραχθῆναι καὶ ὁρισθῆναι, τὰ ἑπομένως λαληθῆναι ὀφείλοντα καὶ βεβαιωθῆναι, ἐφ' ᾧ φυλάττεσθαι καὶ εἰς τὸ ἑξῆς.

Κανὼν β'.

Θέλοντος τοῦ θεοῦ, ἴσῃ ὁμολογίᾳ, ἡ ἐκκλησιαστικὴ πίστις, ἡ δι' ἡμῶν παραδεδομένη ἐν ταύτῃ τῇ ἐνδόξῳ συνελεύσει, πρωτοτύπως ὁμολογητέα ἐστίν· ἔπειτα ἡ ἐκκλησιαστικὴ τάξις μετὰ συναινέσεως ἑκάστου καὶ ὁμοῦ πάντων φυλακτέα ἐστίν. πρὸς βεβαιοτέρας δὲ τὰς τῶν ἀδελφῶν καὶ συνεπισκόπων ἡμῶν τῶν ἔναγχος χειροτονηθέντων διανοίας, ταῦτα δεῖ προσθεῖναι, ἃ παρὰ τῶν πατέρων βεβαίᾳ διατυπώσει παρελάβομεν· ὥστε τῆς Τριάδος, τοῦτ' ἔστι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν ἑνότητα, τὴν μηδεμίαν ἔχειν διαφορὰν γινωσκομένην, ἐν ταῖς ἡμετέραις διανοίαις ἐγκαθιερωθεῖσαν κατέχομεν· καθὼς ἐμάθομεν, οὕτω τοὺς λαοὺς τοῦ θεοῦ διδάξομεν. ὁμοίως ἀπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων τῶν ἔναγχος προαχθέντων ἐλέχθη φανερῶς, οὕτως δεχόμεθα, οὕτω κατέχομεν, οὕτως διδάσκομεν, τῇ πίστει τῇ εὐαγγελικῇ ἅμα τῇ ὑμετέρᾳ διδασκαλίᾳ ἑπόμενοι.

Similiter & decreta Nicenæ synodi in xx. capitibus lecta sunt. Præterea quæ in synodis Africæ constituta, præsentibus actis inserta cognoscuntur.

CANON I.

Quare quæ in Nicena synodo constituta sunt, omnibus modis obseruabuntur.

Aurelius episcopus dixit: Hæc sic à nobis habentur exemplaria eorum quæ definita sunt, quæ tunc patres nostri è Nicena synodo secum detulerunt: cuius typum seruantia ea quæ sequuntur, & à nobis constituta sunt, confirmata seruentur.

SCHOL. BALS. Lecto sancto symbolo, quemadmodum in prima synodo compositum est, similiter & xx. canonibus eiusdem synodi, & iis præterea quę in Africa cōstituta fuerant, & decernentibus illęsa seruari quæ synodaliter acta & pronunciata sunt, dixit Aurelius, quòd exemplaria eorum quæ à patribus Niceæ constituta sunt, sic habent vt lecta sunt, & debent his consequenter agi, & decerni quæ iis consequenter edi debent, & confirmari, vt deinceps quoque seruentur.

CANON II.

Deo volente, æquali confessione ecclesiastica fides per nos tradita, in hac inclyta congregatione primùm est confitenda: ad confirmandas autem fratrum & coepiscoporum nostrorum nuper ordinatorum mentes, hæc adiicere oportet quæ firma constitutione à patribus accepimus. Quare trinitatis, id est patris & filij, & spiritus sancti vnitatem, quæ nullam habere differentiam cognoscitur, in nostris mentibus consecratam detinemus: & sicut didicimus, ita populos Dei docemus. Omnes episcopi dixerunt. Sic suscipimus, sic detinemus, sic docemus, fidem euangelicam simul cum vestra doctrina sequentes.

SCHOL. BALS. Dicunt patres, A in hac congregatione, primùm quidem fidem ecclesiasticam confitemur, scilicet quæ à fidelium ecclesia creditur, quæ per nos scilicet episcopos tradita fuit. Præterea & seruare affirmamus ecclesiasticum ordinem, vnoquoque nostrum ei rei assentiente & simul omnibus. Ad confirmandam autem mentem fratrum nostrorum & coëpiscoporum qui nuper ordinati sunt, adiici oportet quæ à patribus nostris, hoc est ab antiquis episcopis, firma ordinatione, seu vt firmum & certum canonem accepimus. Et statim subiiciunt quæ acceperunt, scilicet de trinitate, quòd trinitas nullam habeat differentiam, pro eo quod est, nihil inter se differunt pater, & filius, & spiritus sanctus, scilicet sine vniuscuiusque proprietatibus: sed vnitas in ipsis significatur, scilicet quòd tres personæ vnum sunt, & substantia, & gloria, & potentia: & sic fidem nostris mentibus consecratam, id est impressam, cognoscimus, inquiunt patres, & sic populos docemus, C quemadmodum docti sumus, euangelicam doctrinam sequentes.

CANON III.

De continentia Aurelius episcopus dixit, In priore synodo de continentia & castitatis modo quærebatur. Placuit vt hi tres gradus, qui vinculo castitatis per consecrationem implicati sunt, episcopi, inquam, presbyteri, & diaconi, vt sanctos episcopos & sacerdotes Dei, & Leuitas, & diuinis sacrificiis ministrantes decet, sint in omnibus continentes, vt possint quod à Deo petunt, assequi: vt quod per Apostolos etiam ab ipsa antiquitate seruatum est, nos quoque similiter seruemus.

SCHOL. BALS. Hic canon vult omnem exercere virtutem qui sancta mysteria contrectant, scilicet episcopos, sacerdotes, & diaconos: & esse continentes, non per solam temperantiam, sed in omni facto & opere. Sic enim, inquit, à Deo exaudientur pro populo precantes,

Ἑρμηνεία.

Φασὶν οἱ τῆς συνόδου, ὅτι ἐν τῇ συνελεύσει ταύτῃ πρῶτον μὲν ὁμολογοῦμεν τὴν ἐκκλησιαστικὴν πίστιν, ἤγουν τὴν παρὰ τῶν πιστῶν ἐκκλησίας δοξαζομένην, ἥτις δι' ἡμῶν τῶν ἐπισκόπων δηλαδὴ παραδέδοται. ἔπειτα φυλάττειν κατατιθέμεθα τὴν ἐκκλησιαστικὴν τάξιν, εἰς τοῦτο ἑκάστου ἡμῶν συναινοῦντος καὶ ὁμοῦ πάντων. πρὸς δὲ βεβαίωσιν τῆς διανοίας τῶν πρὸ ὀλίγου χειροτονηθέντων ἀδελφῶν ἡμῶν καὶ ἐπισκόπων, προσθεῖναι δεῖ, ἃ παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν πατέρων, B τουτέστι τῶν ἀρχαίων ἐπισκόπων, βεβαίᾳ διατυπώσει, ἤγουν ὡς κανόνα βέβαιον καὶ ἀσφαλῆ παρελάβομεν. καὶ αὐτίκα ἐπάγουσιν ἃ παρέλαβον, ἤτοι τὰ περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, ὅτι οὐδεμίαν διαφορὰν ἔχει ἡ ἁγία τριὰς, ἀντὶ τοῦ κατ' οὐδὲν ἀλλήλων διαφέρουσιν ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἄνευ δηλονότι τῶν ἑκάστου ἰδιοτήτων, ἀλλ' ἑνότης γινώσκεται ἐν αὐτοῖς, ἤγουν ὅτι ἕν εἰσι τὰ τρία πρόσωπα, κατά τε οὐσίαν καὶ δόξαν καὶ δύναμιν. καὶ οὕτω τὴν πίστιν ταῖς ἡμετέραις διανοίαις καθιερωθεῖσαν, ἤγουν ἐντυπωθεῖσαν, ἀφοσιωθεῖσαν γινώσκομεν, φασὶν οἱ τῆς συνόδου, καὶ οὕτω διδάσκομεν τοὺς λαοὺς καθὼς ἐδιδάχθημεν, τῇ εὐαγγελικῇ διδασκαλίᾳ ἑπόμενοι.

Κανὼν γ'.

Περὶ ἐγκρατείας Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐν τῇ παρελθούσῃ συνόδῳ ὡς περὶ ῥυθμοῦ ἐγκρατείας καὶ ἁγνείας ἐζητεῖτο. ἤρεσεν, ὥστε τοὺς τρεῖς βαθμοὺς τούτους τοὺς συνδέσμῳ τινὶ ἁγνείας διὰ τῆς καθιερώσεως συμπεπλεγμένους (φημὶ δὴ ἐπισκόπους, πρεσβυτέρους καὶ διακόνους) ὡς πρέπει ὁσίοις ἐπισκόποις καὶ ἱερεῦσι θεοῦ καὶ Λευΐ- D ταις καὶ ὑπουργοῦσι θείοις καθιερώμασιν, ἐγκρατεῖς εἶναι ἐν πᾶσιν· ὅπως δυνηθῶσιν ὃ παρὰ τοῦ θεοῦ ἁπλῶς αἰτοῦσιν, ἐπιτυχεῖν· ἵνα καὶ τὸ διὰ τῶν ἀποστόλων παραδοθὲν, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς ἀρχαιότητος κρατηθὲν, καὶ ἡμεῖς ὁμοίως φυλάξωμεν.

Ἑρμηνεία.

Ὁ κανὼν οὗτος, πάσης ἐργάτας ἀρετῆς εἶναι θέλει τοὺς τὰ ἅγια μυστήρια μεταχειριζομένους, ἤγουν ἐπισκόπους, ἱερεῖς, καὶ διακόνους, καὶ ἐγκρατεῖς εἶναι μὴ διὰ μόνης σωφροσύνης, ἀλλὰ καὶ διὰ παντὸς ἔργου καὶ πράγματος. οὕτω γάρ φησιν εἰσακουσθήσονται παρὰ τοῦ θεοῦ εὐχόμενοι ὑπὲρ τοῦ λαοῦ,

καὶ

καὶ πληροφορήσουσι φυλάττειν τὰ παραδοθέντα ὑπὸ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ ὑπὸ τῆς ἀρχαίας ἀγράφου ἐκκλησιαστικῆς ἀκολουθίας.

A & reuera ostendent se ea seruare quę à sanctis Apostolis tradita sunt, & ab antiqua, literis non tradita, ecclesiastica consuetudine.

Κανὼν δ'.

Περὶ διαφόρων τάξεων ὀφειλουσῶν ἀπέχεσθαι γυναικῶν, Φαυστῖνος ἐπίσκοπος Πικένου τῆς Ποτεντίνης χώρας, ὑποτηρητὴς τῆς ἐκκλησίας Ῥώμης, εἶπεν· ἀρέσκει ἵνα ἐπίσκοπος καὶ πρεσβύτερος καὶ διάκονος καὶ πάντες οἱ τὰ ἱερὰ ψηλαφῶντες τῆς σωφροσύνης φύλακες γυναικῶν ἀπέχωνται.

CANON IIII.

De diuersis ordinibus, qui debent à mulieribus abstinere, Faustinus episcopus dixit, Placet vt episcopus, & presbyter, & diaconus, & omnes qui sacra contrectant, temperantiæ custodes, à fœminis abstineant. Ab omnibus episcopis dictum est, Placet vt omnes seruent continentiam, qui altari assident seu seruiunt.

Dist. 13. Episcopos:

Ἑρμηνεία.

Ὁ μὲν πρὸ τούτου κανὼν, περὶ ἐγκρατείας διελέχθη τῶν ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, οὗτος δὲ ἰδικώτερον, περὶ σωφροσύνης καὶ ἀποχῆς γυναικῶν. ἐκ τούτων δὲ τῶν κανόνων, μάλιστα δὲ τοῦ παρόντος, οἱ ἐν Ῥώμῃ καὶ ὅσοι ἐκείνοις ὁμογνώμονες, δοξάζουσι μηδὲ τοὺς πρεσβυτέρους ἢ διακόνους χρῆναι νομίμως γυναιξὶ συνομιλεῖν, ἀλλ' ἀζύγους εἶναι. σφάλλονται δὲ κἂν τούτῳ ὥσπερ καὶ ἐν ἑτέροις. ὁ γὰρ πέμπτος κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἐπίσκοπος φησὶν ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα μὴ ἐκβαλλέτω προφάσει εὐλαβείας. καὶ ἴσως ἐρεῖ τις, ὅτι καὶ παρ' ἡμῖν οἱ ἐπίσκοποι γυναῖκας οὐκ ἔχουσιν· ἀλλὰ τοῦτο, τοῖς τῆς λεγομένης ἕκτης συνόδου πατράσι νενομοθέτηται, λέγουσιν ἐν τῷ ιβ'. κανόνι, ὡς οὐκ ἐναντιούμενοι τοῖς παρὰ τῶν ἀποστόλων ὁρισθεῖσι, τοῦτο φαμὲν, ἀλλὰ τῆς σωτηρίας καὶ τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον προκοπῆς τῶν λαῶν προμηθούμενοι, καὶ τοῦ μὴ δοῦναι μῶμόν τινα κατὰ τῆς ἱερατικῆς καταστάσεως. ἡ δὲ αὐτὴ σύνοδος ἐν ιγ'. κανόνι, τόν τε παρόντα κανόνα ἡρμήνευσε, λέγουσα τοὺς πρεσβυτέρους καὶ διακόνους ἢ ὑποδιακόνους ἀποστερεῖν τῆς πρὸς νόμιμον γυναῖκα συναφείας καὶ κοινωνίας, καθαιρεῖσθαι. καὶ ὁ ἑβδομηκοστὸς δὲ κανὼν τῆς παρούσης συνόδου, ἐλέγχει τοὺς Λατίνους περὶ τούτου κακῶς φρονοῦντας. λέγει γὰρ, ἤρεσεν ὥστε τοὺς πρεσβυτέρους καὶ διακόνους καὶ ἐπισκόπους κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους, καὶ ἐκ τῶν ἰδίων ἔτι μὲν ἀπέχεσθαι γυναικῶν·

B SCHOL. BALS. Præcedens quidem canon disseruit de continentia episcoporum, presbyterorum, & diaconorum. Hic verò specialiùs de temperantia & abstinentia à fœminis. Ex his autem canonibus, & maximè præsenti, Romani, & quotquot sunt eiusdem cum illis sententiæ, opinantur, ne presbyteros quidem, vel diaconos posse cum vxoribus coniungi, sed eos coniugij expertes remanere debere: falluntur autem etiam in hoc quemadmodum C & in aliis. Quintus enim canon sanctorum Apostolorum, Episcopus, inquit, vel presbyter, vel diaconus suam vxorem pietatis prætextu ne eiiciat. Et fortasse dicet quispiam, quòd etiam qui sunt apud nos episcopi, vxores non habent. Sed hoc constitutum est à patribus sextæ, quę dicitur, synodi, dicentibus in xij. canone, Non repugnantes iis quæ ab Apostolis constituta sunt, hoc dicimus, sed salutis, & ad meliora progressionis populorum curam gerentes, & ne detur occasio reprehendēdi sacerdotalem constitutionem. D Eadem autem synodus in xiij. canone præsentem canonem interpretatur dicens, A presbyteris, & diaconis, vel subdiaconis, vt à propriis vxoribus abstineant, exigi tempore contrectationis sanctorum mysteriorum: & subiungens, Quòd si quis ausus fuerit presbyteros, vel diaconos, vel subdiaconos, legitima vxoris coniunctione & societate priuare, deponatur. Canon quoque lxx. præsentis synodi conuincit Latinos de hac re malè sentire. Dicit enim, Placuit vt presbyteri & diaconi & episcopi secundùm proprios terminos etiam à suis vxoribus abstineant:

Vt ex hoc ostendatur, & presbyteros, & diaconos, & episcopos, cum mulieribus vixisse: nec prohibuit eis synodus cum ipsis consuetudinem, nisi secundùm proprios terminos, id est, in præstitutis vniuscuiusque vicis diebus.

CANON V.

De auaritia Aurelius episcopus dixit, Auaritiæ cupiditatem, quam omnium malorum matrem nemo esse dubitat, reprimere opus est, vt non alienis terminis vtatur, neque vt vlli omnino clerico liceat, ex quauis re vsuram accipere: & quæ recens quidem relata obscura sunt, & omnino latent, à nobis considerata, typicè decernentur. De quibus autem diuina scriptura apertissimè constituit, ea non decerni, sed illa potiùs sequi oportet. Consequenter enim quod est in laicis reprehendendum, multo magis debet in clericis condemnari. Vniuersa synodus dixit, Nemo aduersus prophetas, nemo aduersus euangelia sine periculo fecit.

SCHOL. BALS. Quadragesimus quartus canon sanctorum Apostolorum, & iiij. Laodicenæ, auersantur clericos qui vsuras accipiunt. xvij. autem canon j syn. subiicit eos depositioni. Hos ergo canones, patres, terminos vocantes, & auaritiam, ac turpe lucrum, vsurarum acceptionem nominantes, statuerunt non oportere transgredi terminos patrum siue canonas, nec clericos ex re qualibet vsuras accipere: scilicet, nec ex pecunia mutuo data, nec ex frumento commodato, nec ex vlla alia specie. Adiecerunt autem, quòd quæ recèns quidem lata seu decreta sunt, ea sunt obscura & euanida, vt quæ ignorentur. De quibus autem diuina scriptura constituit, seu legem tulit, non oportet decernere, sed ea potiùs quę decreta sunt, sequi. Diuinā autem scripturam sacros canones nominant, & dicta scripturæ, vt, Non dabis fratri tuo pecuniam ad vsuram: &, Pecuniam suam non dedit ad vsuram, & quæ sunt huiusmodi. Deinde probant, quomodo turpe est & indecorum, iis qui sunt sacris initiati, fœnerari: & dicunt, Quòd si in laicis quidem est reprehēdēdum, hoc est, vituperandum,

ὡς ἐντεῦθεν δείκνυσθαι ὅτι καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ ἐπίσκοποι καὶ οἱ διάκονοι, γυναιξὶ συνεβίουν. καὶ οὐκ ἀπηγόρευσεν αὐτοῖς ἡ σύνοδος τὴν πρὸς αὐτὰς ὁμιλίαν, εἰ μὴ κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους, τουτέστι κατὰ τὰς ὡρισμένας ἡμέρας τῆς ἑκάστου ἐφημερίας.

Κανὼν ε'.

Περὶ ἀπληστίας Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· τὴν τῆς ἀπληστίας ἐπιθυμίαν, ἣν πάντων τῶν κακῶν μητέρα εἶναι οὐδεὶς ἀμφιβάλλει, δέον ἐπέχειν· ἵνα μήτις τοῖς ἀλλοτρίοις ὅροις κατακέχρηται, μηδὲ ἵνα διὰ κέρδος τοὺς τῶν πατέρων ὅρους τὶς ὑπερβαίνῃ· μηδὲ ἵνα παντελῶς τινὶ κληρικῷ ἐξὸν εἴη ἀπὸ οἱουδήποτε πράγματος τόκον λαβεῖν. καὶ τὰ μὲν νεωστὶ ἀνενεχθέντα ἀμαυρὰ ὄντα, καὶ καθόλου λανθάνοντα σκοπούμενα παρ᾽ ἡμῶν τυπωθήσονται. περὶ δὲ ὧν φανερώτατα ἡ θεία γραφὴ ἐθέσπισεν, οὐ δεῖ ψηφίζεσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον ἕπεσθαι. ἀκολούθως γὰρ τὸ ἐν λαϊκοῖς ἐπιλήψιμον, πολλῷ μᾶλλον ἐν κληρικοῖς ὀφείλει καταδικάζεσθαι. σύμπασα ἡ σύνοδος εἶπεν· οὐδεὶς κατὰ τῶν προφητῶν, οὐδεὶς κατὰ τῶν εὐαγγελίων, χωρὶς κινδύνου ἐποίησεν.

Ἑρμηνεία.

Ὁ μὲν μδ'. κανὼν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, καὶ ὁ δ'. τῆς ἐν Λαοδικείᾳ, ἀποτρέπουσι τόκους λαμβάνειν τοὺς κληρικούς. ὁ δὲ ιζ' κανὼν τῆς α'. συνόδου καθαιρέσει καθυποβάλλει αὐτούς. τούτους οὖν τοὺς κανόνας, ὅρους καλέσαντες οἱ πατέρες, καὶ ἀπληστίαν, καὶ αἰσχροκέρδειαν τὴν τῶν τόκων λῆψιν κατονομάσαντες, διωρίσαντο μὴ ὑπερβαίνειν τοὺς τῶν πατέρων ὅρους, ἤγουν τοὺς κανόνας, καὶ λαμβάνειν τόκους κληρικὸν ἀφ᾽ οἱουδήτινος πράγματος, ἤγουν μήτε ἀπὸ δανεικῶν νομισμάτων, μήτε ἀπὸ δανείου σίτου, ἢ ἑτέρου εἴδους τινός. προσέθεντο δὲ ὅτι τὰ μὲν νεωστὶ ἀνενεχθέντα ἤγουν τυπωθέντα, ἀσαφῆ καὶ σκοτεινά εἰσιν, ὡς ἀγνοούμενα. περὶ ὧν δὲ ἡ θεία γραφὴ ἐθέσπισεν ἤτοι ἐνομοθέτησεν, οὐ δεῖ ψηφίζεσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον ἀκολουθεῖν τοῖς νενομοθετημένοις· θείαν δὲ γραφὴν, τούς τε ἱεροὺς κανόνας ὠνόμασαν, καὶ τὰς γραφικὰς ῥήσεις, οἷον τό, οὐκ ἐκτοκιεῖς τὸ ἀργύριόν σου τῷ ἀδελφῷ σου. τὸ, τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ, καὶ ὅσα τοιαῦτα. εἶτα κατασκευάζουσι, πῶς ἄτοπόν ἐστι καὶ αἰσχρὸν τὸ δανείζειν ἐπὶ τόκοις ἱερωμένους. καὶ φασὶν ὅτι, ὅπερ ἐν λαϊκοῖς ἐπιλήψιμόν ἐστι, τουτέστι, ψεκτὸν καὶ διαβαλλόμενον,

ἀκολούθως ἐν κληρικοῖς, πολλῷ μᾶλλον ὀφείλει καταδικάζεσθαι. πρὸς ταῦτα ἡ σύνοδος εἶπεν,

Οὐδεὶς κατὰ τῶν προφητῶν, οὐδεὶς κατὰ τοῦ εὐαγγελίου, χωρὶς κινδύνου ἐποίησεν. Ἑρμηνεία. Ἤγουν ὅτι ἐπεὶ καὶ τῇ παλαιοτέρᾳ γραφῇ (ταύτην γὰρ διὰ τῶν προφητῶν ἐμήνυσαν) καὶ τῇ νέᾳ, (ἣν διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἐνέφηναν) ἀποτετραμμένον ἐστὶ τὸ τοκίζειν, οὐδεὶς ποιῶν τὰ ἀπηγορευμένα αὐταῖς, ἐκφεύξεται τὸν κίνδυνον. κινδυνεύσει γὰρ περὶ τὴν οἰκείαν ἐπιτιμίαν, τουτέστι καθαιρεθήσεται.

A consequenter in clericis debet multo magis condemnari. Ad hæc synodus dixit, Nemo aduersus prophetas, nemo aduersus euangelium sine periculo fecit: id est, quoniam & veteri testamento (id enim per prophetas significabant:) & nouo (quod per euangelium ostendebant) prohibitum est fœnerare: nemo qui ea facit quæ sunt illis prohibita, periculum effugerit. In pœnæ enim periculum vocabitur, id est, deponetur.

Κανὼν ϛʹ.

Ὥστε χρίσμα ἀπὸ πρεσβυτέρων μὴ γίνεσθαι. Φορτουνᾶτος ἐπίσκοπος εἶπεν, ἐν ταῖς παρελθούσαις συνόδοις μεμνήμεθα ὁρισθέντα, ὥστε χρίσμα ἢ καταλλαγὴν μετανοούντων ἢ κορῶν καθιέρωσιν ἀπὸ πρεσβυτέρων μὴ γίνεσθαι. ἐὰν δέ τις ἀναφυῇ τοῦτο πράττων, τί δεῖ περὶ τούτου ὁρίσαι; Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπε· τὸ ὑμέτερον ἀξίωμα ἤκουσεν, τὸ ἀνενεχθὲν παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Φορτουνάτου· τί πρὸς ταῦτα λέγετε; ἀπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη, χρίσματος ποίησις, καὶ κορῶν καθιέρωσις, ἀπὸ πρεσβυτέρων μὴ γίνηται· μήτε δὲ καταλλάξαι τινὰ εἰς δημοσίαν λειτουργίαν πρεσβυτέρῳ ἐξεῖναι, τοῦτο πᾶσιν ἀρέσκει.

Ἑρμηνεία.

Χρίσματος ποίησις ἐστὶν, ἡ τοῦ ἁγίου μύρου τελετή. καταλλαγὴ μετανοούντων, τὸ δέχεσθαι λογισμοὺς ἁμαρτανόντων, καὶ λύειν τοὺς ἴσως ἐπιτιμηθέντας, ἐκ τοῦ ἐπιτιμίου. καταλλάσσει γὰρ τούτους ὁ ψυχικὸς ἰατρὸς μετὰ τοῦ θεοῦ, διὰ τῆς μετανοίας καὶ τῆς πρὸς τὸ κρεῖττον ἐπιστροφῆς. κορῶν δὲ καθιέρωσις, οὐχὶ διακονισσῶν χειροθεσία ἐστὶν, ἀλλ' ἔθος ἦν, κόρας προσάγεσθαι τῇ ἐκκλησίᾳ παρθενίαν ὁμολογούσας, καὶ ταύτας οἱ ἐπίσκοποι δι' εὐχῶν καθιέρουν, ὡς ἀνατεθείσας τῷ θεῷ, καὶ ἐκεῖνοι ἐφρόντιζον τῆς φυλακῆς αὐτῶν καθὼς δηλοῦται ἀπὸ τοῦ μδʹ. κανόνος τῆς παρούσης συνόδου. ταῦτα οὖν γίνεσθαι παρὰ πρεσβυτέρων ἡ σύνοδος ἀπηγόρευσεν. ὥσπερ καὶ τὴν τῶν ναῶν καθιέρωσιν· καὶ δέδωκε τὴν ἐξουσίαν αὐτῶν τοῖς ἀρχιερεῦσι. τὸ δὲ καταλλάξαι εἰς δημοσίαν λειτουργίαν, τοιοῦτον ἐστίν. οἱ ἐπιτιμηθέντες,

B CANON VI.

Vt Chrisma à presbyteris non fiat. Fortunatus episcopus dixit, In prioribus synodis hæc fuisse constituta meminimus, vt Chrisma, vel eorum qui pœnitentiam agunt reconciliatio, vel puellarum & templorum consecratio, à presbytero non fiat. Si quis autem hoc agens apparuerit, quid de eo statuere oportet? Aurelius episcopus dixit, Dignitas vestra audiuit, quid à fratre, & nostro in sacris comministro Fortunato prolatum est, quid ad ea dicitis? Ab omnibus episcopis dictum est, Chrismatis confectio, & puellarum consecratio, à presbyteris ne C *fiat: nec aliquem reconciliare in publico rei sacræ ministerio presbytero liceat, hoc omnibus placet.*

Dist. xxij. Si iubet sanctitas vestra.

SCHOL. BALS. Chrismatis confectio, est sancti vnguenti mystica peractio. Reconciliatio eorum qui pœnitentiam agunt, est eorum qui peccāt, supputationes audire, & eos à pœna soluere quibus pœna fortè iniuncta est. Medicus enim animæ eos cum Deo conciliat, per pœnitentiam, & conuersionem ad id quod est melius. Puellarum autem conse- D cratio, non est diaconissarum per manuum impositionem ordinatio: sed mos erat puellas ad ecclesiam adduci virginitatem profitentes, & eas episcopi per preces consecrabant vt Deo dedicatas, & illi earum custodiæ curam gerebant. Vt ex xliiij. canone præsentis synodi declaratur. Hæc ergo à presbyteris fieri prohibuit synodus: quemadmodum & templorum consecrationem: & dedit eorum facultatem antistitibus. Illud autem, conciliare in publico rei sacræ ministerio, est eiusmodi. Ij quibus pœna, quæ alias pœnitentia dicitur, iniuncta est,

& ab ecclesia arceantur, non permittuntur cum fidelibus consistere: sed per se Deum laudare non prohibentur. Quando autem à pœna absoluti fuerint, tunc consistunt cum fidelibus: & publicè seu palam Deum cum populo laudant. Lege & xxxvij. can. præsentis synodi: nec tibi videatur repugnare lij. canon Apostolicus, qui dicit episcopos & presbyteros suscipere eos qui conuertuntur. Quare nota, quòd qui sine episcopali permissione hominum confessiones excipiunt, sacrati monachi, malè faciunt. multò autem magis profani. Ij enim nec cum permissione episcopi possunt tale quidquam exercere. Et ideo synodalis quoque declaratio facta est ex supplicatione partis venerabilis monasterij Euergetidis, quòd quoniam statutum monasterij decernit eius præfectum monachorum confessiones auditurum, profano autem non permittitur confessiones excipere, necessariò sequitur præfectum esse sacerdotem. Præfecti autem, vt sæpe diximus, homines profani fiunt. Nam & mulieres quoque monasteriis præficiuntur, sed hominum confessiones non audiunt. His ita se habentibus, dicunt aliqui, quòd quoniam ab antistitibus fit puellarum consecratio, non licebit monasterij præfecto, qui est sacratus, vel, vt semel dicam, sacerdoti monacho, quemuis monachum tondere sine episcopali permissione. Idem enim est puellarum consecratio, & monachorum tonsura. Mihi autem videtur sacerdotes præfectos posse citra vllum impedimentum tondere, etiam sine episcopali permissione. Si enim xiiij. can. vij. synodi permittit monasterij præfecto etiam lectoris characterem facere absque scientia episcopi, in proprio monasterio, multo magis ei tondere permisit. Et lege quæ in eo ipso xiiij. can scripta sunt. Qui autē sunt simpliciter sacerdotes monachi, debent facere tonsuras cum scientia episcopi propter præsentem canonem. nisi quis fortè hoc quoque velit fieri sola monachi sacerdotis voluntate ex longa consuetudine, quæ & canone & lege fuit potentior.

καὶ τῆς ἐκκλησίας εἰργόμενοι, οὐ παραχωροῦνται συνίστασθαι μετὰ τῶν πιστῶν· καθ' ἑαυτοὺς δὲ ὑμνεῖν τὸν θεὸν οὐ κωλύονται. ὅτε δὲ τῆς ἐπιτιμίας λυθῶσι, τότε συνίστανται τοῖς πιστοῖς· καὶ δημοσίᾳ ἤγουν φανερῶς ὑμνοῦσι τὸν θεὸν μετὰ τοῦ δήμου. ἀνάγνωθι καὶ τὸν μγ'. κανόνα τῆς παρούσης συνόδου· καὶ μὴ ἐναντιωθῇ σοι ὁ νβ'. ἀποστολικὸς κανὼν, λέγων τοὺς ἐπισκόπους καὶ τοὺς πρεσβυτέρους δέχεσθαι τοὺς ἐπιστρέφοντας. ἀλλ' εἶπε καὶ τούτοις τοὺς πρεσβυτέρους κατὰ προτροπὴν τῶν ἐπισκόπων, δέχεσθαι τοὺς μετανοοῦντας. ὥστε σημείωσαι ὅτι οἱ χωρὶς ἐπιτροπῆς ἐπισκοπικῆς δεχόμενοι λογισμοὺς ἀνθρώπων ἱερωμένοι μοναχοὶ, κακῶς· πολλῷ δὲ πλέον οἱ ἀνίεροι. οὗτοι γὰρ οὐδὲ μετὰ προτροπῆς ἐπισκοπικῆς δύνανται τοιοῦτόν τι ἐνεργῆσαι. διὸ καὶ σημείωμα γέγονε συνοδικὸν τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου κυροῦ Θεοδοσίου ἐκ προσελεύσεως τοῦ μέρους τῆς σεβασμίας μονῆς τῆς Εὐεργέτιδος, ὡς ἐπεὶ τὸ τυπικὸν τῆς τοιαύτης μονῆς διορίζεται δέχεσθαι τὸν κατὰ καιροὺς καθηγούμενον αὐτῆς τοὺς λογισμοὺς τῶν μοναχῶν, οὐκ ἔξεστι δὲ ἀνιέρῳ δέχεσθαι λογισμοὺς, ἐξ ἀνάγκης ἕπεται τὸ εἶναι τὸν καθηγούμενον ἱερέα. ἡγούμενοι δὲ, ὡς πολλάκις εἴπομεν, ἀνίεροι γίνονται. ὅτι καὶ γυναῖκες ἡγουμενεύουσι μὲν, λογισμοὺς δὲ ἀνθρώπων οὐ δέχονται. τούτων οὕτως ἐχόντων, λέγουσί τινες, ὡς ἐπεὶ παρὰ ἀρχιερέων ἡ τῶν κορῶν καθιέρωσις γίνεται, οὐκ ἔσται ἐπ' ἀδείας ἱερωμένῳ καθηγουμένῳ ἢ ἁπλῶς ἱερεῖ μοναχῷ, ἀποκείρειν οἱονδήτινα μοναχὸν χωρὶς ἐπισκοπικῆς ἐπιτροπῆς. ταὐτὸν γάρ ἐστιν ἡ τῶν κορῶν καθιέρωσις, καὶ ἡ τῶν μοναχῶν ἀπόκαρσις. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ἀπαρεμποδίστως τοὺς ἱερεῖς καθηγουμένους ἀποκείρειν καὶ δίχα ἐπιτροπῆς ἐπισκοπικῆς. εἰ γὰρ ὁ ιδ'. κανὼν τῆς ζ'. συνόδου, ἐκχωρεῖ τῷ καθηγουμένῳ καὶ σφραγισθέντα ἀναγνώστην ποιεῖν εἰς τὴν οἰκείαν μονὴν, πολλῷ πλέον ἐξεχώρησεν αὐτῷ τὴν ἀπόκαρσιν. καὶ ἀνάγνωθι τὰ ἐν τῷ αὐτῷ ιδ'. κανόνι γραφέντα. οἱ δὲ ἁπλῶς ἱερεῖς μοναχοὶ, ὀφείλουσι τὰς ἀποκάρσεις ποιεῖν μετὰ εἰδήσεως ἐπισκοπικῆς διὰ τὸν παρόντα κανόνα· εἰ μήπου τις καὶ τοῦτο θελήσει γίνεσθαι κατὰ μόνην τοῦ μοναχοῦ ἱερέως θέλησιν, ἀπὸ τῆς μακρᾶς συνηθείας τῆς ἀντὶ νόμου καὶ κανόνος κρατούσης.

Κανὼν ζʹ.

Περὶ τῆς τῶν ἐν κινδύνῳ καθεστώτων καταλλαγῆς, Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐάν τις ἐν κινδύνῳ καθεστὼς αἰτήσῃ ἑαυτὸν καταλλαγῆναι τοῖς ἱεροῖς θυσιαστηρίοις τοῦ ἐπισκόπου ἀπόντος, ὀφείλει εἰκότως ὁ πρεσβύτερος ἐρωτῆσαι τὸν ἐπίσκοπον, καὶ οὕτως τὸν ἐν κινδύνῳ καταλλάξαι κατὰ τὴν ἐκείνου παραγγελίαν. τοῦτο δὲ τὸ πρᾶγμα ὀφείλομεν σωτηριώδει βουλῇ κυρῶσαι. ἀπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη, ἀρκεῖ ὅπερ ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη ἀναγκαίως ἡμᾶς ὠφελῆσαι κατηξίωσεν.

Ερμήνεια.

Καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ἐναργῶς ἀναφαίνεται, μὴ ἐξεῖναι τοῖς ἱερεῦσιν ἐξομολογήσεις ἀνθρώπων ἀναδέχεσθαι, καὶ συγχωρεῖν ἁμαρτίας χωρὶς ἐπισκοπικῆς ἐπιτροπῆς. Φησὶ γάρ, ἐὰν κινδυνεύῃ τις περὶ τὴν ζωήν, καὶ ζητήσῃ καταλλαγῆναι, ἤγουν παραχωρηθῆναι, εἰς μετάληψιν τῶν ἁγίων ἁγιασμάτων μετὰ ἐξομολόγησιν (ἄπεστι δὲ ὁ ἐπίσκοπος) οὐ δύναται ἱερεὺς καταλλάξαι τοῦτον· ἀλλ' ὀφείλει ἐρωτᾶν τὸν ἐπίσκοπον τὸν ἐπέχοντα τόπον ἀποστόλου, καὶ λαβόντα ἐξουσίαν ἀπὸ θεοῦ δεσμεῖν τε καὶ λύειν, καὶ μετὰ παρεπιτροπῆς αὐτοῦ ποιεῖν τὴν καταλλαγήν, ἐὰν τέως ἐστὶν εὐχερὲς γενέσθαι τὴν ἐρώτησιν. Εἰ γὰρ ἄπεστι μακρὰν ὁ ἐπίσκοπος, καὶ ὁ θάνατος ἐφίσταται, καὶ χωρὶς τοῦ ἐρωτηθῆναι τὸν ἐπίσκοπον, δοθήσεται καταλλαγὴ παρὰ τοῦ ἱερέως, κατὰ τὸν μγʹ. κανόνα τῆς παρούσης συνόδου. Εἰ γοῦν οὐδὲ ἐπιτελεύτιον καταλλαγὴν χωρὶς ἐπισκοπικῆς ἐπιτροπῆς ὁ ἱερεὺς δίδωσι, ὡς μηδὲ ἐξουσίαν ἔχων τοῦ δεσμεῖν καὶ λύειν, πολλῷ πλέον ἐξομολόγησιν οὐ δέξεται ὑγιαινόντος. τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, καὶ τοῦ ϛʹ. κανόνος μὴ παρακελευσαμένου τί ὀφείλει γίνεσθαι εἰς τὸν ἱερέα τὸν δίχα ἐπιτροπῆς ἐπισκόπου δεξάμενον λογισμούς, κατὰ τὴν ἐρώτησιν τοῦ Φουρτουνάτου, ἀλλὰ μηδὲ τοῦ παρόντος κανόνος περὶ τούτου τι διορίζομένου, εἶπον τινὲς παρὰ τῇ ἐπισκοπῇ διακεῖσθαι ἀνακεῖσθαι τὴν κόλασιν τοῦ παραβάτου τοῦ κανόνος. ὁ δὲ ἁγιώτατος ἐκεῖνος πατριάρχης κυρὸς Μιχαὴλ ὁ γεγονὼς ὕπατος τῶν φιλοσόφων, ἔλεγεν ὀφείλειν καθαιρεῖσθαι τὸν τοιοῦτον ἱερέα, κατὰ τοὺς κανόνας τοὺς διορίζομένους καθαιρεῖσθαι τοὺς παρὰ ἐνορίαν ἐνεργοῦντας ἱερατικόν τι, καὶ τοὺς παραβάτας τῶν κανόνων.

Canon VII.

De reconciliatione eorum qui sunt in periculo: Aurelius episcopus dixit, Si quis in periculo constitutus petiuerit seipsum reconciliari sacris altaribus, absente episcopo, iure debet presbyter consulere episcopum, & sic eum qui est in periculo eius præcepto reconciliare. Hanc rem autem debemus salutari consilio confirmare. Vniuersa synodus dixit: Sufficit, quod vestra sanctitas nos necessario iuuare æquum censuit.

Schol. Bals. Ex præsenti quoque canone euidenter ostenditur, non licere sacerdotibus hominum confessiones audire, & peccata remittere sine episcopali permissione. Dicit enim, Si quis in mortis periculo fuerit constitutus, & petiuerit reconciliari, id est, sibi permitti vt sit diuinorum sacramentorum particeps post confessionem (abest autem episcopus) non potest sacerdos eum reconciliare: sed debet interrogare episcopum, qui obtinet locum Apostoli, & accepit à Deo potestatem ligandi & soluendi, & cum eius permissione facere reconciliationem: si modò sit expeditum interrogationem facere. Si enim longè abest episcopus, & mors imminet, etiam absque interrogatione episcopi dabitur reconciliatio à sacerdote secundùm xliiij. can. præsentis synodi. Si ergo nec extremam quidem recõciliationem dat sacerdos absque episcopali permissione, vt qui non habeat facultatem ligandi & soluendi, multò magis nec sani confessionem recipiet. His autem ita habentibus, cùm vj. canon non statuat quid debeat fieri in sacerdotem, qui sine permissione episcopi supputationes accepit, secundùm interrogationem Fortunati: sed nec præsens canon quidquam de eo statuat: dixerunt quidam episcopali iudicio relinqui supplicium eius qui canonem transgressus est. Sanctissimus autem ille patriarcha dominus Michaël, qui fuit supremus philosophorum, dicebat eum sacerdotem debere deponi, secundùm canones qui statuunt eos esse deponendos, qui vltra prouinciam aliquid sacerdotale exercent, & canonum transgressores.

Canon VIII.

De iis qui patres criminantur, & vt nulli, cuius vita infamia laborat, liceat episcopum accusare. Nouatis episcopus Mazulitanus dixit, Sunt multi non bonæ conuersationis, qui existimant patres & episcopos debere passim & temere reos agi, eósne oportet admittere an non? Aurelius episcopus dixit, Placet ergo dilectioni vestræ eos qui aliquibus sceleribus illaqueati sunt, accusationis vocem aduersus patres edere? Ab omnibus episcopis dictum est, Si quis infamia laboret, ne admittatur.

Schol. Bals. Sextus canon vniuersalis sextæ synodi, statuit non esse omnes admittēdos ad episcoporum & clericorum accusationes, sed eos demum qui sunt à reprehensione alieni. Lege ergo eum canonem qui est antiquior, & præsentis synodi cxxviij. cxxix. & cxxx.

Canon IX.

De iis qui pro suorum peccatorum meritis ex ecclesiastico cœtu eiiciuntur, Augustinus episcop. loci conseruator Numidicæ regionis dixit, Hoc decernere velitis, vt eos qui pro suorum criminum meritis ecclesia eiecti sunt, si quis episcopus vel presbyter in communionem velit recipere, ipse quoque æquali crimini obnoxius videatur, simul cum iis qui proprij episcopi canonicam sententiam effugiunt. Ab omnibus episcopis dictum est, Omnibus placet.

11. q. 3. Quoniā merito.

Schol. Bals. Lege sanctorum Apostolorum can. xj. xij. xxxij. Antiochenæ synodi can. vj. Sardic. syn can. xiij. quid debeat fieri eis qui depositos vel segregatos clericos recipiunt. Præsens autem canon decernit vt clericos ecclesia eiectos propter iustas ab ipsis perpetratorum criminum pœnas, si alius episcopus vel presbyter ad communionem susceperit, is quoque similiter ac is qui suscipitur, puniatur. Iis ergo quæ ab aliis canonibus & à præsenti constituta sunt, collectis, dic quòd si clericum depositum alius episcopus in sacerdotalem communionem susceperit, deponetur. Si autē vnà cum segregato orauerit, segregabitur. Propterea enim præsēs quoq; canō dicit, Similiter ac is qui ecclesia eiectus est, eum esse puniendum qui suscepit.

Κανὼν η'.

Περὶ τῶν τοὺς πατέρας αἰτιωμένων, καὶ ὥστε μηδενὶ διαβεβλημένων ἐξεῖναι ἐπισκόπου κατηγορεῖν. Νουάδιος ἐπίσκοπος Μαζουλιτανὸς εἶπεν· εἰσὶ πολλοὶ οὐκ ἀγαθῆς ἀναστροφῆς, οἵτινες ἡγοῦνται τοὺς πατέρας καὶ ἐπισκόπους, ὡς ἔτυχεν, ὀφείλειν ἐνάγεσθαι· τοὺς τοιούτους δεῖ προσδέχεσθαι, ἢ μή; Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἀρέσκει τοίνυν τῇ ἀγάπῃ ὑμῶν, τοὺς εἴς τινα μύση ἐμπεπλεγμένους, κατὰ πατέρων φωνὴν κατηγορίας ἀποτίθεσθαι; ἐκ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· ἐὰν διαβέβληται ὁ τοιοῦτος, μὴ προσδεχθῇ.

Ἑρμηνεία.

Ὁ ϛ'. κανὼν τῆς οἰκουμενικῆς δευτέρας συνόδου διορίζεται μὴ εἶναι εὐπαραδέκτους εἰς ἐπισκόπων κατηγορίας καὶ κληρικῶν, ἅπαντας, ἀλλὰ μόνους τοὺς ἀνεπιλήπτους. ἀνάγνωθι οὖν τὸν τοιοῦτον κανόνα, παλαιότερον ὄντα, καὶ τῆς παρούσης συνόδου, κανόνα ρλ'. ρκη'. ρκθ. καὶ ρλα'.

Κανὼν θ'.

SCHOL. BALS. Vicesimus nonus synodi in Trullo canon meminit huius canonis: & permissum erat in die in quo cœna domini peragebatur, eos non esse ieiunos qui sacra peragebant. Legenda sunt ergo quæ illic scripta sunt. Quæ autem in hoc canone deinceps cōsequuntur de iis qui vespere mortui sunt, videntur esse eiusmodi in mortuis, & eorū cōmendationibus, siue quando proferebantur, seu efferebantur, vt funebria in eis cantica peragerentur, & vt consentaneum est, ob elationis quoque & emendationis sacrificium peragebatur. Si ergo vespere, inquit canon, mortuus fuerit quispiam, & non fuerint ieiuni qui hæc peragunt, solis precibus peragant. Hoc autem hodie non seruatur.

Κανὼν με΄.

Περὶ τοῦ, μηδαμῶς συμπόσια ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐπιτελεῖσθαι. Ὥστε ἐπισκόποις ἢ κληρικοὺς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ μὴ συμποσιάζεσθαι· Εἰ μηδὲν τυχὸν ἀνάγκη ξενίας διαβαίντες ἐκεῖ καταλύσωσιν. καὶ οἱ λαοὶ δὲ ἀπὸ τοιουτοτρόπων συμποσίων ὅσον δυνατόν ἐστι, κωλυθῶσιν.

CANON XLV.

Ne conuiuia in ecclesiis vllo modo peragantur. Vt episcopi vel clerici in ecclesia non conuiuentur, nisi fortè hospitij necessitate transeuntes, illic diuersentur. Quinetiam populi quoad eius fieri potest, ab eiusmodi conuiuiis prohibeantur.

Dist. 42. ca. Nulli episcopi.

SCHOL. BALS. De iis quæ A in præsenti canone continentur, fusiùs tractatum est in lxxiiij. canone vj. syn. & lege quæ in illo scripta sunt.

CANON XLVI.

26. q. 7. Pœnitentibus.

De ijs qui pœnitentiam agunt. Vt ijs qui agunt pœnitentiam, pro peccatorum differentia, episcoporum iudicio, pœnitentiæ tempus constituatur. Presbyter autem præter mentem episcopi, eum qui pœnitentiam agit, non reconciliet: nisi impellente necessitate in absentia episcopi. Quouis autem pœnitentiam agente, si sit eius publicum & vulgo iactatum crimen, quod omnem mouet ecclesiam, ante absidem ei manus non imponatur.

26. q. 6. Presbyter.

B

SCHOL. BALS. Postremus vj. synodi canon dat episcopis facultatem augendi & diminuendi pœnas consequenter præsenti canoni, qui est antiquior. Adiicit autem hic, presbyteros non debere hominum supputationes audire & peccata remittere præter episcoporum sententiam: nisi fortè moriatur quispiam absente episcopo. Tunc enim eum qui agit pœnitentiam, reconciliabit C presbyter, vel pœna soluet, propter rei necessitatem, ne pœnis obnoxius moriatur qui moritur. Et hęc quidem dicit in eos fieri qui sua sponte confitentur: eos autem qui non sua sponte ad ecclesiam accedunt, sed propter publicum crimen, vulgo iactatum, seu manifestum, & quod potest ecclesiam perturbare propter sceleris magnitudinem, extra absidem seu ecclesiam suscipere debemus, & illic dare ipsis manum pœnitentiæ, & non secundùm episcopale D iudicium, ne multos offendamus, in criminibus adeò manifestis præceptum canonicum negligentes, & pœnas molliores iniungentes. Nota ergo quæ in hoc præsenti canone continentur, propter homicidas qui ad magnam ecclesiam accedunt, & petunt vt pœnæ canonicæ mitigentur. Lege etiam vij. canonem præsentis synodi.

CANON XLVII.

De virginibus. Vt sacræ virgines, quando à patribus separantur, à quibus seruabantur, episcopi, vel ipso absente, presbyteri

Ἑρμηνεία.

Περὶ τῶν ἐν τῷ παρόντι κανόνι διελήφθη πλατύτερον ἐν τῷ οδʹ κανόνι τῆς ϛʹ συνόδου. καὶ τὰ ἐν ἐκείνῳ γραφέντα ἀνάγνωθι.

Κανὼν μϛʹ.

Περὶ τῶν μετανοούντων. Ὥστε τοῖς μετανοοῦσιν κατὰ τὴν τῶν ἁμαρτημάτων διαφορὰν τῇ τῶν ἐπισκόπων κρίσει τὰς μετανοίας ἐν καιρῷ ψηφίζεσθαι. πρεσβύτερος δὲ παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου μὴ καταλλάσσει μετανοοῦντα· εἰ μὴ δὴ ἀνάγκης συνωθούσης ἐν τῇ ἀπουσίᾳ τοῦ ἐπισκόπου. Οὑτινοσδήποτε δὲ μετανοοῦντος, εἰ πούβλικον καὶ τεθρυλλημένον ἐστὶν τὸ ἔγκλημα τὸ σύμπασαν τὴν ἐκκλησίαν κινοῦν, πρὸ τῆς ἀψῖδος τούτῳ ἡ χεὶρ ἐπιτεθῇ.

Ἑρμηνεία.

Ὁ τελευταῖος κανὼν τῆς ϛʹ συνόδου δίδωσι τοῖς ἐπισκόποις ἄδειαν τοῦ αὔξειν καὶ μειοῦν τὰ ἐπιτίμια ἀκολούθως τῷ παρόντι πρεσβυτέρῳ ὄντι. προστίθησι δὲ οὗτος μὴ δέχεσθαι λογισμοὺς ἀνθρώπων καὶ ἀφιέναι ἁμαρτίας τοὺς πρεσβυτέρους παρὰ γνώμην τῶν ἐπισκόπων, εἰ μήπω τελευτᾷ τις κατὰ ἀπουσίαν τοῦ ἐπισκόπου. τηνικαῦτα γὰρ τὸν ἐν μετανοίᾳ ὄντα καταλλάξει ὁ πρεσβύτερος ἤτοι λύσει τοῦ ἐπιτιμίου, διὰ τὸ ἀναγκαῖον τοῦ πράγματος, ἵνα μὴ τελευτήσῃ ἐπιτετιμημένος ὁ ἀποθνήσκων. καὶ ταῦτα μὲν φησὶ γίνεσθαι εἰς τοὺς ἐκ προαιρέσεως οἰκείας ἐξομολογουμένους· τοὺς δὲ μὴ αὐθαιρέτως προσερχομένους τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀλλὰ διὰ πούβλικον ἤτοι δημόσιον ἔγκλημα τεθρυλλημένον, ἤτοι φανερὸν, καὶ δυνάμενον συνταράξαι τὴν ἐκκλησίαν διὰ τὸ ὑπερβολικὸν τοῦ ἀτοπήματος, ἔξω τῆς ἀψῖδος ἤτοι τῆς ἐκκλησίας δέχεσθαι ὀφείλομεν, κἀκεῖσε διδόναι αὐτοῖς χεῖρα μετανοίας, καὶ οὐχὶ κατὰ τὴν ἐπισκοπικὴν διάκρισιν, ἵνα μὴ σκανδαλίσωμεν τοὺς πολλοὺς, ἐν φανεροῖς οὕτως ἐγκλήμασι τὴν κανονικὴν παραγγελίαν ἀθετοῦντες, καὶ μαλακώτερα διδόντες ἐπιτίμια. σημείωσαι οὖν τὰ ἐν τῷ παρόντι κανόνι διὰ τοὺς προσερχομένους ἀνδροφόνους τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, καὶ ζητοῦντας τὰ κανονικὰ μετριασθῆναι ἐπιτίμια. ἀνάγνωθι καὶ τὸν ζʹ κανόνα τῆς παρούσης συνόδου.

Κανὼν μζʹ.

Περὶ παρθένων. Ὥστε τὰς ἱερὰς παρθένους, ὅτε τῶν πατέρων χωρίσωνται, ἐξ ὧν ἐφυλάττοντο, τῇ τοῦ ἐπισκόπου, ἢ αὐτοῦ ἀπόντος, τῇ τοῦ πρεσβυτέρου

προνοίᾳ ταῖς τιμιωτέραις γυναιξὶ παρατίθεσθαι, ἢ ἅμα κατοικούσας ἀλλήλας φυλάττειν, ἵνα μὴ πανταχοῦ πλαζόμεναι, τὴν ὑπόληψιν βλάψωσι τῆς ἐκκλησίας.

A *prouidentia, venerabilioribus fœminis cōmendentur, vel simul habitantes se inuicem custodiant, ne vbique vagantes lædant existimationem ecclesiæ.*

Ἑρμηνεία.

Ἡ μὲν ρκγ΄. Ἰουστινιάνειος νεαρά ἤγουν τὸ δ΄. κεφ. τοῦ α΄. τίτλου τοῦ δ΄. βιβλίου φησὶ ταῦτα ῥητῶς. ἐν ἅπασι δὲ τοῖς μοναστηρίοις ἅπερ κοινόβια καλοῦνται, κελεύομεν κατὰ τοὺς μοναχικοὺς κανόνας, ἐν ἑνὶ οἴκῳ πάντας οἰκεῖν, καὶ κοινῶς τρέφεσθαι κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον, ἐν ἑνὶ οἴκῳ πάντας κεχωρισμένως καθεύδειν· ὥστε ἀμοιβαδὸν ἀλλήλοις μαρτυρίαν τῆς σώφρονος διαγωγῆς παρέχειν αὐτούς. τούτων ἁπάντων καὶ περὶ τὰ μοναστήρια καὶ ἀσκητήρια τῶν γυναικῶν παραφυλαττομένων. ὁ δὲ παρὼν κανὼν διορίζεται τὰς ἀνατεθειμένας τῷ θεῷ παρθένους χωριζομένας ἀπὸ τῶν οἰκείων πατέρων, μὴ καθ' ἑαυτὰς διάγειν, ἀλλ' ἐπεὶ παρὰ τῶν πατέρων ἐφυλάττοντο· ἡ δὲ τοιαύτη φυλακὴ μετὰ τὴν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀνάθεσιν αὐτῶν ἀπέλειψεν, ὀφείλουσιν οἱ ἐπίσκοποι ἢ τούτων ἀπόντων οἱ πρεσβύτεροι παραδιδόναι ταύτας σεμναῖς γυναιξὶν, ἐφ' ᾧ ὑπὸ τούτων διὰ τῆς ὁμοζωΐας φυλάττεσθαι. ἢ εἰ μὴ τοῦτο, πάσας τὰς ἱερὰς ταύτας παρθένους ὁμοῦ κατοικεῖν, ἵνα συζῶσαι φυλάττωσιν ἀλλήλας, καὶ μὴ πλαζόμεναι, ἤγουν τῇ δὲ κἀκεῖσε διατρίβουσαι, τὴν ἐκκλησιαστικὴν εὐκοσμίαν λυμαίνωσι διὰ τοῦ διδόναι οὐκ ἀγαθὰς ὑπολήψεις κατ' αὐτῶν. καὶ ὁ μὲν νόμος καὶ οἱ κανόνες, ἐν τούτοις. σήμερον δὲ ἀπὸ τούτων τέως εἰς ἡμᾶς μικρὸν ἢ οὐδὲν σχεδὸν γίνεται. οὔτε γὰρ οἱ μοναχοὶ τῶν ἀνδρώων μοναστηρίων ὁμοῦ κατοικοῦσιν, οὔτε αἱ ἀσκήτριαι. εἰς μόνα δὲ τὰ γυναικεῖα κοινόβια μοναστήρια συντηρεῖται ἡ κοινὴ δίαιτα καὶ κατοικία. εἰς δὲ τοὺς Λατίνους τέως ἡ τοιουτότροπος διαγωγὴ συντηρεῖται. πάντες γὰρ οἱ μοναχοὶ ὁμοῦ καὶ ἐσθίουσι καὶ ὑπνώττουσιν. ἀνάγνωθι καὶ τὸν ϛ΄. κανόνα τῆς παρούσης συνόδου, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ. (πλατύτερον γὰρ ἐκεῖσε διελήφθη πῶς παρθένοι καθιεροῦνται καὶ δίχα τοῦ μοναστικοῦ σχήματος.) καὶ τὸν ιη΄. κανόνα τοῦ ἁγίου Βασιλείου.

Schol. Bals. CXXIII.

Iustiniani nouella, seu iiij. cap. primi tit. iiij. libri, hæc dicit apertè: In omnibus autem monasteriis, quæ Cœnobia vocantur, iubemus vt secundùm canones monasticos, vel in domo omnes habitent, & communiter alantur, & similiter in vna domo omnes separatim dormiant: Vt B sibi inuicem moderatæ temperantisque vitæ rationis testimonium prębeant, iisdem omnibus etiam in fœminarum monasteria asceteriáque seruatis. Præsens autem canon statuit, vt virgines Deo dedicatæ, à propriis patribus separatæ, non per se degant: sed quia à patribus seruabantur, post earum autem in ecclesia dedicationem, ea patrum custodia & obseruatio cessauit: debēt episcopi, vel iis absentibus presbyteri, eas venerandis mulieribus tradere, vt ab iis per communem vitæ C societatem seruentur. Sin minùs omnes sacræ virgines simul habitent, vt simul viuentes, seipsas inuicem seruent: & non errantes, seu hic & illic agentes, ecclesiasticam vitæ honestatem & moderationem polluant: quoniam non bonam sui existimationem præbeant. Et hæc quidem leges & canones. Hodie autem parum quid eorum vel propemodum nihil fit. Nam neque monachi monasteriorum virorum simul habitant, neque ascetriæ: in solis autem mulierum cœ- D nobiis monasteriis seruatur hæc communis simul viuendi ratio & habitatio. Apud Latinos autem hucvsque seruatur ea vitæ ratio. Omnes enim monachi simul comedunt, & dormiunt. Lege & vj. can. præsentis syn. & quę in eo sunt. (Fusiùs enim illic tractatum est, quomodo consecrantur virgines etiam sine monachali habitu.) & xviij. can. sancti Basilij.

Κανὼν μη΄.

Περὶ τῶν ἀσθενούντων καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποκρίνεσθαι μὴ δυναμένων. Ὥστε τοὺς

Canon XLVIII.

De iis qui sunt infirmi. Vt qui sunt

infirmi, qui quidem pro se respondere non possunt, tunc baptizentur, quando sua sponte de se testimonium proprio periculo dixerint.

SCHOL. BALS. Quidam petebant vt infideles nonnulli baptizarentur in extremis eorum respirationibus: nec fuerunt exauditi, eo quòd non possint qui sunt infirmi, per se sancti baptismatis pacta & conuenta profiteri. Dicunt ergo patres, quòd si ij qui sunt infirmi, se velle ostenderint vt pacta & promissa per alios fiant, idque quando fortè inter moriendum eorum voluntas aperta fuerit: Si autem tunc quidem nihil possunt eiusmodi dicere, propter morbi necessitatem, testificantur autem aliqui quòd ante furorem fortasse vel aliquem alium periculosum morbum ij ex toto vellent animo baptizari, rogo baptizabũtur, an non? Solutio. Mihi videtur quòd sine periculo baptizabũtur, propter bonam eorum in sanitate voluntatem. Cùm hęc autem ita se habeant, ne dixeris, quòd quoniam præsens canon statuit illos baptizandos, qui bonam voluntatem ostenderint ante morbum, vel in ipso morbo: Illi quoque necessariò tonsuram assequantur, qui tempore mortis, & ante extremum spiritum, vt tonderentur, voluntatem ostenderint. Hi enim extremum angelici amictus viaticum indistinctè assequentur, si eius quod fit, sensum habeant. Orthodoxis enim, vt qui futurum Dei iudicium sperent, pœnitentia cohabitat, & quilibet proposito Christianus desiderat, vt per tonsuram ei sua peccata remittantur. Infidelibus autem non est necessariò consequens baptismi desiderium: magis ergo dicimus eorum esse institutum, vt cum propria superstitione moriantur, & sanctum etiã baptismum irrideant. Nisi ergo ostendatur eos, dum essent sani, baptizari voluisse, in morbo quoque quando moriuntur, baptismo digni non habebuntur.

CANON XLIX.

De scenicis pœnitentiam agentibus, & ad dominum conuersis. Vt scenicis,

De consecr. dist. ij. can. Scenicis.

A ἀσθενοῦντας, οἵτινες παρ' ἑαυτῶν ἀποκρίνεσθαι οὐ δύνανται, τότε βαπτίζεσθαι, ὅτε τῇ αὐτῶν προαιρέσει τὴν περὶ αὐτῶν μαρτυρίαν κινδύνῳ ἰδίῳ εἴπωσιν.

Ἑρμηνεία.

Τινὲς ἐζήτουν ἀπίστους τινὰς βαπτισθῆναι κατὰ τὰς τελευταίας αὐτῶν ἀναπνοάς. καὶ οὐκ εἰσηκούοντο, διὰ τὸ τοὺς ἀσθενοῦντας μὴ δύνασθαι δι' ἑαυτῶν ὁμολογεῖν τὰς τοῦ ἁγίου βαπτίσματος συνθήκας. Φασὶ γοῦν οἱ πατέρες ὅτι ἐὰν οἱ ἀσθενοῦντες δείξωσι προαίρεσιν περὶ τοῦ ἐθέλειν B αὐτοὺς βαπτισθῆναι, καὶ εἴπωσι κινδύνῳ ἰδίῳ ζητεῖν τὸ βάπτισμα, ἀπαραποδίστως βαπτισθήσονται, δι' ἑτέρων τὰς ὁμολογίας ποιούμενοι. καὶ τοῦτο μὲν ὅτε τυχὸν ἐν τῇ τελευτῇ ἡ τοιαύτη τούτων προαίρεσις κατάδηλος γένηται. Εἰ δὲ τότε μὲν, οὐδὲν τι τοιοῦτον εἰπεῖν δύνανται διὰ τὴν ἀνάγκην τῆς νόσου. μαρτυρεῖται δὲ παρά τινων ὡς οἱ τοιοῦτοι καὶ πρὸ τῆς μανίας τυχὸν ἢ τῆς ἄλλης κινδυνώδους νόσου ὁλοψύχως προῃροῦντο βαπτισθῆναι, ἐρωτῶ, βαπτισθῆναι, ἢ οὔ; Λύσις. ἐμοὶ δοκεῖ ὡς ἀπαραποδίστως βαπτισθήσονται C διὰ τὴν ἐν ὑγείᾳ ἀγαθὴν προαίρεσιν αὐτῶν. τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, μὴ εἴπῃς ὡς ἐπεὶ ὁ παρὼν κανὼν διορίζεται ἐκείνους βαπτίζεσθαι τοὺς ἐνδειξαμένους προαίρεσιν ἀγαθὴν πρὸ τῆς νόσου, ἢ κατ' αὐτὴν τὴν νόσον, ἐξ ἀνάγκης ἐκεῖνοι καὶ ἀποκάρσεως ἀξιωθήσονται οἱ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τελευταίας ἀναπνοῆς ἐνδειξάμενοι πρόθεσιν ἀποκάρσεως. οὐχὶ γὰρ τοῦ ἐπιτελευτίου ἐφοδίου τοῦ ἀγγελικοῦ σχήματος ἀξιωθήσονται, ἐὰν τέως αἴσθησιν τοῦ γινομένου ἔχωσι. τοῖς μὲν γὰρ ὀρθοδόξοις ὡς ἐλπίζουσι D τὴν μέλλουσαν κρίσιν τοῦ θεοῦ ἡ μετάνοια συνοικός ἐστι, καὶ πᾶς Χριστιανὸς κατὰ πρόληψιν ἔφεσιν ἔχει τοῦ συγχωρηθῆναι διὰ τῆς ἀποκάρσεως τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ. τοῖς δὲ ἀπίστοις οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἑπομένη ἐστὶν ἡ ἔφεσις τοῦ βαπτίσματος. μᾶλλον μὲν οὖν κατὰ πρόληψιν λέγομεν ἔχειν αὐτοὺς ἔφεσιν μετὰ τῆς οἰκείας θρησκείας ἀποθανεῖν, καὶ καταγελᾶν δὲ καὶ τοῦ θείου βαπτίσματος. Εἰ γοῦν οὐ δείκνυται τὸ θέλειν τούτους ἐν ὑγείᾳ ὄντας βαπτισθῆναι ἢ κἂν ἐν τῷ νοσηλεύεσθαι, οὐκ ἀξιωθήσονται τοῦ βαπτίσματος ὅτε τελευτῶσιν.

Κανὼν μθ'.

Περὶ σκηνικῶν μετανοούντων καὶ ἐπιστρεφόντων πρὸς τὸν κύριον. Ὥστε τοῖς σκηνικοῖς

καὶ μίμοις καὶ τοῖς λοιποῖς τοιουτοτρόποις προσώποις, ἢ ἀποστάταις, μετανοοῦσι καὶ ἐπιστρέφουσι πρὸς τὸν θεόν, χάριν ἢ καταλλαγὴν μὴ ἀρνεῖσθαι.

Ἑρμηνεία.

Σκηνικοὶ καὶ μῖμοι εἰσὶν οὐχὶ οἱ θυμελικοὶ οἱ τὰς ἐπιθαλαμίους ᾠδὰς μετὰ μουσικῶν ὀργάνων ᾄδοντες. οὗτοι γὰρ ἔντιμοι εἰσίν· ἀλλὰ οἱ παιγνιῶται, οἱ δούλους καὶ στρατιώτας καὶ γυναῖκας καὶ ἕτερα πρόσωπα μιμούμενοι, καὶ κατὰ κόρρης τυπτόμενοι, καθὼς τοῦτο παρίσταται ἀπὸ τοῦ α΄. καὶ δ΄. κεφ. τοῦ β΄. τίτλου τοῦ κα΄. βιβλίου τῶν βασιλικῶν. Φασὶ γοῦν οἱ πατέρες, πάντας τοὺς τὰ τοιαῦτα ἁμαρτάνοντας καὶ ἀδιαφόρως ζῶντας, ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς ἀποστάτας, τουτέστι τοὺς ἀρνησαμένους τὸν Χριστιανισμὸν, ἐπιστρέφοντας πρὸς θεὸν ἤτοι μετανοοῦντας, μὴ ἀποπέμπεσθαι, ἀλλὰ διδόναι αὐτοῖς χάριν ἤγουν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ καταλλαγὴν ἤτοι λύσιν τῶν ἐπιτιμίων.

Κανὼν ν΄.

Περὶ τῶν παθῶν τῶν μαρτύρων. Ἐξέστω ἔτι μὴν ἀναγινώσκεσθαι τὰ πάθη τῶν μαρτύρων, ἡνίκα αἱ ἐτήσιαι αὐτῶν ἡμέραι ἐπιτελοῦνται.

Ἑρμηνεία.

Εἰ καὶ ὥρισαν οἱ πατέρες ἐν τῷ κδ΄. κανόνι τῆς παρούσης συνόδου τὰ ὀφείλοντα ἀναγινώσκεσθαι βιβλία· ἀλλὰ νῦν προστιθέασιν ἀναγινώσκεσθαι καὶ τὰ ὑπομνήματα τῶν μαρτυρικῶν παθημάτων ἐν ταῖς ἐτησίαις μνήμαις αὐτῶν.

Κανὼν να΄.

Περὶ Δονατιστῶν καὶ παιδίων τῶν παρὰ τοῖς Δονατισταῖς βαπτιζομένων. Ἤρεσεν ἵνα ἐρωτήσωμεν τοὺς ἀδελφοὺς καὶ συνιερεῖς ἡμῶν, Σιρίκιον καὶ Σιμπλικιανὸν, περὶ μόνων τῶν νηπίων τῶν παρὰ τοῖς Δονατισταῖς βαπτιζομένων, μήπως τοῦτο, ὅπερ οἰκείᾳ προθέσει οὐκ ἐποίησαν, τῇ τῶν γονέων πλάνῃ ἐμποδίσῃ αὐτοῖς πρὸς τὸ, μὴ προκόπτειν εἰς ὑπουργίαν τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου, ὅταν πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν σωτηριώδει προθέσει ἐπιστρέψωσιν. Τούτων δὲ ἐναρχθέντων, Ὁνωρᾶτος καὶ Οὐρβανὸς, οἱ ἐπίσκοποι τῆς Μαυριτανίας Σιτιφένσης χώρας, εἶπον, ἐκ πολλοῦ ὅτε πρὸς ὑμετέραν ἁγιωσύνην ἀπεστελλόμεθα, τὰ γραφέντα ὑπερεθέμεθα, ταύτῃ τῇ κατανοήσει, ὅτι προσεδοκῶμεν ἀδελφοὺς ἡμῶν παραγενέσθαι φροντιστὰς Νουμιδίας·

& mimis, & reliquis eiusmodi personis, vel apostatis pœnitentiam agentibus, & se ad Deum conuertentibus, gratia vel reconciliatio non negetur.

SCHOL. BALS. Scenici & mimi esse dicuntur, non thymelici, & qui cãtus epithalamios cum musicis canunt instrumentis: ij enim sunt integræ existimationis: sed histriones, ac ludiones, qui seruos, & milites, & mulieres, & alias quasdam personas imitantur, & in faciem feriunt. Sicut hoc ex primo & iiij. capite, ij. tit. xxj. lib. Basilic. Dicunt ergo patres, omnes qui sic peccant, & temere ac citra delectum vitam instituunt: sed etiam apostatas, hoc est, eos qui Christianismum abnegauerunt, ad dominum se conuertentes, seu pœnitentiam agentes, non esse amandandos, sed eis dandam esse gratiam, seu peccatorum remissionem, & reconciliationem, siue pœnarum solutionem.

CANON L.

De passionibus martyrum. Liceat præterea legere passiones martyrum, quando anniuersarij eorum dies celebrantur.

SCHOL. BALS. Etiamsi in xxiiij. canone præsentis synodi patres definierint libros qui legi debeant, nunc tamen adiiciunt esse quoque legendas commemorationes passionum martyrum, in anniuersariis eorum memoriis.

CANON LI.

De Donatistis, & pueris, qui à Donatistis baptizantur. Placuit vt interrogemus fratres, & nostros in sacris comministros, Siricium & Simplicianum, de solis infantibus qui à Donatistis baptizantur, ne hoc quod propria voluntate nõ fecerunt, parentum error ipsos impediat, ne promoueantur ad sancti altaris ministerium, quando ad Dei Ecclesiam salutari proposito cõuersi fuerint. His autem inceptis, Honoratus & Vrbanus Mauritaniæ Sitifensis episcopi dixerunt, Diu quando ad vestrãm sanctitatem missi sumus, quæ scripta erãt distulimus, hac cõtemplatione, quòd expectaremus vt fratres nostri adeßent Numidiæ loci cõseruatores,

Sed quia non sunt pauci dies, dum ij qui expectantur nequaquam accesserunt, vlterius prætermittere quæ nobis à nostris coëpiscopis mandata sunt, non decet: & propterea relationem nostram alacri animo suscipite. De fide enim Niceni tractatus audiuimus: Verum est de sanctis, quæ fiunt post prandium, vt à ieiunis, vt par est, offerantur, & tunc confirmatum est.

Ἀλλ' ἐπεὶ οὐκ ὀλίγαι ἡμέραι εἰσὶν ἀφ' οὗ οἱ προσδοκώμενοι οὐδαμῶς κατέλαβον, περαιτέρω παριδεῖν τὰ ἐνταλέντα ἡμῖν ἀπὸ τῶν συνεπισκόπων οὐ δεῖ. καὶ διὰ τοῦτο ἀδελφοὶ τὴν ἀναφορὰν ἡμῶν προθύμως εἰσδέξασθε. περὶ τῆς πίστεως γὰρ τοῦ ἐν Νικαίᾳ τρακτάτου ἠκούσαμεν, ἀληθές ἐστιν περὶ τῶν γινομένων μετὰ τὸ ἄριστον ἁγίων, ἵνα ἀπὸ νηστικῶν, ὡς ἐστὶν ἄξιον, προσφέρωνται, καὶ τότε ἐβεβαιώθη.

SCHOL. BALS. Qui ex hæresi ad fidem orthodoxam accedunt, hi quidem baptizantur, illi verò sancto solùm chrismate vnguntur, postquam eorum hæreses anathematizauerint. Vt est ergo verisimile, ad veram & inculpatam fidem nostram quidam in infantia à Donatistis baptizati, parentum suorum voluntate, qui erant & ipsi Donatistæ, volebant etiam ad sacros gradus promoueri postquam suscepti fuerant. Quia autem facilè ad hoc non admissi sunt, facta est interrogatio, quid de iis fieri oporteat. Atque hic quidem canon nihil de eo quod rogatum est, respondet. Nihil enim dicit an baptizari oporteat, an inungi chrismate: neque definit an impediatur quominus promoueatur ad gradum ecclesiasticum: quemadmodum nec contrà. Tu verò lege vij. can. ij. syn. & quæ in eo sunt: & scies quid in his fieri debeat. His autem sic dictis dixerunt Mauritaniæ episcopi, quòd etiam si huc vsque distulerunt sciscitari, quæ iussi fuerant, quòd sperarent venturos Numidiæ loci conseruatores: Sed quia multum effluxit temporis, & qui expectabantur non accesserunt, non oportet amplius differre interrogationem. Quamobrem dixerunt non oportere sancta à sacerdotibus offerri, postquam nutrimẽtum gustauerint, sed à sobriis, quia, inquiũt, hoc quoque à patribus Niceæ confirmatum est in tractatu de fide. In canonibus autem primæ synodi nihil de ea materia inuentum est.

Κανὼν να'.

Οἱ ἐξ αἱρέσεως προσιόντες τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, οἱ μὲν βαπτίζονται, οἱ δὲ μόνῳ χρίονται τῷ ἁγίῳ μύρῳ μετὰ τὸ ἀναθεματίσαι τὰς αἱρέσεις αὐτῶν. ὡς ἔοικεν οὖν προσήρχοντο τῇ ἀμωμήτῳ πίστει ἡμῶν τινὲς ἐν νηπιότητι βαπτισθέντες παρὰ Δονατιστῶν κατὰ προαίρεσιν τῶν γονέων αὐτῶν ὄντων καὶ τούτων Δονατιστῶν, καὶ ἤθελον προσβιβασθῆναι εἰς βαθμοὺς ἱερατικοὺς μετὰ τὸ δεχθῆναι. ὅτι δὲ ῥᾳδίως εἰς τοῦτο οὐ προσεδέχοντο, γέγονεν ἐρώτησις τί χρὴ γίνεσθαι ἐπὶ τούτοις. καὶ ὁ μὲν κανὼν οὗτος, οὐδέν τι περὶ τοῦ ἐρωτηθέντος ἀπολογεῖται. οὔτε γάρ φησιν εἰ χρὴ τούτους μυρωθῆναι ἢ βαπτισθῆναι, οὔτε ὁρίζει μὴ ἐμποδίζεσθαι τούτους ἀναχθῆναι εἰς ἐκκλησιαστικὸν βαθμόν, ὥσπερ οὐδὲ τοὐναντίον. σὺ δὲ ἀνάγνωθι τὸν ζ'. κανόνα τῆς β'. συνόδου, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, καὶ μάθῃς τί ὀφείλει γίνεσθαι ἐπὶ τοῖς τοιούτοις. τούτων δὲ οὕτω λαλουμένων, εἶπον οἱ ἐκ Μαυριτανίας ἐπίσκοποι ὅτι εἰ καὶ μέχρι τοῦ νῦν ὑπερετίθεντο ἐρωτῆσαι ἃ προσετάχθησαν, διὰ τὸ ἐλπίζειν ἐλθεῖν τοποτηρητὰς ἀπὸ Νουμηδίας, ἀλλ' ἐπεὶ πολὺς παρῆλθε καιρὸς καὶ οἱ προσδοκώμενοι οὐ κατέλαβον, οὐ δεῖ καὶ ἔτι ὑπερτίθεσθαι τὴν ἐρώτησιν. διὸ καὶ εἶπον μὴ χρῆναι προσφέρεσθαι τὰ ἅγια παρὰ ἱερέων μετὰ τὸ γεύσασθαι τροφῆς, ἀλλ' ὑπὸ νηστικῶν· ὅτι φασὶν ἐβεβαιώθη τοῦτο καὶ παρὰ τῶν ἐν Νικαίᾳ πατέρων ἐν τῷ περὶ τῆς πίστεως τρακτάτῳ, ἤγουν ἐν τῇ κατεξετάσει τῆς πίστεως (τρακτάτον γάρ ἐστι κατὰ Λατίνοις, ἡ δοκιμασία.) ἐν δὲ τοῖς κανόσι τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης συνόδου, οὐδὲν περὶ τοιαύτης εὕρηται ὑποθέσεως.

CANON LII.

De rebaptizationibus & reordinationibus vel translationibus episcoporum. Porrò illud quoque nobis mandatum referimus, quòd in synodo Capuæ decretum est, vt non liceat fieri rebaptizationes,

Κανὼν νβ'.

Περὶ ἀναβαπτισμάτων καὶ ἀναχειροτονιῶν ἢ μεταβάσεων ἐπισκόπων. Ἐκεῖνο δὲ ἀναφερόμενα ἐνταλὲν ἡμῖν ὃ καὶ ἐν τῇ συνόδῳ τῇ ἐν Καπούῃ ὁρισθὲν, ὥστε μὴ ἐξεῖναι γίνεσθαι ἀναβαπτισμοὺς ἢ ἀνα-

ἢ ἀναχειροτονήσεις ἢ μετακινήσεις ἐπισκόπων. Κρεσκώνιος οὖν τοῦ Ρεκένσης ἀγροῦ ἐπίσκοπος καταφρονήσας τοῦ ἰδίου λαοῦ, τὴν Τουβηχένην ἐπέβη ἐκκλησίαν, καὶ ἕως τῆς σήμερον πολλάκις ὑπομνησθεὶς κατὰ τὸ ὁρισθὲν καταλιπεῖν τὴν αὐτὴν ἐκκλησίαν, ἣ τινι ἐπῆλθεν, οὐχ εἵλετο. περὶ τούτου δὲ τὰ προαγγελθέντα βέβαια ἠκούσαμεν· καὶ αἰτοῦμεν κατὰ τὸ ἐνταλὲν ἡμῖν, ἵνα καταξιώσητε δοῦναι παῤῥησίαν ἐπ' ἀδείας ἡμῖν γενέσθαι, ὅτι αὕτη ἡ ἀνάγκη παρασκευάζει, τῷ ἄρχοντι τῆς χώρας κατ' ἐκείνου προσελθεῖν, κατὰ τὰς διατάξεις τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων, ἵνα ὁ τῇ παρ᾽ αὐτῷ ὑπομνήσει τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης πειθαρχῆσαι μὴ θελήσας καὶ διορθώσασθαι τὸ ἀσυγχώρητον, αὐθεντείᾳ ἀρχοντικῇ παραχρῆμα κωλυθῇ. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπε· φυλαχθέντος τοῦ τύπου τῆς καταστάσεως μὴ κριθῇ τῆς συνόδου ὑπάρχων, ἐὰν ἐπιεικῶς αἰτηθεὶς παρὰ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, ἀποστῆναι παρῃτήσατο· ἐπεὶ ἐκ τῆς οἰκείας καταφρονήσεως καὶ μονοτονίας περιῆλθεν εἰς ἀρχοντικὴν ἐξουσίαν. Ονωρᾶτος καὶ Ουρβανὸς οἱ ἐπίσκοποι εἶπον· τοῦτο οὖν πᾶσιν ἀρέσκει; Απὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· δίκαιόν ἐστιν, ἀρέσκει.

Ερμηνεία.

Εν Καπούῃ φασὶν οἱ πατέρες γενέσθαι σύνοδον, καὶ ἐν ἐκείνῃ ὁρισθῆναι τὸ μὴ ἀναβαπτίζεσθαι τοὺς παρὰ ὀρθοδόξων βαπτισθέντας, ἢ ἀναχειροτονεῖσθαι τοὺς παρὰ ἐπισκόπων ὀρθοδόξων χειροτονηθέντας· καὶ ἀκολούθως τοῖς ὁρισθεῖσιν ἐν τῇ τοιαύτῃ συνόδῳ τῇ τέως ἐμοὶ ἀγνοουμένῃ (οὐδὲ γὰρ συναριθμεῖται ταῖς τοπικαῖς συνόδοις) εἶπον οἱ αὐτοὶ τοποτηρηταὶ τῆς Μαυριτανίας Σιτιφένσης, ὡς ἐπεὶ ταῦτα κεκώλυνται, ὀφείλουσι διορθωθῆναι καὶ αἱ παρὰ ἐπισκόπων γινόμεναι μεταπηδήσεις ἀπὸ ταύτης τῆς ἐκκλησίας εἰς ἑτέραν, διὰ τὸ λογίζεσθαι καὶ τοῦτο ὡσανεὶ ἀναβαπτισμὸν ἢ ἀναχειροτόνησιν. καὶ αὐτίκα προέθεντο φάκτον ὅτι Κρεσκώνιος ἐπίσκοπος κατεφρόνηκε τοῦ οἰκείου λαοῦ, καὶ ἐπέβη ἑτέρας ἐκκλησίας. διὸ καὶ πολλάκις παρεγγυηθεὶς καταλιπεῖν τὴν ἀλλοτρίαν ἐκκλησίαν ἧς ἐπέβη παρὰ κανόνας, καὶ ἀντέχεσθαι τῆς οἰκείας, οὐκ ἐπείσθη τοῦτο ποιῆσαι. ὅτι οὖν τοῦτο βέβαιόν ἐστι καὶ ἀληθές, ζητοῦσι, κατὰ τὴν πρὸς αὐτοὺς ἐντολήν, ἵνα δοθῇ τῇ κατ' αὐτοὺς συνόδῳ ἄδεια προσελθεῖν τῷ κατὰ χώραν ἄρχοντι. καὶ δι' αὐτοῦ καταναγκασθῆναι τὸν Κρεσκώνιον ἀποστῆναι τῆς μὴ ἀνηκούσης αὐτῷ ἐκκλησίας.

vel episcoporum reordinationes. Cresconius itaque Recensis agri episcopus, neglecto proprio populo, Decenem ecclesiã inuasit: & in hodiernum vsq; diem, sæpe, sicut definitum est, eam ecclesiam quam inuasit, relinquere admonitus, noluit. De eo autem quæ priùs renunciata sunt, firma audiuimus, & petimus secundùm id quod nobis mandatũ est, vt dignemini nobis dare facultatem, vt liceat, quia ita vrget necessitas, ad præsidẽ regionis aduersus illum accedere, secundùm clarißimorum Imp. constitutiones, vt qui benignæ vestræ sanctitatis admonitioni parere noluerit, & id quod non est concedendum, corrigere, secularis magistratus auctoritate statim prohibeatur. Aurelius episcopus dixit, Seruata constitutionis forma, nõ iudicetur esse synodi, si à vestra dilectione valde rogatus vt discederet, recusauit, quoniam ex proprio contemptu & peruicacia ad secularis magistratus potestatem redactus est. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Hoc itaque placet omnibus? Ab omnibus episcopis dictum est, Iustum est, placet.

1. q. 1. Petimus vt digneminh

SCHOL. BALS. Dicunt patres Capuæ factam esse synodum: & in ea statutum esse ne rebaptizarẽtur qui ab orthodoxis baptizati fuerant, vel reordinarentur, qui ab episcopis orthodoxis ordinati fuerant: & consequenter iis quæ in ea synodo constituta sunt, quæ à me quidem ignoratur: (neque enim cum ciuilibus synodis connumeratur:) dixerunt ipsi Mauritaniæ Sitifensis loci cõseruatores, quòd quia hæc sunt prohibita, debent etiam corrigi transitiones quæ fiunt ab episcopis ab hac ecclesia in aliam, eo quòd hoc reputetur, veluti rebaptizatio, vel reordinatio: & factum statim proposuerunt, quòd Cresconius episcopus, propriũ populum contempsit, & aliam ecclesiam inuasit. Et propterea sæpe admonitus, vt alienam ecclesiam, quã inuasit præter canones, relinqueret, & suam retineret, non est hoc facere persuasus. Quia ergo hoc firmum & verum est, petunt secundùm eis datum mandatum, vt suæ synodo permittatur potestas accedendi ad pręsidem regionis: & per eum cogatur Cresconius discedere ab ecclesia

quæ ad eum non pertinet, quia Imp. constitutiones siue leges hoc decernunt. Dixit autem ad hæc Aurelius, Si seruetur forma ecclesiasticæ constitutionis, ne iudicetur esse synodi Cresconius, sed vt laicus tradatur seculari potestati: nec est quòd id sibi fieri queratur. Ipse enim seipsum tradidit in potestatem secularē propter suam peruicaciam & contemptum synodalium præceptorum. Et in his quidem consistit canon. Forma autem constitutionis, quam seruandam dixit Aurelius, est, vt secundùm canones interpelletur qui alienam ecclesiam non canonicè arripuit, & post denunciationes seu edicta deponatur, vel vna tantùm, vel vtrisque partibus præsentibus propter inobediētiam. Neque enim fas est, eos qui sunt sacrati, tradi seculari magistratui puniendos, nisi priùs depositi fuerint. Vt autem qui sunt sacrati, tradantur secularibus magistratibus, fit post depositionem: non solùm quando synodus non facilè potest suam exequi sententiam, sed etiam quando magnum est peccatū. Et vnà cum ecclesiastica pœna secularis quoq; magistratus animaduersionem consequi oportet. Fortè eniminuētus est quispiā sacratus, Imp. insidias parasse, & depositus est: is post depositionem tradetur seculari potestati, vt quæstione habita dicat cōscios. Hæc autē fiunt, quādo secūdùm xxxvj. ca. & xxxvij. j. tit. iij. lib. Basil. quod est pars cxxiij. Iust. nouel. quæ tractat, presbyteros & diaconos, in causa criminali falsum testimoniū ferētes, non solū deponi, sed etiā pœnis legitimis subiici, & clericos qui pro criminali causa condēnantur, ab episcopo gradu moueri: à seculari autē magistratu legitimis pœnis subiici. Dic autē hoc seruari in eo in quo expressū est. Qui enim hanc legē trahit etiā ad episcopos qui condēnantur in causa criminali, & vult etiam eos post depositionem tradi seculari potestati, is vanus fuerit & blasphemus. Et ideò quod à canone de episcopo decernitur, debes accipere vt cogatur episcopus ea sequi quæ synodaliter ei prẹcipiūtur. De rebaptizatione autem & reordinatione lege xlvij. Apostolicum canonem & lxviij.

ὅτι καὶ αἱ διατάξεις τῶν βασιλέων ἤτοι οἱ νόμοι τοῦτο διορίζονται. εἶπε δὲ πρὸς ταῦτα ὁ Αὐρήλιος, ἐὰν ἐφυλάχθη ὁ τύπος τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως, μὴ κριθῇ τῆς συνόδου ὑπάρχων ὁ Κρεσκώνιος, ἀλλ' ὡς λαϊκὸς παραδοθήτω τῇ ἀρχοντικῇ ἐξουσίᾳ· καὶ μὴ μεμφέσθω τὸ γινόμενον εἰς αὐτόν. αὐτὸς γὰρ ἑαυτὸν παρέδωκεν εἰς τὴν ἀρχοντικὴν ἐξουσίαν διὰ τὴν οἰκείαν μονοτονίαν καὶ καταφρόνησιν τῶν συνοδικῶν παραγγελιῶν. καὶ ταῦτα μὲν τοῦ κανόνος, ἐν τούτοις. ὁ τύπος δὲ τῆς καταστάσεως ὃν ὁ Αὐρήλιος εἶπε φυλαχθῆναι, ἐστὶ τὸ κατὰ κανόνας ἐπιφωνηθῆναι τὸν ἀκανονίστως δραξάμενον τῆς ἀλλοτρίας ἐκκλησίας, καὶ μετὰ τὰς ἐπιφωνήσεις καθαιρεθέντα, ἢ διμερῶς ἢ μονομερῶς, διὰ τὴν ἀπείθειαν. τοὺς ἱερωμένους γὰρ παραδίδοσθαι εἰς κόλασιν ἀρχοντικὴν οὐκ ἔξεστιν, εἰ μὴ πρότερον καθαιρεθῶσι. τὸ δὲ παραδίδοσθαι τοῖς ἄρχουσι τοὺς ἱερωμένους μετὰ καθαίρεσιν, γίνεται οὐ μόνον ὅταν ἡ σύνοδος οὐκ ἔχῃ εὐχέρειαν ποιῆσαι ἐκβιβασμὸν τῆς οἰκείας ἀποφάσεως, ἀλλὰ καὶ ὅταν μέγα ἐστὶ τὸ ἁμάρτημα, καὶ σὺν τῇ ἐκκλησιαστικῇ κολάσει, χρεὼν ἐστὶν ἐπακολουθῆσαι καὶ ἀρχοντικὴν τιμωρίαν. τυχὸν γὰρ εὑρέθη τις ἱερωμένος ἐπίβουλος τοῦ βασιλέως, καὶ καθῃρέθη· ὁ τοιοῦτος μετὰ τὴν καθαίρεσιν παραδοθήσεται τῇ ἀρχοντικῇ ἐξουσίᾳ, ὡς ἂν μετὰ ἐτασμοῦ εἴπῃ τοὺς συνίστορας. ταῦτα δὲ οὕτω γίνονται, κατὰ τὸ λϛʹ. καὶ τὸ λζʹ. κεφάλ. τοῦ αʹ. τίτλου τοῦ γʹ. βιβλίου τῶν βασιλικῶν, μέρος ὄντα τῆς ρκγʹ. Ἰουστινιανείου νεαρᾶς, καὶ διαλαμβάνοντα πρεσβυτέρους καὶ διακόνους ὑπὲρ ἐγκληματικῆς αἰτίας ψευδομαρτυρήσαντας, μὴ μόνον καθαιρεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ ταῖς νομίμοις ποιναῖς ὑποβάλλεσθαι, καὶ τοὺς καταδικαζομένους κληρικοὺς χάριν ἐγκληματικῆς αἰτιάσεως. καὶ θέλων καὶ τούτοις μετὰ καθαίρεσιν τῷ ἄρχοντι παραδίδοσθαι, μάταιος ἂν εἴη καὶ βλάσφημος. διὸ καὶ τὸ παρὰ τοῦ κανόνος διοριζόμενον χάριν τοῦ ἐπισκόπου, ὀφείλεις ἐκλαμβάνεσθαι εἰς τὸ κατεπαναγκασθῆναι τὸν ἐπίσκοπον ἀκολουθῆσαι τῇ συνοδικῇ διαγνώσει καὶ μόνῃ. περὶ δὲ ἀναβαπτισμοῦ καὶ ἀναχειροτονήσεως, ἀνάγνωθι τὸν μζʹ. ἀποστολικὸν κανόνα καὶ τὸν ξηʹ.

Κανὼν νγ΄.

Πόσοι ἐπίσκοποι ἐπίσκοπον χειροτονεῖν ὀφείλουσιν. Ὁνωρᾶτος καὶ Οὐρβανὸς ἐπίσκοποι εἶπον· Κἀκεῖνο ἡμῖν ἐνετάλη, ἐπειδὴ ἐκ τοῦ πλησίον ἀδελφοὶ ἡμῶν δύο ἐπίσκοποι τῆς Νουμηδίας χειροτονῆσαι ἐτόλμησαν ἱερέα, κρίνατε μὴ γενέσθαι χειροτονίας ἐπισκόπων, εἰ μὴ ἀπὸ δώδεκα. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· Ὁ ἀρχαῖος τύπος φυλαχθήσεται, ἵνα μὴ ἥττονες τριῶν τῶν ὁρισθέντων εἰς χειροτονίαν ἐπισκόπων ἀρκέσωσιν. διότι ἐν Τριπόλει τυχὸν καὶ ἐν Ἀρζουίῃ δῆλον παρέγκεινται βάρβαρα ἔθνη. ἐν Τριπόλει δὲ πέντε, καὶ μόνοι εἰσὶν, ὡς γινώσκετε, ἐπίσκοποι· καὶ δυνατὸν ἐξ αὐτοῦ πολλάκις τοῦ ἀριθμοῦ τοὺς δύο ἀνάγκῃ τινὶ κατέχεσθαι. δυσχερὲς γάρ ἐστιν ἐξ οἱουδήποτε ἀριθμοῦ πάντας δύνασθαι ἀπαντῆσαι, καὶ μὴ ὀφείλει τοῦτο αὐτὸ παρεμποδὼν εἶναι τῷ χρησίμῳ τῆς ἐκκλησίας. καὶ γὰρ εἰς ταύτην τὴν ἐκκλησίαν, εἰς ἣν κατηξίωσεν ἡ ὑμετέρα συνελθεῖν ἁγιωσύνη, συχνῶς καὶ σχεδὸν κατὰ κυριακὴν χειροτονουμένους ἔχομεν. μὴ ἄρα δύναμαι συνεχῶς δώδεκα ἢ δέκα ἢ οὐχὶ πολὺ ἐλάττους συγκαλεῖν ἐπισκόπους. δύο δὲ γείτονας προσζεῦξαι εὐχερές ἐστι τῇ ἐμῇ βραχύτητι. διὸ ὁρᾷ σὺν ἐμοὶ ἡ ὑμετέρα ἀγάπη τοῦτο αὐτὸ μὴ δύνασθαι παραφυλαχθῆναι.

Ἑρμηνεία.

Δύο ἐπίσκοποι ἐχειροτόνησαν εἰς Νουμηδίαν ἐπίσκοπον. τὸν γὰρ ἱερέα ἐνταῦθα εἰς ἐπίσκοπον ὑποληπτέον. διότι ἱερεὺς καὶ παρὰ μόνου ἑνὸς χειροτονεῖται ἐπισκόπου, κατὰ τὸν β΄. κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων. ἐζήτησαν οὖν Ὁνωρᾶτος καὶ Οὐρβανὸς οἱ ἐπίσκοποι, καθὼς ἐνετάλθησαν, μηκέτι ὑπὸ δύο ἐπισκόπων χειροτονεῖσθαι ἐπίσκοπον, ἀλλὰ ὑπὸ δώδεκα. καὶ ἀπελογήσατο ὁ Αὐρήλιος ὀφείλειν φυλάττεσθαι τὸν ἀρχαῖον τύπον ἤτοι τὸν κανόνα, καὶ ἀρκεῖν εἰς ἐπισκόπου χειροτονίαν ἐπισκόπους τρεῖς, ὅτι πολλάκις δυσχερές ἐστι, φησὶ, πολλοὺς συνελθεῖν, καὶ ἵνα μὴ γίνηται τοῦτο ἐμποδὼν τῷ χρησίμῳ τῆς ἐκκλησίας, ἤγουν τῇ χειροτονίᾳ τῶν ἐπισκόπων, ὀφείλει παρὰ τριῶν καὶ μόνων ἐπισκόπων χειροτονεῖσθαι ἐπίσκοπος, ἤγουν παρὰ μητροπολίτου καὶ παρὰ ἑτέρων δύο, οὕτω γὰρ εὐχερὴς ἔσται ἡ τῶν ἐπισκόπων χειροτονία. σημείωσαι οὖν ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ὅτι οὐκ ἐξ ἀνάγκης παρὰ τριῶν ἐπισκόπων ἐπαρχιωτῶν χειροτονεῖται ἐπίσκοπος, ἀλλὰ παρὰ τοῦ μητροπολίτου καὶ ἑτέρων δύο, κἂν μὴ ὦσιν οὗτοι ἐπαρχιῶται.

A

CANON LIII.

Quot episcopi episcopum ordinare debent. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt, Illud quoque nobis mãdatum est, Quia ex vicinis duo fratres nostri Numidiæ episcopi sacerdotem ordinare ausi sunt, iudicate non fieri debere ordinationem nisi à xij. Aurelius episcopus dixit, Antiqua forma seruabitur, ne pauciores quàm tres constituti ad episcopi ordinationem sufficiant, eo quòd Tripoli fortè & Arzuge barbaræ scilicet gentes propè sitæ sunt. Tripoli autem quinque, iique soli sunt, vt scitis, episcopi: & B *fieri potest vt sæpe ex eo numero duo aliqua necessitate detineantur: est enim difficile vt ex quouis numero possint omnes adesse: & hoc non debet esse impedimento vtilitati ecclesiæ. Nam & in hac ecclesia, ad quã vestra sanctitas conuenire dignata est, frequentius, & ferè die dominico qui ordinãtur, habemus. Nunquid ergo frequenter possumus duodecim vel decem, vel nõ multo pauciores conuocare episcopos? Sed duos propinquos coniungere est meæ paruitati facile. Quamobrem vestra mecum videt charitas hoc non posse seruari.*

SCHOL. BALS. Duo episcopi in Numidia episcopum ordinarunt. C Sacerdotem enim pro episcopo hîc debemus intelligere. Sacerdos enim vel à solo episcopo ordinatur, vt vult ij. canon sanctorum Apostolorum. Petiuerunt ergo Honoratus & Vrbanus episcopi, sicut illis mandatum fuerat, vt non ampliùs à duobus episcopis ordinetur episcopus, sed à duodecim: & respondit Aurelius debere seruari antiquã formam siue canonem, & sufficere ad episcopi ordinationem tres episcopos, D quia sæpe multos conuenire difficile est: & ne hoc sit impedimento vtilitati ecclesiæ, episcoporum scilicet ordinationi, episcopus debet vel à tribus solis ordinari episcopus, scilicet à Metropolitano, & ab aliis duobus. Sic enim erit facilis episcoporum ordinatio. Nota ergo ex præsenti canone, quòd non necessariò à tribus prouincialibus episcopis ordinatur episcopus, sed à metropolitano, & duobus aliis, etiam si non sint ipsi prouinciales.

Ille autem Ephesi metropolitanus dominus Christophorus, qui Iscalonem episcopum ordinauit in hac regina vrbium, absque præsentia cuiusuis prouincialis, præter rationem, vt mihi videtur, accusatus. Dicebant enim nonnulli debere metropolitanum, cum prouincialibus, ad minus duobus, episcoporum ordinationes facere, sicut & electiones.

CANON LIIII.

Quot episcopi adiici debeāt numero eorū qui ordinant, si de ordinando episcopo fuerit cōtradictio. Illud autem definire oportet, vt si ad episcopi electionem quandoque conuenerimus, & extra fuerit aliqua contradictio, postquam ea à nobis tractata fuerint, esse deinceps nimis audax inceptū, tres solos ad eum deponendum qui ordinādus est, inueniri: sed prædicto numero adiiciantur vnus vel duo, & in eodē populo cuius est ordinandus, examinentur, primū personæ eorum qui cōtradicūt: postea autē & quæ sunt proposita coniungātur: & quādo in aspectu populi purus & innocens apparuerit, deinde sic ordinetur. Si hoc ergo admittat vestra sanctitas, concordi vestræ dignitatis responsione stabiliatur. Ab omnibus episcopis dictum est, Valde placet.

SCHOL. BALS. Rursus quoque Aurelius dixit, Si conuenerimus ad electionē episcopi, & exortus fortè fuerit quispiam qui dicat, nō debere eum qui electus est, ordinari propter aliquas causas. (hoc enim sæpe tractatum est vel factū est) audax est inceptū, tres episcopos, qui scilicet elegerunt secūdùm canones, examinare ea quæ dicuntur, & eum qui est ordinādus, à criminibus, quæ obiiciūtur, purū pronunciare, vel eum contra condēnare. Sed oportet vnum vel duos alios episcopos accersere: & præsente populo, in quo, qui electus est, est ordinandus, examinare primū personas eorum qui cōtradicunt, an possint accusare. Nō enim omnes ad accusationē admittuntur: sed ij quos ij. syn. can. comprehendit, & ij. syn. cxxviij. & cxxix. & cxxx. & quādo eos ad accusandū admittēdos visum fuerit, tūc proposita quoq; crimina coniungantur, pro eo quod est, in examinationem deducantur: & quando in populi conspectu purus visus fuerit, id est in manifesta examinatione, tunc ipsum ordinari oportet.

ὁ δὲ μητροπολίτης ἐκεῖνος Ἐφέσου κυρὸς Χριστόφορος Εἰσκαλῶν χειροτονήσας ἐπίσκοπον κατὰ ταύτην τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων χωρὶς παρουσίας οἱουδήτινος ἐπαρχιώτου, ἠτιάθη παραλόγως, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. Εἶπον γὰρ τινες ὀφείλειν τὸν μητροπολίτην μετὰ ἐπαρχιωτῶν τὸ ἐλάχιστον δύο τὰς χειροτονίας ποιεῖν τῶν ἐπισκόπων, ὥσπερ καὶ τὰς ψήφους.

Κανὼν νδ΄.

Πόσοι ἐπίσκοποι προστεθῆναι ὀφείλουσιν τῷ ἀριθμῷ τῶν χειροτονούντων, ἐὰν περὶ τοῦ μέλλοντος χειροτονεῖσθαι ἐπισκόπου ἀντιλογία γένηται. Ἐκεῖνο δὲ ὁρίσαι δεῖ, ὥστε ἐάν ποτε πρὸς ἐπιλογὴν ἐπισκόπου προσελθωμεν, καὶ ἀναφυῇ τις ἀντιλογία, ἐπειδὴ τὰ τοιαῦτα παρ' ἡμῖν ἐτρακταΐσθησαν, τολμηρὸν ἐστὶ λοιπὸν, τρεῖς μόνους πρὸς τὸ καθᾶραι τὸν χειροτονηθησόμενον, εὑρεθῆναι· ἀλλὰ τῷ προλεχθέντι ἀριθμῷ προστεθῇ εἷς καὶ δύο· καὶ ἐπὶ αὐτοῦ τοῦ λαοῦ οὗ μέλλει χειροτονεῖσθαι, ἐξετασθῶσι πρότερον τὰ πρόσωπα τῶν ἀντιλεγόντων. εἰς ὕστερον γὰρ καὶ τὰ προτεθειμένα συζητηθῶσι. καὶ ὅτε καθαρὸς φανείη ἐπὶ δημοσίας προσόψεως, εἶθ' οὕτω χειροτονηθείη. ἐὰν τοῦτο καταδέχηται ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη, τῇ ὁμονοητικῇ ἀποκρίσει τοῦ ὑμετέρου ἀξιώματος βεβαιωθείη. ἀπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη, πάνυ ἀρέσκει.

Ἑρμηνεία.

Καὶ πάλιν ὁ Αὐρήλιος εἶπεν, ἐὰν συνέλθωμεν εἰς ἐπιλογὴν ἐπισκόπων, καὶ ἴσως ἀναφανῇ τις λέγων μὴ ὀφείλειν τὸν χειροτονηθέντα χειροτονηθῆναι διά τινα αἰτιάματα (τοῦτο γὰρ πολλάκις ἐτρακταΐσθη ἤτοι γέγονε) τολμηρόν ἐστι τρεῖς ἐπισκόπους τοὺς ψηφισαμένους δηλαδὴ κατὰ τοὺς κανόνας, ἐξετάσαι τὰ λεγόμενα, καὶ καθαρὸν ἀποφῆναι ἀπὸ τῶν αἰτιαμάτων τὸν μέλλοντα χειροτονηθῆναι, ἢ τοὐναντίον καταδικάσαι αὐτόν· ἀλλὰ δεῖ προσκαλεῖσθαι ἕνα ἢ δύο ἐπισκόπους ἑτέρους· καὶ παρόντος τοῦ λαοῦ ἐφ' ὧν μέλλει χειροτονηθῆναι ὁ ψηφισθεὶς, ἐξετάζεσθαι πρότερον τὰ πρόσωπα τῶν ἀντιλεγόντων, εἰ κατηγορεῖν δύνανται). οὐ γὰρ πάντες εἰς κατηγορίαν προσδέχονται, ἀλλ' οὓς ὁ τῆς δευτέρας συνόδου ϛ΄. κανὼν περιέχει. καὶ τῆς παρούσης συνόδου ὁ ρκη΄. κανὼν, ὁ ρκθ΄. καὶ ὁ ρλ΄. καὶ ὅτε φανῶσιν ἐκεῖνοι δεκτοὶ πρὸς κατηγορίαν, τότε καὶ τὰ προτεθειμένα αἰτιάματα συζητηθῶσιν, ἀντὶ τοῦ συνεξετασθῶσι τῇ ἐξετάσει. καὶ ὅτε καθαρὸς φανῇ ἐπὶ δημοσίας προσόψεως, τουτέστιν ἐπὶ φανερᾶς ἐξετάσεως, τότε χειροτονεῖσθαι αὐτόν.

εἶπον οὖν οἱ ἕτεροι ἐπίσκοποι, πάνυ ταῦτα ἀρέσκει. καὶ ὁ μὲν κανὼν, ἐν τούτοις. σὺ δὲ εἰπὲ τὴν ἀντιλογίαν γίνεσθαι ἐνταῦθα κατὰ τοῦ ψηφισθέντος, μὴ ὄντος ἱερέως, ἀλλὰ διακόνου ἢ λαϊκοῦ. τὸν ἱερέα γὰρ οὐ δικάζουσιν πέντε ἐπίσκοποι, ἀλλὰ ἑπτά. καὶ εἰ τοῦτο οὕτως εἴπῃς, οὐκ ἐναντιωθήσῃ τῷ ιβʹ. κανόνι τῆς παρούσης συνόδου. ἀνάγνωθι τοῦ παρόντος συντάγματος τίτλου θʹ. κεφ. αʹ. καὶ τίτλου αʹ. κεφ. ηʹ. καὶ τὸ ἔξωθεν αὐτοῦ κατεστρωθὲν ηʹ. κεφ. τοῦ αʹ. τίτλου τοῦ γʹ. βιβλίου τῶν βασιλικῶν, ὅπερ ἐστὶ νεαρὰ Ἰουστινιανοῦ ρλζʹ. καὶ λέγε μᾶλλον κατὰ τοῦτο γίνεσθαι τὰς ἐξετάσεις τῶν ἀντιλεγόντων ἐπὶ χειροτονίᾳ ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων, διακόνων, κληρικῶν καὶ ἡγουμένων. τί δὲ εἰ μὴ ἀντιλέγει τις κατά τινος μέλλοντος χειροτονηθῆναι, ἀλλὰ προσφέρει αἰτιάματα κατά τινος καθαιρεθέντος ἴσως ἀλόγως, καὶ ζητοῦντος ἀποκατάστασιν, τὸ αὐτὸ γενήσεται; Λύσις. τοῦ χρηματίσαντος ἐπισκόπου Ἀμυκλῶν Νικολάου κατὰ βίαν πρακτικὴν παραιτησαμένου τὴν ἀρχιερωσύνην, καὶ παρὰ τῇ μεγάλῃ συνόδῳ ζητοῦντος ἀποκατάστασιν, τινὲς λέγοντες μὴ ὀφείλειν αὐτὸν ἀποκατασταθῆναι, προστιθέμενοι καὶ ἐγκληματικὰ αἰτιάματα λεγόμενα γενέσθαι παρὰ τούτου πρὸ τῆς παραιτήσεως καὶ μετὰ τὴν παραίτησιν, καὶ κωλύοντα αὐτὸν ἀρχιερατεύειν. ἐγένετο οὖν λόγος πολὺς περὶ τούτου. οἱ μὲν γὰρ διετείνοντο μὴ ὀφείλειν γενέσθαι τὴν ἀποκατάστασιν πρὸ τοῦ ἐξετασθῆναι τὰ εἰσαγόμενα αἰτιάματα, χρώμενοι καὶ τῷ παρόντι κανόνι· πρὸς δὲ καὶ τῷ ηʹ. κεφ. τοῦ αʹ. τίτλου τοῦ γʹ. βιβλίου τῶν βασιλικῶν, καὶ παραλληλίζοντες τὴν εἰς τὴν ἀρχιερωσύνην ἀποκατάστασιν τῇ νῦν πρῶτον γινομένῃ χειροτονίᾳ. οἱ δὲ ἀπεμάχοντο μὴ ἔχειν χώραν ταῦτα ἐπὶ τῆς ἀποκαταστάσεως, καὶ ἤθελον πρότερον γενέσθαι τὴν ἀποκατάστασιν, εἶθ' οὕτως γυμνασθῆναι τὰ αἰτιάματα, ὅτι φασὶ τοῦτο γίνεται καὶ εἰς τὰς πραγματικὰς δίκας. οὐδὲ γὰρ ἐμποδίζεται ἡ τῶν βιαίως ἀφαιρεθέντων ἀποκατάστασις ἀπό τινος λόγου ἢ τρόπου, καθὼς τοῖς νόμοις τοῦτο δοκεῖ. ἄλλοι δὲ διετείνοντο, τὰ μὲν μετὰ παραίτησιν λεγόμενα γενέσθαι αἰτιάματα, ἐμποδίζειν τὴν ἀποκατάστασιν· τὰ δὲ πρὸ τῆς παραιτήσεως, μὴ ἐμποδίζειν. ἤρεσε δὲ τῇ συνόδῳ πρότερον γυμνασθῆναι πάντα τὰ αἰτιάματα, καὶ οὕτως εἰ δεήσει, γενέσθαι τὴν ἀποκατάστασιν.

Dixerunt itaque alij episcopi hæc valde placere. Atqui in his quidem consistit canon. Tu autem dic contradictionem hîc fieri aduersus eum qui electus est, si non sit sacerdos, sed diaconus, vel laicus. Sacerdotem enim non iudicant quinq; episcopi, sed septem: & si hoc sic dixeris, non contradices xij. can. præsentis syno. Lege præsentis operis tit. j. ca. viij. & quod extra ipsum situm est. lviij. cap. pri. tit. iij. lib. Imp. quod est nouella Iustiniani cxxxvij. & dic magis secundùm illud fieri examinationes eorum qui contradicunt in ordinatione episcoporum, presbyterorum & diaconorum, clericorũ & præfectorum monasteriorum. Quid verò si quis non contradicit aduersus eum qui est ordinandus, sed infert crimina in aliquẽ qui iniustè fortasse est depositus, & petit restitutionẽ, idém ne fiet? Solutio. Cùm Nicolaus Muzalon qui Amyclinus episc. dictus est, vi magistratus archiepiscopatum renunciasset, & à magna synodo restitutionem peteret, adfuerunt quidam qui dicebant eum non debere restitui, causas etiam aduersus eum criminales proferentes, quas ab eo commissas esse dicebant ante renunciationem & post renunciationem, quę eum esse antistitem prohibeant. Hoc ergo multum fuit agitatũ. Alij enim asseuerabant non debere fieri restitutionem, antequam quæ abiiciebantur crimina essent examinata, præsenti quoque canone vtentes, & præterea ij. cap. j. tit. iij. lib. Imp. & comparantes restitutionem ad episcopatum ordinationi quæ nunc primùm fit. Alij verò contendebant hæc non habere locum in restitutione, & volebant restitutionem priùs fieri: deinde sic de criminibus quæri. Nam hoc quoque in ciuilibus fit controuersiis: eorum enim quæ ablata sunt, restitutio, nulla ratione nec modo impeditur, quemadmodum hoc quoque legibus placet. Alij verò asserebant, ea quidem quæ post renunciationẽ facta esse dicuntur, impedire restitutionẽ: quæ verò ante renunciationẽ, non impedire. Synodo autem placuit omnia priùs quæ obiiciebantur crimina excuti, & sic, si oportuerit, fieri restitutionẽ.

Dixit enim magnam esse differentiã A civilium & criminaliũ causarum. Ciuilia enim iura sæpe ab hoc in illum translata, nullum præiudicium afferunt, nec iis quæ ad Deum spectant incommodum important. Sed si is qui petit restitutionem, indignè restituatur, antequam scilicet quæ aduersus eum intendũtur crimina examinata fuerint, post veritatis examinationem fiet magnum preiudicium iis qui inconsideratè permiserunt, eum qui est indignus ad sacra celebranda admitti, idque cùm possint B ante restitutionem veritatem inuenire, & nihil tale facere. Ad eius autem confirmationem iiij. quoque Antiochenæ syn. canone vsi sunt: quin etiam ix. actione. x. xj. xij. Actorum iiij. syn. In iis enim cùm Ibas, qui erat Edessæ episcopus, restitutionem peteret, vt qui vna tantùm parte præsente esset depositus: quin etiã Bassianus, qui erat episcopus Ephesi, & vi à suis clericis erat extrusus, & similiter petebat restitui: inuentum est quòd admissi sunt qui criminalium causarum libellos ad C uersus eos dederunt quæ quidem factæ esse dicebantur, & antequam mouerentur: & postquam moti erant: nec auditi sunt dum vellent priùs restitui, & sic iudicio contendere. Sed criminationes quidẽ priùs examinatæ fuêre, & postea quæ ad restitutionem pertinebant.

CANON LV.

Vt ab ecclesia Carthaginensi dies Paschæ renuncietur. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerũt, Quia omnia quæ sunt in nostro cõmonitorio coniungere oportet, adiicimus præterea quod nobis mãdatum est de D *die Paschæ, vt sicut est cõsuetum, semper ab ecclesia Carthaginensi præparemur, & non in angusto tẽporis interuallo. Aurelius episc. dixit, Si videatur vestræ sanctitati, quia meminimus nos iã diu esse professos, vt in singulis diebus conueniamus ad quærendũ: quando in vnum conuenerimus, tunc dabitur sancti Paschæ dies per loci conseruatores qui in synodo inuenientur. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt, Nunc per præsentem conuentum petimus, vt nostras prouincias literis formare dignemini. Aurelius episcopus dixit, Necesse est hoc fieri.*

εἶπε γὰρ ὡς μεγάλη διαφορά ἐστι τῶν πραγματικῶν ὑποθέσεων, καὶ τῶν ἐγκληματικῶν. τὰ μὲν γὰρ, ἤγουν τὰ πραγματικὰ δίκαια, πολλάκις μετατιθέμενα ἀπὸ τούτε εἰς τοῦτον, οὐ προσκριματίζονται, οὐδὲ τὰ εἰς θεὸν ἀφορῶντα λυμαίνουσι. τοῦ δὲ ζητοῦντος ἀποκατάστασιν, ἀναξίως ἀποκαθισταμένου, πρὸ τοῦ ἐξετασθῆναι δηλονότι τὰ κατ' αὐτοῦ εἰσαγόμενα αἰτιάματα, γενήσεται πρόσκριμα μέγα τοῖς παραχωρήσασι μετὰ τὴν τῆς ἀληθείας ἐξέτασιν, ὡς ἀπερισκέπτως τὸν ἀνάξιον δεξαμένοις εἰς ἱερουργίαν, δυναμένοις καὶ ταῦτα πρὸ τῆς ἀποκαταστάσεως, τὴν ἀλήθειαν εὑρεῖν, καὶ μηδὲν τοιοῦτον ποιῆσαι. εἰς κατασκευὴν δὲ τούτου, ἐχρήσαντο καὶ τῷ δ'. κανόνι τῆς ἐν Αντιοχείᾳ συνόδου, ἀλλὰ μὴν καὶ τῇ θ'. πράξει, τῇ ι'. καὶ ια'. καὶ ιβ'. τῶν πρακτικῶν τῆς δ'. συνόδου. ἐν γὰρ ταύταις τοῦ Ιβα ἐπισκόπου ὄντος Εδέσσης, ζητοῦντος ἀποκατάστασιν, ὡς καθαιρεθέντος μονομερῶς, ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ Βασιανοῦ ἐπισκόπου ὄντος Εφέσου, καὶ κατὰ βίαν παρὰ τῶν κληρικῶν αὐτοῦ ἐξωθέντος, καὶ ζητοῦντος ὁμοίως ἀποκατάστασιν, εὕρηται ὡς προσεδέχθησαν οἱ λίβελλοι ἐγκληματικῶν αἰτιαμάτων κατὰ τούτων δόντες, λεγομένων γενέσθαι πρὸ τοῦ μετακινηθῆναι τούτους, καὶ μετὰ ταῦτα· καὶ οὐκ εἰσηκούσθησαν οἱ ζητοῦντες πρότερον ἀποκατασταθῆναι καὶ οὕτω δικάσασθαι, ἀλλ' ἐτηρήθησαν πρότερον τὰ αἰτιάματα, καὶ μετὰ ταῦτα τὰ περὶ τῆς ἀποκαταστάσεως.

Κανὼν νε'.

Ωστε ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας Καρχηδόνος ἀγγέλλεσθαι τὴν ἡμέραν τοῦ Πάσχα. Ονωρᾶτος καὶ Οὐρβανὸς, οἱ ἐπίσκοποι εἶπον· Επειδὴ τὰ ἐν τῷ κομμονιτωρίῳ ἡμῶν πάντα δεῖ συζεῦξαι, προστίθεμεν ἔτι μὴν ἐνταλὲν ἡμῖν περὶ τῆς ἡμέρας τοῦ Πάσχα, ἵνα κατὰ τὸ εἰωθὸς ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας Καρχηδόνος ἀεὶ παρασκευαζώμεθα, καὶ μὴ ἐν στενῷ τοῦ χρόνου διαστήματι. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· Εαν δοκῇ τῇ ἁγιωσύνῃ ὑμῶν, ἐπειδὴ μεμνήμεθα ἤδη ἐκ πολλοῦ ἡμᾶς ἐπαγγειλαμένους, ὥστε ἐν ἑκάστοις ἐνιαυτοῖς συνέρχεσθαι πρὸς τὸ συζητεῖν, ὅταν εἰς ἓν συνέλθωμεν, τότε διαδοθήσεται τοῦ ἁγίου Πάσχα ἡ ἡμέρα διὰ τῶν εὑρεθησομένων ἐν τῇ συνόδῳ τοποτηρητῶν. Ονωρᾶτος καὶ Ουρβανὸς ἐπίσκοποι εἶπον· Νῦν διὰ τῆς παρούσης συνελεύσεως αἰτοῦμεν, ἵνα γράμμασι τυπῶσαι τὰς ἡμετέρας ἐπαρχίας καταξιώσητε. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν, ἀναγκαῖόν ἐστιν οὕτω γενέσθαι.

Ἑρμηνεία.

Τοῦ Ὀνωράτου καὶ τοῦ Οὐρβανοῦ ζητησάντων γνωρισθῆναι τὴν ἡμέραν τοῦ Πάσχα αὐτοῖς ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας Καρχηδόνος, ὡς ἂν εἰδήσεως δοθείσης πρὸ καιροῦ πλείονος, παρασκευάζωνται πρὸς ταύτην, ἀπεκρίθη ὁ Αὐρήλιος ὅτι ἐπεὶ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τετύπωται σύνοδον γίνεσθαι, γενήσεται καὶ τοῦτο. ὡσαύτως ζητησάντων τῶν αὐτῶν τυπωθῆναι τὰς τούτων ἐπαρχίας, ὡρίσθη γενέσθαι καὶ τοῦτο.

Κανὼν νϛ΄.

Περὶ τοῦ, τὰς ἐπαρχίας ἐπισκέπτεσθαι. Κἀκεῖνο ἡμῖν διὰ λόγου ἐντέταλται, ὥστε καὶ ἡμᾶς καταξιῶσαι τὸ ὁρισθὲν ὑπὸ τῆς ἐν Ἵππωνι συνόδου, ὀφείλειν ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐν τῷ καιρῷ τῆς συνόδου ἐπισκέπτεσθαι, καὶ ὅτι ἐν τούτῳ καὶ τῷ ἄλλῳ ἐνιαυτῷ ὑπερέθεσθε κατὰ τάξιν ἐπισκέψασθαι τὴν Μαυριτανίαν. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπε. τότε περὶ τῆς τῶν Μαυριτανῶν χώρας οὐδὲν ὡρίσαμεν, διὰ τὸ εἰς τὰ τέλη τῆς Ἀφρικῆς κεῖσθαι αὐτήν. καὶ ὅτι τῷ βαρβαρικῷ παράκειται. ὁ δὲ θεὸς παράσχοι ἐκ περιουσίας δυνάσθαι ἡμᾶς καὶ μὴ ἐπαγγελλομένους τοῦτο ποιεῖν, καὶ παραγίνεσθαι εἰς τὴν χώραν ὑμῶν. ὀφείλετε γὰρ ἐννοεῖν ἀδελφοί, ὅτι ἐὰν λογισμὸς ἀπαιτῇ τοῦτο, περὶ ἑαυτῶν διεξελθεῖν ἠδύναντο καὶ οἱ Τριπολιτανοὶ καὶ οἱ Ἀρζουϊτανοὶ ἀδελφοί.

Ἑρμηνεία.

Οἱ αὐτοὶ ἐπίσκοποι ἐζήτησαν ἐπισκέπτεσθαι καὶ τὴν Μαυριτανίαν, ὡς τούτου μὴ γινομένου περὶ χρόνων δύο. πρὸς ὃ ἀπελογήσατο ὁ Αὐρήλιος ὡς οὐκ ἂν οὐ γέγονε τοῦτο διὰ τὸ εἰς τὰ τέλη τῆς Ἀφρικῆς πλησίον τῶν βαρβάρων παρακεῖσθαι τὴν Μαυριτανίαν. ἀλλὰ θεοῦ διδόντος ἐκ περιουσίας τοῦτο γενήσεται, ἤτοι καὶ πλέον τῶν ἐπαγγελθέντων. εἰ γὰρ δυνατὸν ἦν τοῦτο, ἐξ ἀνάγκης καὶ οἱ Τριπολιτιανοί, καὶ οἱ Ἀρζουϊτανοὶ ἵνα ἐζήτησαν τοῦτο.

Κανὼν νζ΄.

Ὥστε τὰς διοικήσεις, εἰ μὴ κατὰ συναίνεσιν τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, ἐπίσκοπον ἕτερον μὴ δέχεσθαι. Ἐπιγόνιος ἐπίσκοπος εἶπεν· Ἐν πολλαῖς συνόδοις ὥρισται συνεδρίῳ ἱερατικῷ, ἵνα τὰ πλήθη τὰ ἐν ταῖς παροικίαις ἀπὸ τῶν ἐπισκόπων κατεχόμενα τὰ ἴδιον ἐπίσκοπον μηδέποτε ἐσχηκότα, εἰ μὴ κατὰ συναίνεσιν τοῦ ἐπισκόπου, παρ' οὗ ἐξ ἀρχῆς κατέχονται, μὴ λαμβάνοιεν ἰθυντὰς ἰδίους, τουτέστιν, ἐπισκόπους· ἐπειδή τινες δηλαδὴ τυραννίδος τινὸς ἐπιτετυχηκότες, τὴν τῶν ἀδελφῶν κοινωνίαν ἀποστρέφονται.

A Schol. Bals. Cùm Honoratus & Vrbanus petiuissent vt cognosceretur dies Paschæ ex ecclesia Carthaginensi, vt cognitione longo antè tempore data ad eam præpararentur, respondit Aurelius, quòd quia constitutum est vt singulis annis fiat synodus, hoc quoque fiet. Similiter cùm iidem petiuissent, vt eorum quoq; formarentur prouinciæ, hoc quoque fieri statutum est.

Canon LVI.

Vt prouinciæ visitentur. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerũt, Illud quoque nobis verbis mandatum est, vt dignemini (conuenienter ei quod à synodo, quæ Hippone habita est, definitũ est, debere scilicet vnãquanque prouinciam tẽpore synodi visitari, id quod & in alio anno distulistis) ordine visitare Mauritaniã. Aurelius episcopus dixit, Tunc de Mauritanorum regione nihil definiimus, quòd ea sita sit in finibus Africæ, & quòd solo barbarico sit cõtermina. Deus autem largiatur, vt abũdè etiã nõ polliciti hoc agamus, & adsimus in vestra regione. Debetis enim hoc cogitare, fratres, quòd si ratio hoc postularet vt de iis ageretur, possent & Tripolitani & Arzuitani fratres hoc facere.

C Schol. Bals. Iidẽ episcopi petiuerunt, vt visitaretur quoq; Mauritania, vt quod duobus antè annis nõ sit factum. Ad quod respondit Aurelius, quòd etiam si hoc factũ non est eo quòd in finibus Africę prope Barbaros sita sit Mauritania, sed Deo dante abundè hoc fiet, seu plusquam promissum fuerit. Si hoc enim fieri posset, Tripolitani & Arzuitani hoc petiuissent.

Vt diœceses, nisi proprij episcopi consensu, alius episcopus non suscipiat. Epigonius episcopus dixit, In multis synodis constitutum est sacerdotali consessu, vt populi, qui in parochiis ab episcopis continentur, qui nunquam proprium episcopum habuerunt, nisi ex consensu episcopi, à quo à principio tenentur, proprios directores, id est episcopos, non accipiant: quoniam scilicet quidam tyrannidem quandam assecuti, fratrum cõmunionem auersantur.

Si quis propter eam quæ existimatur, exercitationem, in dominico ieiunet, sit anathema.

SCHOL. BALS. Multis canonibus cautum est, ne ieiunemus, & tristitiam præ nobis feramus, in festo ac læto die dominico, propter domini resurrectionem, sed celebremus, & Deo gratias agamus, vt qui ex peccati lapsu surrexerimus. Eustathianos ergo docentes esse in diebus dominicis ieiunandum, propter exercitationem scilicet, canon anathemate percutit. Lxv. autem canon Apostolicus segregat laicos qui sic ieiunant, quemadmodum clericos deponit. Quære & lv. can. syno. in Trullo.

CANON XIX.

Si quis eorum qui exercentur, absque corporali necessitate, se insolenter gerat, & tradita ieiunia, quæ communiter seruantur ab ecclesia, dissoluat, perfecta in eo residente ratione, sit anathema.

Distin. 30. Si quis per superbiam.

ὑποικουροῦντος

SCHOL. BALS. Bogomelica est hæresis, ad aliquod tempus omni die ieiunare, vt eos qui post tantum tempus ieiunant, dicant

esse in perfectione, & ieiunium soluere & peccare indiscriminatim posse, & omne vitium tanquam à perfectione ab igne exuri. Huiusmodi ergo etiam docebant & Eustathiani, & ideo fuerunt anathemate percussi. Debemus enim fideles in traditis ieiuniis ieiunare, & rursus festos dies celebrare, nisi fortè propter morbum ieiunium soluere coacti simus. Dicit enim lxix. can. Apostolicus: In omni quarta, & quinta feria, & in Paschæ quadragesima nos ieiunium non frangere, nisi propter corporalem imbecillitatem.

CANON XX.

Si quis arrogantia vtens, & martyrum congregationes abhorrens, & sacra quæ in eis celebrantur, & eorum memorias accuset, sit anathema.

SCHOL. BALS. In sanctorum martyrum memoriis fiebant conuentus quidam, & congregationes in quibusdam templis, sicut & fit hodie. Eustathiani ergo, pietatis prætextu eos qui hæc in Dei honorem faciebant, damnabant, & ideo etiam anathemati subiecti sunt. Nota ergo quòd quæ in solennibus martyrum festis fiunt, cantica, choreæ, & populi confluxus, quoniam in Dei fiunt honorem, non reprobantur, cùm de iis hæc patres scripserint.

CANON XXI.

Dist. 3. Hæc autem scripsimus.

Hæc autem scribimus, non eos abscindentes qui in Dei ecclesia volunt secundùm scripturas in continentia & pietate exerceri, sed eos qui prætextum exercitationis ad arrogantiam assumunt, aduersus eos qui simpliciùs viuunt, se efferentes, & præter scripturas ecclesiasticósque canones nouitates inducunt. Virginitatem itaque vnà cũ humilitate admiramur, & continentiã quæ cum pietate & grauitate exercetur, admittimus: & à secularibus negotiis secessum cum humilitate suscipimus: & honorabilem matrimonij coniunctionem honoramus, & diuitias cum iustitia & beneficẽtia non vilipendimus: & vestium vilitatem, propter corporis tantum curã minimè curiosam ac operosam, laudamus: dissolutas autẽ & molles in vestibus incessus auersamur,

Dist. 41. Parsimoniam cũ veste.

τοὺς νηστεύοντας, καὶ καταλύειν καὶ ἁμαρτάνειν ἀδιαφόρως, καὶ πᾶσαν κακίαν διὰ τῆς τελειότητος ὡς ὑπὸ πυρὸς κατακαίεσθαι. τοιαῦτα γοῦν ἐδίδασκον ὡς ἔοικε, καὶ οἱ περὶ τὸν Εὐστάθιον. διὸ καὶ ἀναθεματίσθησαν. ὀφείλομεν γὰρ οἱ πιστοὶ νηστεύειν κατὰ τὰς παραδεδομένας νηστείας. καὶ αὖθις πανηγυρίζειν κατὰ τὰς ἑορτασίμους ἡμέρας, εἰ μήπω διὰ νόσον καταλῦσαι ἀναγκασθῶμεν. ὅτι φησὶ καὶ ὁ ξθ'. ἀποστολικὸς κανών, κατὰ πᾶσαν τετράδα καὶ παρασκευὴν καὶ τὴν τεσσαρακοστὴν τοῦ πάσχα μὴ καταλύειν ἡμᾶς, εἰ μὴ δι' ἀσθένειαν σωματικήν.

Κανὼν κ'.

Εἴ τις αἰτιᾶται, ὑπερηφάνῳ διαθέσει κεχρημένος καὶ βδελυαττόμενος τὰς συνάξεις τῶν μαρτύρων, ἢ τὰς ἐν αὐταῖς γινομένας λειτουργίας, καὶ τὰς μνήμας αὐτῶν, ἀνάθεμα ἔστω.

Ἑρμηνεία.

Ἐν μνήμαις ἁγίων μαρτύρων ἐγίνοντο συνάξεις καὶ πανηγύρεις ἔν τισι ναοῖς, καθὼς καὶ σήμερον γίνεται. οἱ γοῦν περὶ τὸν Εὐστάθιον προφάσει δῆθεν εὐλαβείας, κατεγίνωσκον τῶν ταύτας εἰς τιμὴν τοῦ θεοῦ ποιούντων· ἀλαζονευόμενοι διὰ τὴν θεοστυγῆ αὐτῶν διαγωγήν. διὸ καὶ ἀναθέματι καθυπεβλήθησαν. ὥστε σημείωσαι ὅτι τὰ εἰς τὰς ἐπισήμους ἑορτὰς τῶν ἁγίων μαρτύρων γινόμενα, ἤγουν τὰ ψαλτῳδήματα, αἱ χοροστασίαι καὶ ἡ σύρροια τοῦ πολλοῦ λαοῦ, ἐπεὶ εἰς τιμὴν γίνονται τοῦ θεοῦ, οὐκ ἀποδοκιμάζονται. ἐπὶ τούτοις ἔγραψαν ταῦτα οἱ τῆς συνόδου.

Κανὼν κα'.

Ταῦτα δὲ γράφομεν, οὐκ ἐκκόπτοντες τοὺς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ, κατὰ τὰς γραφὰς ἀσκεῖσθαι βουλομένους· ἀλλὰ τοὺς λαμβάνοντας τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἀσκήσεως εἰς ὑπερηφανίαν, κατὰ τῶν ἀφελέστερον βιούντων ἐπαιρομένους τε καὶ παρὰ τὰς γραφὰς καὶ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας, καινισμοὺς εἰσάγοντας. ἡμεῖς τοιγαροῦν καὶ παρθενίαν μετὰ ταπεινοφροσύνης θαυμάζομεν, καὶ ἐγκράτειαν μετὰ σεμνότητος καὶ θεοσεβείας γινομένην ἀποδεχόμεθα· καὶ ἀναχώρησιν τῶν ἐγκοσμίων πραγμάτων μετὰ ταπεινοφροσύνης ἀποδεχόμεθα· καὶ γάμου συνοίκησιν σεμνὴν τιμῶμεν, καὶ πλοῦτον μετὰ δικαιοσύνης καὶ εὐποιΐας οὐκ ἐξουθενοῦμεν· καὶ λιτότητα καὶ εὐτέλειαν ἀμφιασμάτων δι' ἐπιμέλειαν μόνον τοῦ σώματος ἀπεριέργων ἐπαινοῦμεν· τὰς δὲ ἐκλύτους καὶ τεθρυμμένας ἐν τῇ ἐσθῆτι προόδους οὐκ ἀποδεχόμεθα,

καὶ τοὺς οἴκους τοῦ θεοῦ τιμῶμεν, καὶ τὰς συνόδους, τὰς ἐπ' αὐτοῖς, ὡς ἁγίας καὶ ἐπωφελεῖς ἀποδεχόμεθα, οὐ συγκλείοντες τὴν εὐσέβειαν ἐν τοῖς οἴκοις, ἀλλὰ πάντα τόπον τὸν ἐπ' ὀνόματι τοῦ θεοῦ οἰκοδομηθέντα τιμῶντες, καὶ τὴν ἐν αὐτῇ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ σύνοδον κοινὴν εἰς ὠφέλειαν τοῦ κοινοῦ ἀποδεχόμεθα, καὶ τὰς καθ' ὑπερβολὴν εὐποιΐας τῶν ἀδελφῶν, τὰς κατὰ τὰς παραδόσεις διὰ τῆς ἐκκλησίας εἰς τοὺς πτωχοὺς γινομένας μακαρίζομεν, καὶ πάντα συνελόντας εἰπεῖν, τὰ παραδοθέντα ὑπὸ τῶν θείων γραφῶν καὶ τῶν ἀποστολικῶν παραδόσεων, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γίνεσθαι εὐχόμεθα.

& domos Dei honoramus, & qui fiunt in iis conuentus vt sanctos & vtiles recipimus, non pietatem in domibus includentes, sed omnem locum in Dei nomine ædificatum honorantes, & quæ fit in ipsa ecclesia congressionem, ad publici vtilitatem recipimus, & insignes fratrum beneficentias, quæ tanquam secundùm traditiones fiunt per ecclesiam in pauperes, laudamus, &, semel dicamus, quæ à diuinis scripturis, & Apostolicis traditionibus tradita sunt, in ecclesia fieri optamus.

Ἑρμηνεία.

Τινὰ τῶν νομιζομένων ἐναρέτων ἔργων οἱ τῆς συνόδου ταύτης πατέρες γίνεσθαι παρὰ τῶν πιστῶν, οἷον τὸ παρθενεύειν, ὡς τάχα τοῦ γάμου πρὸς σωτηρίαν ψυχῆς ἐμποδίζοντος, τὸ μὴ νηστεύειν ἐν ἡμέραις αἷς ἀπαγορεύεται ἡ νηστεία, τὸ λύειν τὸν γάμον διὰ δοκοῦσαν ἄσκησιν, τὸ μὴ τεκνοτροφεῖν, ἢ γηροβοσκεῖν τοὺς γονεῖς, διὰ τὴν τῆς ἀρετῆς τάχα ἐργασίαν, καὶ ὅσα τοιαῦτα, νῦν ὑπὲρ τούτων ἀπολογοῦνται πάντων, λέγοντες ταῦτα ὡρισάμεθα, οὐχὶ τοὺς ἄσκησιν αἱρουμένους ἀνακόπτοντες, ἀλλὰ τοὺς διὰ τοῦτο ὑπερηφανευομένους καὶ ἐπαιρομένους, καὶ καινά τινα παρὰ τὰς θείας γραφὰς εἰσάγοντας διορθούμενοι. ἡμεῖς γὰρ καὶ τόδε καὶ τόδε ἀποδεχόμεθα καὶ τόδε θαυμάζομεν, καὶ ἐφεξῆς ὅσα αὐτοῖς ἀριθμοῦμεν, καὶ εὐχόμεθα πάντα γίνεσθαι κατὰ τὰς θείας γραφὰς καὶ τὰς παραδόσεις τὰς ἀποστολικάς· διὰ μὲν τῶν θείων γραφῶν, πάντα τὰ ἐγγράφως ἐντεταλμένα τοῖς πιστοῖς ὑπεμφαίνοντες· διὰ δὲ τῶν παραδόσεων, τὰ τῶν ἀγράφων ἐθῶν αἰνιξάμενοι. καὶ τὰ ἄγραφα γὰρ ἔθη τῷ χρόνῳ δοκιμασθέντα καὶ κυρωθέντα, καὶ οἱ τῆς πολιτείας νόμοι κρατεῖν τε καὶ ἐνεργεῖν θεσπίζουσι, καὶ οἱ θεῖοι κανόνες, καὶ ὁ μέγας τὰ πάντα Βασίλειος, περὶ τῆς τούτων φυλακῆς, μακρὸν ἐπιτείνει λόγον ἐν διαφόροις λόγοις αὐτοῦ.

Schol. Bals. Cùm quædam opera, quæ bona & ex virtute existimantur, huius synodi patres à fidelibus fieri prohibuerint, vt virginitatem seruare, vtpote cùm matrimonium ad salutem animæ impedimentum afferat, non ieiunare diebus quibus prohibitum est ieiunium, soluere matrimonium propter eam quæ videtur exercitationem, non alere liberos vel parentes, propter virtutis exercitium, & quæcunque sunt eiusmodi: nunc pro iis omnibus respondent dicentes, Hæc decreuimus, non eos qui volũt exercere, amputantes, sed eos qui propterea superbi & insolentes fiunt: & eos qui noua quædam præter diuinas scripturas introducunt, corrigentes. Nos enim & hoc & illud recipimus: & hoc admiramur, & eodem quo illi ordine habemus, & omnia fieri optamus secundùm diuinas scripturas & traditiones Apostolicas, per diuinas scripturas & omnia quæ in scriptis, fidelibus mandata sunt, significantes: Per traditiones autem non scriptos mores innuentes. Non scriptos enim mores tempore approbatos & confirmatos, leges quoque ciuiles obseruari & valere decernunt, & diuini canones. Et magnus etiam in rebus omnibus Basilius de eorum obseruatione in multis suis orationibus fusè loquitur.



ANTIOCHENA SYNODVS.

ANtiochiæ, quæ est ciuitas Syriæ, duæ fuere synodi. Vna quidem sub Aureliano Imperatore Romanorum, aduersus Paulum Samosatenum, qui dicebat dominum nostrum & Deum Iesum Christum, solum hominem: filium Dei autem, esse verbum prolatitium. Huic autem synodo interfuerunt & multi alij, & sanctus Gregorius Thaumaturgus. conuenerunt autem Antiochiæ, cuius erat episcopus Paulus Samosatenus. Quem quidem Paulum, cũ admonitionibus, & ex scripturis demonstrationibus, à blasphemiis desistere non persuasissent, communi sentẽtia deposuerũt, & anathematizarũt. Is verò ab Antiochenæ ecclesiæ throno non recessit. Patres itaque synodi de eo ad Aurelianum Imperatorem retulerunt. Ille verò Romanorum episcopo & eius antistitibus iussit de Paulo inquirere, & si iustè depositus fuit, eum ex Christianorum ecclesia expellere, quod etiam factum est, vt scribit Eusebius Pamphili. Alia verò synodus rursus coacta est Antiochiæ sub Constantio filio magni Constantini, quinque annis post mortem patris: & canones edidit, qui sunt hi:

CANONES PATRVM QVI ANTIOCHIÆ conuenerunt.

CANON I.

Omnes qui audent dissoluere decretum sanctæ & magnæ synodi, quæ Nicææ coacta est in præsentia pietatis religiosissimi imperatoris Constantini, de sancto festo salutiferi Pascha, esse excommunicatos, & ecclesia eiectos statuimus, si aduersus ea quæ rectè decreta sunt, contentiosius insistere perrexerint. Et hæc quidem de laicis dicta sint. Si quis autem eorum qui præsunt ecclesiæ, episcopus, vel presbyter, vel diaconus, audebit post hoc decretum, ad populorũ subuersionem, & ecclesiarum perturbationem, seorsum agere, & Pascha cum Iudæis peragere, sancta synodus eũ abhinc alienũ esse ab ecclesia iudicauit, vt qui nõ sibi solũ peccati,



Η ΕΝ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑ σύνοδος.

ΔΥΟ γεγόνασιν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας σύνοδοι, ἡ μὲν ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ βασιλέως Ῥωμαίων κατὰ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, ὃς αἱρεσιάρχης ἐγένετο, λέγων τὸν κύριον ἡμῶν καὶ θεὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, ψιλὸν ἄνθρωπον· τὸν δὲ υἱὸν τοῦ θεοῦ, λόγον προφορικόν. παρῆσαν δὲ ἐν τῇ συνόδῳ ταύτῃ πολλοί τε ἄλλοι καὶ ὁ ἅγιος Γρηγόριος ὁ Θαυματουργός. ἠθροίσθησαν δ' ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἧς ἐπίσκοπος ἦν ὁ Σαμοσατεύς, ὃν δὴ Παῦλον ταῖς παραινέσεσι καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν γραφῶν ἀποδείξεσι μὴ πείσαντες ἀποστῆναι ἀπὸ τῶν κατὰ τοῦ κυρίου βλασφημιῶν, κοινῇ ψήφῳ καθεῖλον καὶ ἀνεθεμάτισαν. ὁ δὲ τοῦ θρόνου τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίας οὐκ ἀφίστατο. διὸ οἱ τῆς συνόδου πρὸς τὸν βασιλέα Αὐρηλιανὸν τὰ περὶ τούτου ἀνέφερον. καὶ ὃς τῷ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς κατ' αὐτὸν ἀρχιερεῦσιν ἐκέλευσε τὰ κατὰ τοῦ Παύλου ἐπισκέψασθαι· καὶ εἰ δικαίως καθῄρηται, ἐκδιῶξαι αὐτὸν τῆς τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίας, ὃ καὶ γέγονεν, ὡς ὁ τοῦ Παμφίλου Εὐσέβιος ἱστορεῖ. ἑτέρα δὲ αὖθις συνέστη σύνοδος ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐπὶ Κωνσταντίου τοῦ υἱοῦ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, μετὰ πέντε ἔτη τῆς τελευτῆς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. καὶ κανόνας ἐξέθετο, οἵτινες εἰσὶν οὗτοι·

ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΩΝ ΕΝ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑ συνελθόντων ἁγίων πατέρων.

Κανὼν α'.

Πάντας τοὺς τολμῶντας παραλύειν τὸν ὅρον τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου τῆς ἐν Νικαίᾳ συγκροτηθείσης ἐπὶ παρουσίᾳ τῆς εὐσεβείας τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου, περὶ τῆς ἁγίας ἑορτῆς τοῦ σωτηριώδους πάσχα, ἀκοινωνήτους καὶ ἀποβλήτους εἶναι τῆς ἐκκλησίας, εἰ ἐπιμένοιεν φιλονεικότερον ἐνιστάμενοι πρὸς τὰ καλῶς δεδογμένα. καὶ ταῦτα εἰρήσθω περὶ τῶν λαϊκῶν. Εἰ δέ τις τῶν προεστώτων τῆς ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, μετὰ τὸν ὅρον τοῦτον τολμήσειεν ἐπὶ διαστροφῇ τῶν λαῶν καὶ ταραχῇ τῶν ἐκκλησιῶν ἰδιάζειν, καὶ μετὰ τῶν Ἰουδαίων ἐπιτελεῖν τὸ πάσχα, τοῦτον ἡ ἁγία σύνοδος ἐντεῦθεν ἤδη ἀλλότριον ἔκρινεν τῆς ἐκκλησίας, ὡς οὐ μόνον ἑαυτῷ ἁμαρτίας,

ἀλλὰ πολλοῖς διαφθορᾶς καὶ διαστροφῆς γινόμενον αἴτιον· καὶ οὐ μόνον τοὺς τοιούτους καθαιρεῖ τῆς λειτουργίας, ἀλλὰ καὶ τοὺς τολμῶντας τούτοις κοινωνεῖν μετὰ τὴν καθαίρεσιν. τοὺς δὲ καθαιρεθέντας ἀποστερεῖσθαι καὶ τῆς ἔξωθεν τιμῆς, ἧς ὁ ἅγιος κανὼν καὶ τὸ τοῦ θεοῦ ἱερατεῖον μετείληφεν.

A *sed & multis exitij & subuersionis causa fuerit: & nō solùm eos à ministerio deponit, sed & eos qui audent iis communicare post depositionē. Depositos autem etiam externo honore priuari, cuius sanctus canon, & Deū sacerdotium fuit particeps.*

Ἑρμηνεία.

Περὶ τῆς ἑορτῆς τοῦ ἁγίου πάσχα, πότε ὀφείλει γίνεσθαι, ἱκανῶς διελήφθη ἐν τῷ ζ'. ἀποστολικῷ κανόνι, καὶ ἀνάγνωθι τοῦτόν τε καὶ τὰ ἐν αὐτῷ γραφέντα. οἱ δὲ τῆς παρούσης συνόδου ἅγιοι πατέρες, λέγουσι τὰ περὶ τῆς τοιαύτης ἑορτῆς, ὁρισθῆναι παρὰ τῆς πρώτης συνόδου. ἐν γοῦν τοῖς κανόσι τῶν ἐν Νικαίᾳ πατέρων τοῦτο οὐχ εὕρηται. εἰς τὰ πρακτικὰ δὲ τῆς πρώτης συνόδου εὑρίσκεται. τοὺς τοίνυν τολμῶντας τὰ οὕτω διορισθέντα περὶ τοῦ πάσχα καταλύειν, καὶ μετὰ Ἰουδαίων ἑορτάζειν, λαϊκοὺς μὲν ὄντας καὶ μὴ ἑτοίμους εὑρισκομένους πρὸς τὴν ἐκκλησιαστικὴν παράδοσιν, ἀλλὰ φιλονεικοῦντας, διορίζονται ἀκοινωνησίας παντελοῦς ἐπιτιμίῳ καθυποβάλλεσθαι· ἱερωμένους δὲ καθαιρεῖσθαι. καὶ οὐ μόνους τούτους ἀλλὰ καὶ τοὺς κοινωνοῦντας αὐτοῖς μετὰ τὴν καθαίρεσιν. καὶ τούτους δὲ κἀκείνους σὺν τῇ λειτουργησίᾳ, καὶ τῆς ἔξωθεν τοῦ βήματος ἀνηκούσης αὐτοῖς κανονικῆς τιμῆς, ὡς ἱερωμένους ἀπαλλοτριοῦσιν. οὔτε γὰρ καθέδρας, οὔτε κλήσεως ἀξιωθήσονται, οὔτε μὴν ἑτέρου προνομίου ἱερατικοῦ. ὥστε σημείωσαι ἀπὸ τούτου, ὅτι εἰ μή ἐστι τοιοῦτον μέγα τὸ ἔγκλημα δι' ὅ τις καθῃρέθη, ἀλλὰ ἐλαφρόν, (τυχὸν γὰρ ἐγάμησε μετὰ τὴν χειροτονίαν) ἐνεργήσει τὰ ἔξω τοῦ βήματος· ἕξει δὲ καὶ τὴν ἔξω τιμήν. ἀνάγνωθι καὶ κανόνα θ'. τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου. καὶ τῆς ϛ'. συνόδου κανόνας κα'. καὶ κϛ'.

SCHOL. BALS. De festo Paschæ quando debet fieri, satis tractatum est in septimo canone Apostolico, & lege eum, & quæ in ipsum scripta sunt. Præsentis autem synodi sancti patres dicunt, de hoc festo à prima synodo fuisse definitum. Atque hoc in canonibus patrum Nicenæ synodi non inuentum est, sed in actis pri- B mæ synodi inuenitur. Eos ergo qui audent quæ de Pascha sic definita sunt, soluere, & cum Iudæis festum agere, si sint quidem laici, & ad ecclesiasticam traditionem non facilè redigantur, sed contentiosè resistāt, decernunt absolutè excommunicationis pœnis subiici, eos verò qui sūt sacrati, deponi: & non solùm ipsos, sed & eos qui illis post depositionem communicant. Quin etiam iis ipsis vnà cum sacrorum celebrandorum priuatione honorem quoque canonicum, qui ad illos, vtpote sacratos, C extra sacrum tribunal pertinet, adimunt. Neque enim cathedræ, neque vocationis honore digni habebūtur: sed nec alio sacerdotali priuilegio. Nota ergo ex hoc, quòd si nō est magnum crimen, propter quod quispiā est depositus, sed leue (fortè enim duxit vxorem post depositionē) habebit etiam externum honorem. Lege & ix. canonē Neocæsariēsis synodi, & vj. synodi can. xxj. & xxvj.

Κανὼν β'

Πάντας τοὺς εἰσιόντας εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, καὶ τῶν ἱερῶν γραφῶν ἀκούοντας, μὴ κοινωνοῦντας δὲ εὐχῆς ἅμα τῷ λαῷ, ἢ ἀποστρεφομένους τὴν ἁγίαν μετάληψιν τῆς εὐχαριστίας κατά τινα ἀταξίαν, τούτους ἀποβλήτους γίνεσθαι τῆς ἐκκλησίας, ἕως ἂν ἐξομολογησάμενοι καὶ δείξαντες καρποὺς μετανοίας, καὶ παρακαλέσαντες, τυχεῖν δυνηθῶσι συγγνώμης. μὴ ἐξεῖναι δὲ κοινωνεῖν τοῖς ἀκοινωνήτοις, μηδὲ κατ' οἴκους συνελθόντας συνεύχεσθαι τοῖς μὴ τῇ ἐκκλησίᾳ συνευχομένοις, μηδὲ ἐν ἑτέρᾳ ἐκκλησίᾳ ὑποδέχεσθαι τοὺς ἐν ἑτέρᾳ ἐκκλησίᾳ μὴ συναγομένους.

CANON II.

Omnes qui in ecclesiam ingrediuntur, & D sacras scripturas audiunt, orationi autem cum populo non communicant, vel sanctam Eucharistiæ participationem, propter aliquā insolentiam auersantur, eos ab ecclesia expelli, donec postquam confessi fuerint, fructúsque pœnitentiæ ostenderint, & implorauerint, veniam assequi possint: non licere autem cōmunicare cum excōmunicatis, neq; in domibus cōuenienter orare pro ijs qui in ecclesia non cōmunicant, neque in alia ecclesia recipi, qui in alia ecclesia nō cōueniunt.

Si quem autem ex episcopis, vel presbyteris, vel diaconis, vel quẽ ex canone, excommunicatis communicare apparuerit, eum quoque esse excommunicatum, vt qui canonem ecclesiæ confundat.

SCHOL. BALS. In viij. & ix. canone Apostolico, expositum est, quinam sunt qui orationem non expectant, & participationem: & quomodo puniuntur. Similiter & in decimo canone de iis qui excommunicatis communicant. Consequenter ergo, præsens quoque canon decernit vt ij segregentur, qui in ecclesiam ingrediũtur, & orationem non expectant, vel se ad sanctam participationem non conuertunt, propter insolẽtiam: & sint eiecti, donec dignam confessione pœnitentiam ostenderint. Quia autem verisimile erat, iis qui sic sunt segregati, communicare quosdam, seu vnà cum eis orare, non in ecclesia, ex qua eiecti sunt, sed in priuato domus oratorio, vel in alia ecclesia, & dicere in se pœnã non cadere, eo quòd segregatus sit ab vna ecclesia eiectus, in qua ius habet is qui eum segregauit, dicit canon vnam esse ecclesiam, ædes & templa, quæ sunt vbicũque, nec debẽt vlli clerici, cum eo qui est segregatus, orare, etiamsi sint ex alia regione: ij autem qui præter hæc faciunt, eidem excõmunicationis pœnæ subiiciũtur. Et hæc quidem dicit canon. Tu autem lege quæ in dictis Apostolicis canonibus scripta sunt, & secundùm illa præsentẽ quoque canonẽ intellige, & dic quòd ij non existimabuntur sacram participationem auersari, qui eam odio habẽt & abominãtur: vel qui, vt nõnulli dicebãt, propter pietatẽ & humilitatem eam fugiũt. (Illi enim nõ solùm segregabuntur: sed etiã vt hæretici exterminabuntur: hi verò propter pietatem venia digni habebuntur, & propter condignã sacramentorũ reuerẽtiã:) sed illi qui præ contẽptu & arrogantia, ex ecclesia, ante sanctã participationẽ inordinatè exeunt, nec intueri sustinent. Cùm autem audis canonem dicentem, esse excommunicatos episcopos, & reliquos sacris initiatos, qui vnà cum excõmunicatis precantur, ne dixeris, argumento à contraria distinctione sumpto,

Εἰ δὲ φανείη τις τῶν ἐπισκόπων, ἢ πρεσβυτέρων ἢ διακόνων, ἢ τις τοῦ κανόνος τοῖς ἀκοινωνήτοις κοινωνῶν, καὶ τοῦτον ἀκοινώνητον εἶναι, ὡς ἂν συγχέοντα τὸν κανόνα τῆς ἐκκλησίας.

Ἑρμηνεία.

Ἐν τῷ η'. καὶ θ'. ἀποστολικῷ κανόνι, ἡρμηνεύθη τίνες εἰσὶν οἱ μὴ παραμένοντες τῇ προσευχῇ καὶ τῇ ἁγίᾳ μεταλήψει, καὶ πῶς κολάζονται, ὡσαύτως καὶ ἐν τῷ ι'. κανόνι περὶ τῶν κοινωνούντων τοῖς ἀκοινωνήτοις. ἀκολούθως οὖν καὶ ὁ παρὼν κανὼν διορίζεται ἀφορίζεσθαι τοὺς εἰσερχομένους εἰς ἐκκλησίαν, καὶ μὴ ἐπιμένοντας τῇ εὐχῇ, μηδὲ ἐπιστρεφομένους τῆς ἁγίας μεταλήψεως κατά τινα ἀταξίαν, καὶ εἶναι τούτους ἀποβλήτους μέχρις ἂν ἀξίαν μετάνοιαν μετὰ ἐξομολογήσεως ἐπιδείξωνται. ἐπεὶ δὲ εἰκὸς ἦν τοῖς οὕτως ἀφορισθεῖσι συγκοινωνεῖν τινάς, ἤγουν συνεύχεσθαι οὐχὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐξ ἧς ἐξεβλήθησαν, ἀλλ' ἐν εὐκτηρίῳ οἴκῳ, ἢ ἐν ἑτέρᾳ ἐκκλησίᾳ, καὶ λέγειν ἀνεπιτίμητον εἶναι τοῦτο, ὡς τοῦ ἀφορισθέντος ἀπὸ μιᾶς ἐκκλησίας δῆθεν διωχθέντος, τῆς ὑπὸ τὰ δίκαια οὔσης τοῦ ἀφορίσαντος, φησὶν ὁ κανὼν μίαν ἐκκλησίαν εἶναι τοὺς ὁπουδήποτε ὄντας εὐκτηρίους οἴκους καὶ ναούς. καὶ οὐκ ὀφείλουσί τινες κληρικοὶ μετὰ τοῦ ἀφορισθέντος συνεύχεσθαι κἂν ἀπὸ ἑτέρας ὦσιν ἐνορίας· τοὺς δὲ παρὰ ταῦτα ποιοῦντας, τῷ αὐτῷ ἐπιτιμίῳ τῆς ἀκοινωνησίας καθυποβάλλεσθαι. καὶ τὰ μὲν τοῦ κανόνος, ἐν τούτοις. σὺ δὲ ἀνάγνωθι τὰ ἐν τοῖς ῥηθεῖσιν ἀποστολικοῖς κανόσι γραφέντα καὶ κατ' ἐκεῖνα νόει καὶ τὸν παρόντα κανόνα. καὶ εἰπὲ ὅτι οὐ λογισθήσονται ἀποστρεφόμενοι τὴν ἁγίαν μετάληψιν, οἱ μυσαττόμενοι αὐτήν, ἤ, ὡς τινες εἶπον, οἱ δι' εὐλάβειαν καὶ ταπεινοφροσύνην ἀποφεύγοντες ταύτην. (οἱ μὲν γὰρ οὐ μόνον ἀφορισθήσονται, ἀλλὰ καὶ ἀποκηρυχθήσονται ὡς αἱρετικοί· οἱ δὲ συγγνώμης ἀξιωθήσονται διὰ τὴν εὐλάβειαν καὶ τὴν ἐς τὰ ἅγια ἀξίαν φόβον.) ἀλλ' ἐκεῖνοι οἵτινες ἀπὸ καταφρονήσεως καὶ ἀλαζονείας τῆς ἐκκλησίας ἐξέρχονται πρὸ τῆς ἁγίας μεταλήψεως ἀσυντάκτως, καὶ οὐ καρτεροῦσιν ἰδεῖν τὴν τῶν ἁγίων μυστηρίων θείαν μετάληψιν. ἀκούων δὲ τοῦ κανόνος λέγοντος ἀκοινωνήτους εἶναι τοὺς ἐπισκόπους καὶ λοιποὺς ἱερωμένους, τοὺς συνευχομένους τοῖς ἀκοινωνήτοις, μὴ εἴπῃς ἐξ ἀντιδιαστολῆς ἀνευθύνους εἶναι τοὺς

λαϊκοὺς παρὰ τὸν κανόνα ποιοῦντας. καὶ οὗτοι γὰρ ἀφορισθήσονται κατὰ τὸν ι΄. ἀποστολικὸν κανόνα, τὸν μὴ διαστέλλοντα κληρικοὺς καὶ λαϊκούς. ζήτει καὶ τὸν θ΄. κανόνα τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου. Διὰ τὴν ἀπειλὴν τῶν ἀποστολικῶν κανόνων τοῦ η΄. καὶ τοῦ θ΄. ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ παρόντος, ἐπενοήθη, ὡς ἔοικεν, ἡ τοῦ ἀντιδώρου διάδοσις. ὥστε πᾶσαν ἀνάγκην ἔχειν καὶ αὐτοὺς τοὺς μὴ δυναμένους μεταλαβεῖν τῶν ἁγίων καὶ ζωοποιῶν μυστηρίων, προσκαρτερεῖν μέχρι τέλους τῆς θείας ἱεροτελεστίας, καὶ ἐκ χειρὸς ἱερατικῆς λαμβάνειν αὐτὸ εἰς ἁγιασμόν.

Κανὼν γ΄.

Εἴ τις πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τῶν τοῦ ἱερατείου τις καταλιπὼν τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν, εἰς ἑτέραν ἀπέλθοι, ἔπειτα παντελῶς μεταστὰς, διατρίβειν ἐν ἄλλῃ παροικίᾳ πειρᾶται ἐπὶ πολλῷ χρόνῳ, μηκέτι λειτουργεῖν, εἰ μάλιστα καλοῦντι τῷ ἐπισκόπῳ τῷ ἰδίῳ καὶ ἐπανελθεῖν εἰς τὴν παροικίαν τὴν ἑαυτοῦ παραινοῦντι μὴ ὑπακούοι. Εἰ δὲ καὶ ἐπιμένοι τῇ ἀταξίᾳ, παντελῶς αὐτὸν καθαιρεῖσθαι τῆς λειτουργίας, ὡς μηκέτι χώραν ἔχειν ἀποκαταστάσεως. Εἰ δὲ καθαιρεθέντα διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν δέχοιτο ἕτερος ἐπίσκοπος, κἀκεῖνον ἐπιτιμίας τυγχάνειν ὑπὸ κοινῆς συνόδου, ὡς παραλύοντα τοὺς θεσμοὺς τοὺς ἐκκλησιαστικούς.

Ἑρμηνεία.

Περὶ τῶν καταλιμπανόντων τὰς οἰκείας παροικίας καὶ εἰς ἑτέρας ἀπερχομένων, ζήτει τὸν τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνα ιε΄. τῆς α΄. συνόδου κανόνα ις΄. καὶ τῆς δ΄. κανόνα ε΄. καὶ μάθῃς ἐκ τῶν ἐν τούτοις γραφέντων, καὶ τὰ τῷ παρόντι κανόνι διωρισμένα.

Κανὼν δ΄.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ὑπὸ συνόδου καθαιρεθεὶς, ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, τολμήσειέν τι πρᾶξαι τῆς λειτουργίας, εἴτε ὁ ἐπίσκοπος κατὰ τὴν προάγουσαν συνήθειαν, εἴτε ὁ πρεσβύτερος, εἴτε ὁ διάκονος, μηκέτι ἐξὸν εἶναι αὐτῷ, μηδ᾽ ἐν ἑτέρᾳ συνόδῳ ἐλπίδα ἀποκαταστάσεως, μήτε ἀπολογίας χώραν ἔχειν. ἀλλὰ καὶ τοὺς κοινωνοῦντας αὐτῷ πάντας ἀποβάλλεσθαι τῆς ἐκκλησίας, καὶ μάλιστα, εἰ μαθόντες τὴν ἀπόφασιν τὴν κατὰ τῶν προειρημένων ἐξενεχθεῖσαν τολμήσειαν αὐτοῖς κοινωνεῖν.

Ἑρμηνεία.

Ὁ μὲν κη΄. ἀποστολικὸς κανὼν ἀποκηρύττει τοὺς καθαιρεθέντας δικαίως, καὶ αὖθις τῆς προτέρας

A laicos nulli esse pœnæ affines qui præter canonem faciunt. Nam & ij segregabuntur secundùm decimum can. Apostolicum, qui nõ distinguit clericos & laicos. Quære & ix. can. Carth. syn. Nota autem quæ in præsenti canone & ix. sanctorũ Apostolorum scripta sunt. Puto autẽ ex hoc canone esse inuentam & excogitatã antidori distributionem, vt necesse haberent ij etiam qui non possunt sanctorum & viuificorum mysteriorum esse participes, ad finem vsque B diuini ministerij perseuerare, & ipsum è manu sacerdotis ad sanctificationem accipere.

CANON III.

Si quis presbyter, vel diaconus, vel quis omnino ex sacerdotali ordine, relicta sua parochia, in aliam abierit: deinde omnino commigrans, in alia parochia longo tempore versari conatur: ne amplius celebret, maximè si proprio vocanti episcopo vt in suam parochiam redeat, exhortantique non pareat. Si autem in insolentia omnino perseuerat, is omnino à sacro ministerio deponatur. Si autem eum qui propter hãc causam C *depositus est, alius episcopus receperit, ille quoque à communi synodo puniatur, vt qui ritus ecclesiasticos dissoluat.*

SCHOL. BALS. De iis qui suas parochias relinquunt, & in alias recedunt, quære canonem sanctorum Apostolorum xv. primæ synodi. can. xvj. & iiij. can. v. & disces ex iis quæ illic scripta sunt, etiam ea quæ hoc canone constituta fuere.

D

CANON IIII.

Si quis episcopus à synodo depositus, vel presbyter, vel diaconus à proprio episcopo, sacrum celebrare ausus fuerit, siue episcopus, secundùm præcedentem consuetudinem, siue presbyter, siue diaconus, nullam amplius spem restitutionis in alia synodo, neque defensionis locum ei habere liceat. Sed & omnes qui ei cõmunicant, ex ecclesia eijciantur, & maximè si cùm sententiam aduersus prædictos prolatam didicerint, eis communicare ausi fuerint.

SCHOL. BALS. Vicesimus octauus canõ Apostolicus abdicat eos qui iustè depositi fuerint, & rursus prius

ministerium attingunt. Præsens autem canon dicit eos non habere spem restitutionis per iudicium alterius synodi: & eos qui illis scientes communicant, ex ecclesia eiici. Videntur ergo canones non exæquari: puto autem eos in omnibus conuenire. Definiunt enim vt duobus modis puniantur ij qui post perfectam condemnationem aliquid sacerdotale exercēt. Apostolicus itaque canon dicit eos qui iustè depositi fuerint, scilicet qui non habent appellationis auxilium, & aliquid sacerdotale exercent, abdicari. Præsens autem canon illi consimiliter, primũ quidem decernit ab alia synodo nõ admitti eos qui à perfecta synodo, Constantinopolitana, verbi gratia, depositi fuerint, aduersus quam non est appellatio, nec eos etiam qui bis appellauerunt, & bis victi sunt, & postquam appellationis auxilium eis denegatum fuerit, aliquid sacerdotale exercēt. Deinde per id quod dicit, eos ex ecclesia eiici qui ipsis communicant, debere ipsos etiam abdicatos fieri, sic interpretare canones: nec dixeris eum qui est à synodo depositus, & habet auxilium appellationis, si post depositionem aliquid sacerdotale exerceat, esse abdicatũ, & appellationis auxilium perdere, vt nonnulli dixerunt. Dices enim repugnantia & canonibus, & diuersis legibus, quæ statuunt, eos qui sunt condemnati, integrum & intactum statum habere, donec de appellatione cognitum fuerit: præcipuè autem quarto canoni Sardic. syn. quem etiam lege, & xv. can. præsentis syno. & Sardic. syn. can. iiij. qui hoc tollit, & in libro iij. Imper. tit. j. cap. l. cuius principium est, Si autem aliqui sanctissimi episcopi: & scies, quomodo, & à quibus de causis criminalibus iudicantur episcopi & clerici: & quando, & à quibus appellant condemnati.

ἐνεργείας ἀπολομένους. ὁ δὲ παρὼν κανὼν φησὶ μὴ ἔχειν αὐτοὺς ἐλπίδα ἀποκαταστάσεως δι' ἐπικρίσεως ἑτέρας συνόδου. καὶ τοὺς κοινωνοῦντας τούτοις ἐν εἰδήσει, ἀποβλήτους εἶναι τῆς ἐκκλησίας. δοκοῦσιν οὖν οἱ κανόνες μὴ ἐξισοῦσθαι. οἶμαι δὲ συμφωνεῖν ἐν πᾶσιν αὐτούς. διορίζονται γὰρ κατὰ δύο τρόπους κολάζεσθαι τοὺς μετὰ ἐντελῆ καταδίκην ἱερατικόν τι ἐνεργοῦντας. ὁ μὲν οὖν ἀποστολικὸς κανὼν φησὶ τοὺς δικαίως καθαιρεθέντας, ἤγουν μὴ ἔχοντας βοήθειαν ἐκκλήτου, καὶ ἐνεργήσαντας ἱερατικόν τι, ἀποκηρύττεσθαι· ὁ δὲ παρὼν κανὼν παρομοίως ἐκείνῳ πρῶτον μὲν διορίζεται μὴ προσδέχεσθαι παρὰ ἑτέρας συνόδου τοὺς ὑπὸ συνόδου τελείας καθαιρεθέντας, καὶ μετὰ τὸ ἀπαγορευθῆναι αὐτοῖς τὴν βοήθειαν τῆς ἐκκλήτου ἐνεργήσαντας ἱερατικόν τι. Εἶτα διὰ τοῦ φησὶν ἐκβάλλεσθαι ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας καὶ τοὺς κοινωνοῦντας αὐτοῖς, δοκεῖ λέγειν καὶ ἀποκηρύκτους ὀφείλειν γίνεσθαι αὐτούς. οὕτως ἑρμήνευσον τοὺς κανόνας, καὶ μὴ εἴπῃς τὸν καθαιρεθέντα ὑπὸ συνόδου καὶ ἔχοντα βοήθειαν ἐκκλήτου, ἐνεργοῦντα ἱερατικόν τι μετὰ τὴν καθαίρεσιν, ἀποκήρυκτόν τε εἶναι καὶ τὴν βοήθειαν τῆς ἐκκλήτου ἀπολλύειν καθὼς τινες εἶπον. ἐναντιωθήσῃ γὰρ κανόσι καὶ νόμοις διαφόροις, διοριζομένοις ἀκεραίαν ἔχειν τὸν κατακριθέντα τὴν οἰκείαν κατάστασιν μέχρις ἂν καὶ τὰ τῆς ἐκκλήτου γυμνασθῶσιν· ἐξαιρέτως δὲ τῷ δ'. κανόνι τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου, ὃν καὶ ἀνάγνωθι. ζήτει τὸν ιγ'. καὶ ιε'. κανόνα τῆς παρούσης συνόδου. καὶ τῆς ἐν Σαρδικῇ κανόνα δ'. ἀναιροῦντα τούτοις· καὶ βιβλίου τῶν βασιλικῶν γ'. τίτλου α'. κεφάλαιον οὗ ἡ ἀρχή, εἴ τινες δὲ ὁσιώτατοι ἐπίσκοποι. καὶ μάθῃς πῶς καὶ παρὰ τίσι δικάζονται περὶ ἐγκληματικῶν ὑποθέσεων ἐπίσκοποι καὶ κληρικοί, καὶ πότε, καὶ παρὰ τίσιν ἐκκαλοῦνται καταδικαζόμενοι.

CANON V.

Si quis presbyter, vel diaconus, proprio contempto episcopo, ab ecclesia seipsum segregauerit, & priuatim congregationem effecerit, & altare erexerit, & episcopo accersente non obedierit, nec velit ei parere, nec morem gerere primò & secundo vocati,

Κανὼν ε'.

Εἴ τις πρεσβύτερος ἢ διάκονος, καταφρονήσας τοῦ ἐπισκόπου τοῦ ἰδίου, ἀφώρισεν ἑαυτὸν τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἰδίᾳ συνήγαγε, καὶ θυσιαστήριον ἔστησε, καὶ τοῦ ἐπισκόπου προσκαλεσαμένου ἀπειθοίη, καὶ μὴ βούλοιτο αὐτῷ πείθεσθαι, μηδὲ ὑπακούειν καὶ πρῶτον καὶ δεύτερον καλοῦντι,

τοῦτον καθαιρεῖσθαι παντελῶς, καὶ μηκέτι θεραπείας τυγχάνειν, μήτε δύνασθαι λαμβάνειν τὴν ἑαυτοῦ τιμήν. Εἰ δὲ παραμένοι, θορυβῶν καὶ ἀνασπῶν τὴν ἐκκλησίαν διὰ τῆς ἔξωθεν ἐξουσίας, ὡς στασιώδη αὐτὸν ἐπιστρέφεσθαι.

Ἑρμηνεία.

Τὰ αὐτὰ τῷ ἀποστολικῷ λα΄. κανόνι καὶ ὁ παρὼν κανὼν διορίζεται· καὶ ἀρκοῦσι τὰ ἐκεῖσε γραφέντα. προστίθησι δὲ τοὺς θορυβοῦντας καὶ μὴ ἐμμένοντας τῇ κατ' αὐτῶν ἀποφάσει, ἐντελεῖ πάντως οὔσῃ, διὰ τῆς ἀρχοντικῆς ἐξουσίας παιδεύεσθαι. ὥστε σημείωσαι ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος, ὥσπερ καὶ ἀπὸ τοῦ θ΄. κανόνος τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων συστάσης συνόδου, ὅτι ἐπιτιμᾷν, οὐ μὴν βασανίζειν οἱ ἐπίσκοποι τοὺς πταίοντας ὀφείλουσι. μὴ πειθομένους γὰρ παραδώσουσι τοῖς ἄρχουσι. ζήτει τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου κανόνα ι΄. συνόδου ϛ΄. κανόνα λα΄. καὶ συνόδου α΄. καὶ β΄. κανόνα ιβ΄. ιγ΄. ιδ΄. καὶ ιε΄. σκόπησον οὖν μήπως ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος, καὶ οἱ διὰ πλαστογραφίαν ἢ καθοσίωσιν ἢ ἱεροσυλίαν ἢ δογματικὴν ὑπόθεσιν ἢ ἄλλην τοιαύτην αἰτίαν τινὰ καθαιρούμενοι, καὶ μὴ πειθόμενοι ἐξαγόρευσιν καθαρὰν ποιῆσαι, καὶ περὶ τῶν συνιστόρων ὁμολογῆσαι, βασανίζονται ὑπὸ τῶν πολιτικῶν ἀρχόντων. εἴδομεν γὰρ διαφόρως τοῦτο γινόμενον.

Κανὼν ϛ΄.

Εἴ τις ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου ἀκοινώνητος γέγονε, μὴ πρότερον αὐτὸν παρ' ἑτέρων δεχθῆναι (εἰ μὴ ὑπ' αὐτοῦ παραδεχθείη τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου) ἢ συνόδου γινομένης ἀπαντήσας ἀπολογήσεται, πείσας τε τὴν σύνοδον, καταδέξοιτο ἑτέραν ἀπόφασιν. ὁ αὐτὸς δὲ ὅρος ἐπὶ λαϊκῶν καὶ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων καὶ πάντων τῶν ἐν τῷ κανόνι.

Ἑρμηνεία.

Περὶ τῶν ἐν τῷ κανόνι τούτῳ περιεχομένων, ἱκανῶς ἐγράψαμεν ἔν τε ἄλλοις κανόσι διαφόροις, καὶ ἐν τῷ ιβ΄. καὶ ιγ΄. ἀποστολικῷ κανόνι.

Κανὼν ζ΄.

Μηδένα ἄνευ εἰρηνικῶν δέχεσθαι τῶν ξένων.

Ἑρμηνεία.

Ἐν τῷ λγ΄. ἀποστολικῷ κανόνι καὶ τῷ ιγ΄. τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου διελήφθησαν τὰ περὶ τῶν εἰρηνικῶν καὶ τῶν συστατικῶν ἐπιστολῶν, καὶ ὅτι ξένοι εἰσὶν, οἱ ἀπὸ ἑτέρων ἐνοριῶν ὁρμώμενοι. ἀνάγνωθι οὖν τὰ ἐν ἐκείνοις γραφέντα.

is omnino deponatur, & non amplius curationem assequi, nec suum posit honorem capere. Sin autem perseuerat perturbare, & ecclesiam euertere, is per externam potentiam, vt seditiosus castigetur.

SCHOL. BALS. Eadem cum xxxj. canone Apostolico hic præsens canon decernit, & sufficiunt quæ illic scripta sunt. Adiicit autem vt & qui turbas excitant, & sententiæ aduersus eos latæ, quæ quidem perfecta est, non stant, per ciuilium magistratuum potestatem corrigantur. Quare nota ex præsenti canone, sicvt etiam ex ix. can. synodi quæ habita est in æde Apostolorum, quòd multare, seu, vt vocãt, pœnitentiam dare debent episcopi delinquẽtibus, non autem eos torquere. Si enim non pareant, tradent ciuilibus magistratibus. Lege & Carthaginensis synodi can. x. synod. vj. can. xxxj. & sancti Eusebij & Basilij can. xij. xiij. xiiij. & xv. Considera ergo nunquid etiam ex præsenti canone, ij qui propter falsi, vel læsæ maiestatis, vel sacrilegij crimen, vel causam ad religionis decreta pertinentem, vel aliquam aliam causam deponuntur, nec purè eloqui ac proferre, & de consciis fateri persuadentur, examinantur à localibus magistratibus: scimus enim hoc aliter fieri.

CANON VI.

Si quis à proprio episcopo fuit excommunicatus, ne priùs ab aliis suscipiatur, quàm fuerit à proprio episcopo susceptus, vel facta synodo accedens se defenderit, & persuasa synodo, aliam sententiam retulerit. Idem autem decretum, aduersus laicos, & presbyteros, & diaconos, & eos qui sunt in cleri catalogo, obseruetur.

SCHOL. BALS. De iis quæ hoc canone comprehenduntur, satis scripsimus in aliis diuersis canonibus, & in xij. & xiij. can. Apostolico.

CANON VII.

Nullus externus sine pacificis suscipiatur.

Distin. 71. Nullum absque formata.

SCHOL. BALS. In xxxiij. canone Apostolico, & xiij. Chalced. syn. de pacificis tractatum est, & commẽdatoriis epistolis, & quòd ij sunt externi qui ab aliis diœcesibus veniunt. Lege ergo quæ in illis scripta sunt.

CANON VIII.

Nec presbyteri qui sunt in pagis, dent canonicas epistolas, vel ad solos vicinos episcopos epistolas emittant. Chorepiscopi autẽ nulli reprehensioni affines, dent pacificas.

SCHOL. BALS. Didicisti quænam sunt pacificæ vel dimissoriæ epistolæ, & quænam sunt quæ dicuntur commendatitiæ & canonicę. Quia autem nonnulli asserebant, presbyteros, qui sunt in pagis, seu protopapas, dare epistolas pacificas: eo quòd ipsæ non haberent ius aliquod ordinationis: sed pietatis & Christianæ communionis: statuerunt patres eas quoque dare in solius episcopi potestate esse situm. Chorepiscopis autem ab omni reprehẽsione alienis, quorum scilicet existimatio nulla accusatione quæ labem afferat, tentata est, concessum est dare literas pacificas: quia eis alia quoque priuilegia data sunt.

CANON IX.

Episcopos, qui sunt in vnaquaq; prouincia, scire oportet, episcopum qui præest metropoli, etiã curã suscipere totius prouinciæ: & quòd in metropolim vndequaq; concurrũt omnes qui habent negotia. Vnde visum est, eum quoque honore præcedere: reliquos autem episcopos nihil magni momenti aggredi sine ipso, vt vult qui ab initio obtinuit patrum canon: vel sola, quæ ad vniuscuiusque parochiam conferunt, & regiones quæ ei subsunt: vnumquemque enim episcopum habere suæ parochiæ potestatem, & administrare pro vnicuique conueniente religione, & totius regionis curam gerere, quæ suæ vrbi subest. Vt etiam ordinent presbyteros & diaconos: & vnaquæque cum iudicio tractent, & nihil vltra facere aggrediantur, sine metropolis episcopo: neque ipse sine reliquorum sententia.

SCHOL. BALS. Quæ in præsenti canone continentur, exposita sunt in xxxiiij. canone Apostolico, & lege eum.

CANON X.

Ii qui sunt in vicis vel pagis, vel qui dicũtur chorepiscopi, etiamsi episcopi ordinationẽ

A

Κανὼν η'.

Μηδὲ πρεσβυτέρους τοὺς ἐν ταῖς χώραις κανονικὰς ἐπιστολὰς διδόναι, ἢ πρὸς μόνους τοὺς γείτονας ἐπισκόπους ἐπιστολὰς ἐκπέμπειν. τοὺς δὲ ἀνεπιλήπτους χωρεπισκόπους, διδόναι εἰρηνικάς.

Ερμηνεία.

Εμαθες τίνες εἰσὶν εἰρηνικαὶ ἤτοι ἀπολυτικαὶ ἐπιστολαὶ, καὶ τίνες συστατικαὶ, αἱ λεγόμεναι καὶ κανονικαί. ἐπεὶ δέ τινες διετείνοντο δύνασθαι τοὺς ἐν ταῖς χώραις πρεσβυτέρους, ἤτοι τοὺς πρωτοπαπάδας διδόναι εἰρηνικὰς ἐπιστολὰς, καὶ πρὸς τοὺς γείτονας ἐπισκόπους, διὰ τὸ μὴ μετέχειν αὐτοὺς δικαίου τινὸς χειροτονίας, ἀλλ' εὐσεβείας καὶ Χριστιανικῆς κοινωνίας, ὥρισαν οἱ πατέρες, καὶ ταύτας παρὰ μόνῃ τῇ ἐπισκοπικῇ ἐξουσίᾳ

B

* * τοῖς δὲ ἀνεπιλήπτοις χωρεπισκόποις, ἤτοι τοῖς μὴ ὑπὸ αἰτίασιν ἀπλ * * ὑπολήψεως αὐτῶν γινομένοις, ἐνεδόθη εἰρηνικὰς διδόναι ἐπιστολὰς, ὅτι καὶ ἄλλα προνόμια τούτοις ἐφιλοτιμήθησαν.

Κανὼν θ'.

Τοὺς καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπους εἰδέναι χρὴ τὸν ἐν τῇ μητροπόλει προεστῶτα ἐπίσκοπον, καὶ τὴν φροντίδα αναδέχεσθαι πάσης τῆς ἐπαρχίας· διὰ τὸ ἐν τῇ μητροπόλει πάντοθεν συντρέχειν πάντας τοὺς τὰ πράγματα ἔχοντας. ὅθεν ἔδοξε καὶ τῇ τιμῇ προηγεῖσθαι αὐτὸν, μηδέν τε πράττειν περιττὸν τοὺς λοιποὺς ἐπισκόπους ἄνευ αὐτοῦ, κατὰ τὸν ἀρχαῖον κρατήσαντα τῶν πατέρων ἡμῶν κανόνα· ἢ ταῦτα μόνα ὅσα τῇ ἑκάστου ἐπιβάλλει παροικίᾳ, καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὴν χώραις. ἕκαστον γὰρ ἐπίσκοπον ἐξουσίαν ἔχειν τῆς ἑαυτοῦ παροικίας, διοικεῖν τε κατὰ τὴν ἑκάστῳ ἐπιβάλλουσαν εὐλάβειαν, καὶ πρόνοιαν ποιεῖσθαι πάσης τῆς χώρας τῆς ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ πόλιν, ὡς καὶ χειροτονεῖν πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, καὶ μετὰ κρίσεως ἕκαστα διαλαμβάνειν. περαιτέρω δὲ μηδὲν πράττειν ἐπιχειρεῖν, δίχα τοῦ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου, μηδὲ αὐτὸν, ἄνευ τῆς τῶν λοιπῶν γνώμης.

C

D

Ερμηνεία.

Τὰ τοῦ παρόντος κανόνος ἡρμηνεύθησαν ἐν τῷ λδ'. ἀποστολικῷ κανόνι. καὶ ἀνάγνωθι τοῦτον.

Κανὼν ι'.

Τοὺς ἐν ταῖς κώμαις ἢ ταῖς χώραις, ἢ τοὺς καλουμένους χωρεπισκόπους, εἰ καὶ χειροθεσίαν

εἶεν ἐπισκόπων εἰληφότες, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ εἰδέναι τὰ ἑαυτῶν μέτρα, καὶ διοικεῖν τὰς ὑποκειμένας αὐτοῖς ἐκκλησίας, καὶ τῇ τούτων ἀρκεῖσθαι φροντίδι καὶ κηδεμονίᾳ, καθιστᾶν δὲ ἀναγνώστας καὶ ὑποδιακόνους καὶ ἐφορκιστάς, καὶ τῇ τούτων ἀρκεῖσθαι προαγωγῇ, μήτε δὲ πρεσβύτερον μήτε διάκονον χειροτονεῖν τολμᾶν, δίχα τοῦ ἐν τῇ πόλει ἐπισκόπου, ᾗ ὑπόκεινται αὐτός τε καὶ ἡ χώρα. Εἰ δὲ τολμήσειέ τις παραβῆναι τὰ ὁρισθέντα, καθαιρεῖσθαι αὐτὸν καὶ ἧς μετέχει τιμῆς. χωρεπίσκοπον δὲ γίνεσθαι ὑπὸ τοῦ τῆς πόλεως, ᾗ ὑπόκειται, ἐπισκόπου.

A *manuúmve impositioně acceperint, visum est vt suum modum sciant, & sibi subiectas ecclesias administrent, earúmque cura & sollicitudine gerenda contenti sint: constituant autem lectores, hypodiaconos, & exorcistas, & eorum promotionem sufficere existiment, nec presbyterum, nec diaconum ordinare audeant, absque vrbis episcopo, cui subiicitur ipse & regio. Si quis autem ea quæ definita sunt, transgredi audeat, ipse quoque deponatur ab eo honore quem habet: fiat autem chorepiscopus ab episcopo ciuitatis cui subiicitur.*

Ἑρμηνεία.

Κεκωλυμένον ὑπὸ τῶν κανόνων ἐστὶν ἐπισκόποις γίνεσθαι εἰς βραχείας πόλεις καὶ κώμας. καὶ διὰ τοῦτο ἐχειροτόνουν εἰς ταύτας πρεσβυτέρους ἢ πρωτοπαπάδας καὶ χωρεπισκόπους. ἐπεὶ δέ τινες τῶν χωρεπισκόπων ἐπεχείρουν ἱερεῖς χειροτονεῖν, καὶ ἕτερα τινὰ ἐπισκοπικὰ δίκαια ἐνεργεῖν· καὶ αἰτιώμενοι, ἔλεγον καλῶς τοῦτο ποιεῖν, διὰ τὸ δέξασθαι χειροτονίαν ἐπισκόπου· ὥρισαν οἱ πατέρες ἀπὸ τούτου μὴ ὠφελεῖσθαι αὐτοὺς εἰς τὸ παρεξιέναι τὰ ἀπὸ τῶν κανόνων ἐπιφιλοτιμηθέντα τούτοις προνόμια, μηδὲ χειροτονεῖν διάκονον ἢ πρεσβύτερον δίχα τοῦ ἐπισκόπου, ἀλλὰ μόνους ἀναγνώστας, ὑποδιακόνους καὶ ἐφορκιστάς, ἤγουν κατηχιστάς, διοικεῖν τε καὶ τὰ ἀνατεθέντα τούτοις ἐκκλησιαστικὰ πράγματα, ἢ μὴν ἐκ παραβασίας τῶν ὁρισθέντων ὑποκεῖσθαι καθαιρέσει καὶ ἧς μετέχουσι τιμῆς. ἐπεὶ δέ τινες * * ἀλαζονείας, χειροτονίαν χωρεπισκόπου λαβεῖν ἀπὸ μητροπολίτου ἢ πατριάρχου τῶν ἐγχωρίων ἐπισκόπων, ἐκωλύθη καὶ τοῦτο. καὶ ὡρίσθη τῆς πόλεως γίνεσθαι τὸν χωρεπίσκοπον, ἵνα ὑπόκειται αὐτῷ, καὶ μὴ καταφρονῇ τούτου, ὡς μὴ δεδωκότος αὐτῷ τὴν χειροτονίαν τοῦ ἀξιώματος. καλῶς δὲ περὶ χωρεπισκόπων μόνων πεποιήκασι τὸν ἅπαντα λόγον οἱ πατέρες, οὐ μὴν καὶ πρεσβυτέρων. οὐδὲ γὰρ ἦν ἀμφιβολία περὶ αὐτῶν οἷα μηδὲ λαβόντων ὅλως πρόοδον εἰς τὸ ποιεῖν χειροτονίαν οἱανδή τινα. ἐρωτήσει δέ τις· διὰ τί προσετέθη τῷ ῥήματι τῆς καθαιρέσεως καὶ ἡ ἔκπτωσις τῆς τιμῆς; Λύσις. τινὲς διενίσταντο ὀφείλειν μὲν καθαιρεῖσθαι τὸν παραβάντα χωρεπίσκοπον, ἔχειν δὲ χωρεπισκόπου τιμήν, ἤγουν τὴν καθέδραν, καὶ τὰ λοιπά,

SCHOL. BALS. Prohibitum B est à canonibus ne fiant episcopi in paruis vrbibus & vicis, & propterea presbyteros in eis ordinabant, seu protopapas & chorepiscopos. Quia autem nonnulli chorepiscopi conabantur ordinare sacerdotes, & alia quædam iura episcopalia exercere: & accusati dicebant se hoc rectè facere, quòd episcopi manuum impositionem accepissent: statuerunt patres eos non ex eo adiuuari, vt priuilegia, quæ illis à canonibus concessa sunt, transgrediantur: nec ordinĕt diaconũ, vel presbyterũ sine episcopo, sed solos lectores, subdiaconos & exorcistas, siue catechistas, & ad- C ministrent res ecclesiasticas, quæ sũt illis attributæ. alioqui propter eorum quæ definita sunt, transgressionem depositioni subiiciantur, & à suo honore excidant. Quia autem nonnulli contendebant, propter arrogantiam, à metropolitano vel etiam patriarcha, chorepiscoporum ordinationem accipere, episcoporum regionis nullam curam gerentes, hoc quoque prohibitum est, & ordinatum vt ab vrbis episcopo fiat D chorepiscopus, vt ei subiiciatur, & ne eum aspernetur: vt qui ei dignitatis ordinem non dederit. Rectè autem de solis chorepiscopis verba semper fecerunt patres, non autem de presbyteris. neque enim erat de iis dubium, vt qui nullum aditum accepissent vt vllam ordinationem facerent. Interrogauerit autem quispiam, cur verbo depositionis additum est, ab honore quoque deponi? Solutio. Nonnulli instabant chorepiscopum quidem debere deponi: sed tamen chorepiscopalem honorem habere cathedram, & reliqua,

vt vult ix. canon Neocæsar. sy. & xxi. & xxvj. vj. syn. Propterea ergo dicit canon eum quoque vtrunque amittere, vt est in fine primi canonis præsentis synodi. Illud autem, sine episcopo qui est in vrbe, non accipitur pro eo quod est, sine eius mandato, sed pro eo quod est, sine illius ordinatione seu cōsecratione. Etsi enim fuerit chorepiscopo mandatum, vt presbyterum ordinet, & hoc fecerit, irrita erit ordinatio, quòd non sit ei à canonibus data presbyterum ordinandi potestas. lege & xiiij. canonem N ocæsar. syn. Et nota, quòd ordinationes quæ fiunt à metropolitano, in præfectos, vel in aliquos alios aliis regionibus subiectos, infirmantur: sed & constitutiones, quæ factæ sunt ab aliquibus, de non consecrandis seu charactere donandis ipsorum monasteriorum præfectis ab ipso patriarcha, sed ab aliis episcopis, vel à domino non ordinandis, sunt penitus irritæ.

CANON XI.

Si quis episcopus, vel presbyter, vel omnino ex canone, citra sententiam & literas episcoporum prouinciæ, & maximè metropolitanorum, ad Imp. proficisci aggressus fuerit, is abdicetur & eiiciatur, non solùm à communione, sed etiam à dignitate cuius est particeps, vt qui religiosissimi Imp. nostri auribus molestiam afferre audeat præter ritum ecclesiæ: si autem necessarius vsus exigat, vt ad Imp. se conferat, id agat cum deliberatione & sententia metropolitani prouinciæ, & eorum qui sunt in ea, eorúmque literis munitus iter inuadat.

SCHOL. BALS. Præsens canon decernit, non solùm segregari, sed etiam deponi episcopos vel clericos, qui ad Imp. proficiscuntur, sine literis episcopi regionis, & maximè metropolitani, vt qui Imp. auribus molestiam exhibeant, præter ea quæ sunt ab ecclesia decreta: si autem necessaria sit causa proposita, concedit vt ad Imp. proficiscatur cum literis mandata permissione synodali. Lege Sardic. synodi canones vij. viij. xxj. & Carthaginen. can. cvj.

κατὰ τὸν θ΄. κανόνα τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου. καὶ τὸν κα΄. καὶ τὸν κς΄. τῆς ς΄. συνόδου. Διὰ τοῦτο οὖν φησὶν ὁ κανὼν ἀπολλύειν τοῦτον καὶ ἀμφότερα, κατὰ τὸ τέλος τοῦ α΄. κανόνος τῆς παρούσης συνόδου. Τὸ δὲ δίχα τοῦ ἐν τῇ πόλει ἐπισκόπου, οὐκ ἐκλαμβάνεται εἰς τὸ ἄνευ ἐντολῆς τούτου, ἀλλὰ εἰς τὸ δίχα τελεσιουργίας ἐκείνου. κἂν γὰρ ἐνταλθῇ χωρεπίσκοπος χειροτονῆσαι πρεσβύτερον, καὶ ποιήσῃ τοῦτο, ἄκυρος ἔσται ἡ χειροθεσία, διὰ τὸ μὴ δεδόσθαι αὐτῷ ἐξουσίαν ἀπὸ τῶν κανόνων, πρεσβυτέρους χειροτονεῖν. ἀνάγνωθι καὶ τὸν ιδ΄. κανόνα τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου. καὶ σημείωσαι ὅτι αἱ παρὰ μητροπολιτῶν γινόμεναι χειροθεσίαι εἰς ἡγουμένους ἢ εἰς ἄλλους τινὰς ὑποκειμένους ἑτέραις ἐνορίαις, ἀκυροῦνται· ἀλλὰ καὶ τὰ παρά τινων γινόμενα τυπικὰ χάριν τοῦ μὴ σφραγίζεσθαι παρὰ τοῦ πατριάρχου τοὺς καθηγουμένους τῶν μοναστηρίων αὐτῶν, ἀλλὰ παρὰ ἑτέρων ἐπισκόπων, ἢ μηδὲ ὅλως σφραγίζεσθαι, ἄκυρά εἰσι.

Κανὼν ια΄.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ ὅλως τοῦ κανόνος, ἄνευ γνώμης καὶ γραμμάτων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπων, καὶ μάλιστα τοῦ κατὰ τὴν μητρόπολιν, ὁρμήσῃ πρὸς βασιλέα ἀπελθεῖν, τοῦτον ἀποκηρύττεσθαι, καὶ ἀπόβλητον γίνεσθαι, οὐ μόνον τῆς κοινωνίας, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀξίας, ἧς μετέχων τυγχάνει, ὡς παρενοχλεῖν τολμῶντα ταῖς τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως ἡμῶν ἀκοαῖς παρὰ τὸν θεσμὸν τῆς ἐκκλησίας. Εἰ δὲ ἀναγκαία καλοίη χρεία πρὸς βασιλέα ὁρμᾶν, τοῦτο πράττειν μετὰ σκέψεως καὶ γνώμης τοῦ κατὰ τὴν μητρόπολιν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπου, ἢ τῶν ἐν αὐτῇ, τοῖς τε τούτων γράμμασιν ἐφοδιάζεσθαι.

Ἑρμηνεία.

Ὁ παρὼν κανὼν διορίζεται μὴ μόνον ἀφορίζεσθαι ἀλλὰ καὶ καθαιρεῖσθαι τοὺς εἰς βασιλέας ἀπερχομένους ἐπισκόπους ἢ κληρικοὺς ἄνευ γραμμάτων τοῦ κατὰ χώραν ἐπισκόπου, καὶ μάλιστα τοῦ μητροπολίτου, ὡς παρενοχλοῦντας ταῖς βασιλικαῖς ἀκοαῖς παρὰ τὰ δεδογμένα τῇ ἐκκλησίᾳ· ἀναγκαίας δὲ προκειμένης αἰτίας παραχωρεῖ πρὸς βασιλέα ὁρμᾶν μετὰ ἐγγράφου ἐκχωρήσεως συνοδικῆς. ἀνάγνωθι τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου κανόνας ζ΄. η΄. θ΄. κα΄. καὶ τῆς ἐν Καρθαγένῃ κανόνα ρς΄.

Κανὼν ιβ'.

Εἴ τις ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου καθαιρεθεὶς πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ἢ καὶ ἐπίσκοπος ὑπὸ συνόδου, ἐνοχλῆσαι τολμήσειε τὰς βασιλέως ἀκοάς, δέον ἐπὶ μείζονα ἐπισκόπων σύνοδον τρέπεσθαι, καὶ ἃ νομίζει δίκαια ἔχειν, προσαναφέρειν πλείοσιν ἐπισκόποις, καὶ τὴν παρ' αὐτῶν ἐξέτασίν τε καὶ ἐπίκρισιν ἐκδέχεσθαι. Εἰ δὲ τούτων ὀλιγωρήσας, ἐνοχλήσειεν τῷ βασιλεῖ, καὶ τοῦτον μηδὲ μιᾶς συγγνώμης ἀξιοῦσθαι, μηδὲ χώραν ἀπολογίας ἔχειν, μηδὲ ἐλπίδα ἀποκαταστάσεως προσδοκᾷν.

Ἑρμηνεία.

Παντὶ καταδικαζομένῳ καὶ ἀδικεῖσθαι οἰομένῳ, ἡ τῆς ἐκκλήτου ἐδόθη βοήθεια. Φησὶ γοῦν ὁ κανών, ὡς εἰ καὶ ἐνεδόθη τοῦτο τοῖς ἐπισκόποις, ὡσαύτως καὶ τοῖς κληρικοῖς, ἀλλ' οὐκ ἐξεχωρήθη καὶ τὰς βασιλικὰς ἀκοὰς ὀχλεῖν. Εἴ τις οὖν καταλιπὼν τὸ προσελθεῖν μείζονι συνόδῳ καὶ γυμνάσαι τὰς δικαίας δικαιολογίας κατὰ λόγον ἐκκλήτου, ὀχλήσει βασιλέων περὶ τούτου, οὐ μόνον οὐκ ὠφεληθήσεται, ἀλλ' ὡς μηδεμιᾶς συγγνώμης ἀξιούμενος, πᾶσαν θύραν δικαιολογίας ἑαυτῷ ἐπιζυγώσει, καὶ οὐδὲ ἐλπίδα ἕξει ἀποκαταστάσεως. Εἴποι δέ τις ὡς τοῦ κανόνος λέγοντος μὴ προσέρχεσθαι τὸν καθαιρεθέντα βασιλεῖ, ἀλλὰ μείζονι συνόδῳ, ὁ μὲν καθαιρεθεὶς ὑπὸ τοῦ Ἐφέσου τυχὸν ἢ τοῦ Θεσσαλονίκης, τῷ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ εὐλόγως προσελθεῖν ἀναγκασθήσεται· ὁ δὲ ὑπὸ πατριάρχου καταδικασθεὶς, μὴ ἔχων ὅπου προσφύγῃ, τῷ βασιλεῖ προσερχόμενος κολασθήσεται ἢ οὔ; Λύσις. τινὲς μὲν εἶπον, καὶ εἰς τὰς ἀποφάσεις τούτων χώραν ἔχειν τὰ τοῦ κανόνος ἄνευ τοῦ οἰκουμενικοῦ, διὰ τὸ τὴν τοῦ Ἱεροσολύμων ἀπόφασιν ἀνακρίνεσθαι παρὰ τοῦ Ἀντιοχείας, καὶ τὴν τοῦ Ἀντιοχείας, παρὰ τοῦ Ἀλεξανδρείας, καὶ ἐφεξῆς κατὰ τὴν μείζονα τάξιν ἑκάστου αὐτῶν. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ τὸν κανόνα ἐκφωνηθῆναι διὰ τὰς ἀποφάσεις τῶν ἄλλων ἐπισκόπων, καὶ τῶν μητροπολιτῶν, οὐ μὴν καὶ τῶν πατριαρχῶν. αἱ ψῆφοι γὰρ τούτων, ἐκκλήτῳ οὐχ ὑπόκεινται. διὸ καὶ ὁ προσελθὼν βασιλεῖ χάριν τοῦ ἀνακριθῆναι κατ' ἔκκλητον ἀπόφασιν τούτων τιμωρηθήσεται κατὰ τὸν παρόντα κανόνα. Φησὶ γὰρ ἡ ρλζ'. Ἰουστινιανοῦ νεαρά, ἡ κειμένη ἐν βιβλίῳ τῶν βασιλικῶν γ'. κεφ. με'. τίτλου α'. οὕτω ῥητῶς·

CANON XII.

Si quis à proprio episcopo depositus, presbyter, vel diaconus, vel episcopus à synodo, ausus fuit Imp. auribus molestiam exhibere, cùm oporteat ad maiorē synodū conuerti, & ius quod se habere putat, ad plures episcopos referre, eorúmque examinationē & iudicium suscipere: qui itaque his contemptis Imper. molestus fuerit, is nulla venia dignus, neque sui defendendi locum habeat, nec restitutionis futuræ spem expectet.

SCHOL. BALS. Cuiuis condemnato, qui se iniuria affectum putet, appellationis auxilium datum est. Dicit ergo canon, quòd etsi hoc episcopis datum est, similiter & clericis, non tamen eis permissum est, aures regias de ea re obtundere. Si quis ergo, relicto ad maiorem synodum aditu, prætermissisque iuris sui coram ea allegationibus per appellationem, de ea re Imperatori molestus fuerit, non solùm non iuuabitur, sed perinde ac nulla venia dignus, omnem sui iuris proponendi ianuam sibi occludet, & nec spem quidem restitutionis habebit. Dixerit autem quispiam: cùm canon dicat depositos non debere ad Imp. accedere, sed ad maiorem synodum, vt is qui fortè ab Ephesino vel Thessalonicensi depositus est, ad patriarcham vniuersalem rectè accedere cogetur: qui à patriarcha condemnatus est, cùm non habeat quò confugiat, ad Imp. accedens punietur, an non? Solutio. Nonnulli dicebant in eorum quoque sententias locum habere ea quæ à canone dicuntur, præterquam in vniuersali, quoniam Hierosolymitani sententia ab Antiocheno diiudicetur, & Antiocheni ab Alexandrino, & sic deinceps secundùm maiorem vniuscuiusque ordinem. Mihi autem videtur canon esse editus propter sententias aliorum episcoporū & metropolitanorum, non etiam patriarcharum. Eorum enim sententiæ appellationi non subiiciuntur. Et ideo, qui Imp. adierit, vt de eorum sententia per appellationem quæratur, vt vult hic præsens canon, punietur. Dicit enim cxxxvij. Iustiniani nouella, quæ in iij. lib. Imp. sita est tit. primo. cap. xiv. sic expressè,

A Si qui autem sanctissimi huius synodi episcopi, aliquam inter sese controuersiam habeant, siue de iure ecclesiastico, siue pro aliquibus aliis forensibus iuribus, priùs eorum metropolitanus cum aliis duobus eiusdem synodi episcopis, rem iudicet, & nisi vtraq; pars stet iis quæ iudicata fuerint, tunc beatissimus patriarcha illius diœcesis inter eos audiat, & illa definiat, quæ ecclesiasticis canonibus & legibus cõueniunt, nulla parte eius sententiæ valente cõtradicere. Quia autem sæpe tractatũ est, an B oportet Constantinopol. sententiã esse appellationi subiectã, visum est oportere, quod mihi videtur, de eo dicere, & ea quoque quæ de ea re ab aliis dicuntur. Dicunt nõnulli, quòd quoniam sententiam præfecti prætorio, & sententiam præfecti vrbis, leges apertè statuũt, appellationi nõ subiici: Patriarchalẽ autem sententiam eo priuilegio dignã non iudicauere: quemadmodũ à multis & quibuslibet iudicibus, ita etiã ab eo prouocabitur. Ad sui autem dicti cõfirmationem vtuntur & iij. Iustiniani C nouella, quæ in iij. libro sita est Basil. tit. ij. quæ decernit patriarcham Imperatori rationẽ reddere, ab Imper. corrigi, si clericũ vltra numerũ ordinarit. Alij patriarchalis magnitudinis potestatem veluti venerantes, dicunt nec omnino à patriarchali sententia penitus excludendam esse appellationem, nec omnino concedendam. sed si partes quidem, quæ in iudicio contendunt, sunt vel D clericorum vel monachorum ordinis, prolata aduersus aliquem eorum sententia, non rursus examinabitur, sed si altera pars vel vtraque sint laici ordinis, citra vllam controuersiam appellabitur. Alij verò dicũt causam esse appellationis genitricẽ: causa enim ecclesiastica nõ parit, inquiunt, fœtum appellatorium, pecuniaria autẽ, parit appellationem, tanquam viperinam quandã abortionẽ parentis viscera lacerantem. Alij iis qui hæc dicunt, os occludentes, censent patriarchalem sententiam tunc solùm appellationi subiici, quando mandato Imp. præsidet patriarcha cum alio coniudice, vel cum sua synodo. Mihi autem videtur,

A ψήφοις τῶν ἐπισκόπων γίνεσθαι μὴ παρὰ τοῦ πλήθους τῶν πόλεων, ἀλλὰ παρὰ ἀρχιερέων, ὁ παρὼν κανὼν διορίζεται ὅτι ἐὰν συμβῇ ἀπὸ τῶν ἐπισκόπων τῆς ἐπαρχίας ἕνα τινὰ ἀποδημεῖν, καὶ μὴ θέλειν μετὰ τοῦ πλήθους τῶν πολλῶν συνελθεῖν, ἐφ' ᾧ τὴν ψῆφον γενέσθαι τῆς χηρευούσης ἐκκλησίας· τὰ δὲ πλήθη τῆς πόλεως ζητῶσιν ἀρχιερέα· ὀφείλει ὁ ἔξαρχος τῆς ἐπαρχίας, ἤγουν ὁ μητροπολίτης, μετακαλεῖσθαι καὶ τὸν ἀπόντα ἐπίσκοπον διὰ γραμμάτων, ὡς ἂν γίνηται ἡ κατάστασις τοῦ ἐπισκόπου, παρὰ πάντων τῶν ἐπαρχιωτῶν, κατὰ τὸν δ'. κανόνα τῆς α'. συνόδου. Εἰ δὲ οὗτος οὐ θελήσει προσιστάσαι, οὐδὲ συναινεῖ δι' ἀντιγραφῆς, γίνεσθαι τὴν ψῆφον κατὰ τὸ δόξαν τῷ πλήθει τῶν ἐπαρχιωτῶν ἐπισκόπων. οὐδὲ γὰρ προβαλεῖται ὁ ἀποδημῶν ἄγνοιαν ἢ καταφρόνησιν, ὡς μετακληθεὶς παρὰ τῆς συνόδου καὶ μὴ παρουσιάσας. Ταῦτα τοῦ κανόνος διοριζομένου περὶ ψήφου χηρευούσης ἐπισκοπῆς, ἐπεὶ πρὸ τοῦ κη'. κανόνος τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, οἱ μητροπολῖται παρὰ ἐπισκόπων ἐγίνοντο, καὶ οὐχὶ παρὰ τοῦ κατὰ καιροὺς πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως καθὼς γίνεται σήμερον, φησὶν ὁ κανὼν ὅτι ἐὰν μέλλῃ προβαίνειν ψῆφος μητροπολίτου, οὐ γενήσεται παρὰ μόνων τῶν ἐπαρχιωτῶν ἐπισκόπων, ἀλλὰ C χρὴ μετακαλεῖσθαι καὶ ἑτέρους ἐπισκόπους πλησιοχώρους, πάντως διὰ τὸ μεγαλεῖον τοῦ μητροπολίτου, ὃν καὶ ἔξαρχον ἐπαρχίας ὀνομάζει. οὕτω γὰρ πάντη ἀνύποπτος ἔσται ἡ τούτου ψῆφος, ὡς παρὰ πλειόνων ἀρχιερέων γενομένη. ὅτι δὲ ψηφιζομένων ἐπισκόπων ταπεινῶν εἴς τινας παροικίας εὐτελεῖς, ἐν αἷς πολλάκις οὐδὲ ἦσαν ἐπίσκοποι, καὶ πεζῇ βαδιζόντων, καὶ ἄλλως ὄντων καταπεφρονημένων, τὸ τῆς ἀρχιερωσύνης ἀξίωμα περιυβρίζετο, ὥρισαν οἱ ἐπίσκοποι μὴ καθίστασθαι ἐπίσκοπον ἐν κώμῃ, ἤγουν ἐν χωρίῳ ἢ ἐν πόλει βραχείᾳ, ἐν ᾗ καὶ εἷς ἱερεὺς D ἐπαρκεῖ· ἵνα μὴ ἐξευτελίζηται ἡ αὐθεντία τῆς ἀρχιερωσύνης· ἀλλ' εἰς ἐκείνας τὰς πόλεις ἐπισκόπους καθίστασθαι τὰς πολυανθρώπους, τὰς ἀπὸ παλαιοῦ ἐχούσας ἀρχιερεῖς. ὡς δέ τινος εἰπόντος ἄδικον εἶναι τὸ μὴ ἔχειν τὴν πολυάνθρωπον πόλιν ἀρχιερέα, διὰ τὸ μὴ ἐκ παλαιοῦ καθίστασθαι ἐπίσκοπον ἐν αὐτῇ, εἶπον οἱ πατέρες, ἐν τοιαύτῃ πόλει καὶ ἐκ νέου καθίστασθαι ἐπίσκοπον. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως.

σὺ δὲ σημείωσαι καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος τοῦ κανόνος, ὅτι ἄκυρος ἐστὶν ἡ ψῆφος τοῦ ἐπισκόπου ἡ γινομένη χωρὶς παρουσίας ἢ συναινέσεως πάντων τῶν ἐπαρχιωτῶν. καὶ ἕνα γὰρ ἐκ τούτων ἀπόδημον ὄντα μετακαλεῖσθαι ὁ κανὼν διωρίσατο. καὶ οὐ δύναταί τις λέγειν ὡς ἐπεὶ ἡ τῶν πλειόνων ψῆφος ἀρκεῖ, ἡ τοῦ ἑνὸς ἀπουσία οὐ προσκριματίσει, κἂν καὶ ἐναντία ἡ τούτου γνώμη ἐστί. διὰ γὰρ τοῦτο, ὡς ἔοικε, μετακαλοῦνται πάντες οἱ ἐνδημοῦντες κατὰ ταύτην τὴν τῶν πόλεων βασιλεύουσαν ἀρχιερεῖς, ὅταν ψῆφος ὀφείλῃ γενέσθαι ἐκκλησίας οἱασδήτινος, καὶ ἐμποδίζῃ ταύτην ἡ ἀπουσία τοῦ   τοῦ δὲ κανόνος λέγοντος καθίστασθαι ἐπισκόπους ἔνθα καὶ πρότερον ἐτύγχανον ἐπίσκοποι, εἶπον τινὲς μὴ ὀφείλειν τοῦτο γίνεσθαι εἰς ἀτελεῖς πάντη κώμας ἢ πόλεις, διὰ τὸ προψηφίζεσθαι εἰς ταύτας ἀρχιερεῖς, ὅτε ἦσαν ὑπὸ λαοῦ εὐθηνούμεναι. ἀλλὰ τὴν αἰτίαν τῆς προβλήσεως τοῦ ἀρχιερέως εἶναι τὸ πολυάνθρωπον τῆς χώρας, οὐχὶ τὸ παλαιὸν προνόμιον. καὶ προσέθεντο μὴ χρῆναι ἐπίσκοπον ψηφίζεσθαι εἰς πόλιν κατολιγωθεῖσαν ἀπὸ πολυανθρώπου εἰς τὸ μηδὲν σχεδὸν, ἐκ τῶν ἐθνῶν ἐπιδρομῆς, ἢ τῆς ἄλλης τῶν πραγμάτων φορᾶς, ἀλλ' εἰς τὰς πολυανθρώπους, κἂν οὐκ εἶχον πρώην ἀρχιερεῖς. ὁ μέντοι θεοστεφὴς κραταιὸς καὶ ἅγιος ἡμῶν βασιλεὺς πολλάκις ὑπομνησθεὶς, εἰ χρὴ τὰς ἐν τῇ ἀνατολῇ οὔσας ἐκκλησίας καὶ παρὰ Ἀγαρηνῶν κατεχομένας ψηφισθῆναι, ψηφίζεσθαι μὲν ταύτας ηὐδόκησε, καὶ σολέμνια τοῖς ψηφίζεσθαι ὀφείλουσι διὰ κοινῆς προστάξεως ἐπεφιλοτιμήσατο, ὅταν τέως ἀποδημῶσιν εἰς τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν, ἵνα τὸ ἐπὶ ταύταις προσὸν δίκαιον ταῖς ἐκκλησίαις καὶ τῇ βασιλείᾳ αἰωνιζόντως περιφυλάττηται, ὡς μηδὲ ἀπαγορευόντων εἰς ταύτας ἀποκατάστασιν τῶν Χριστιανῶν. ἐπισκόπους δὲ ὁπωσδήποτε εἰς κώμας ἀτελεῖς ψηφίζεσθαι, οὐ κατένευσεν, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ὠργίσθη κατὰ τῶν οὕτω ψηφιζομένων, ὡς ἐντεῦθεν τοῦ ἀρχιερατικοῦ ἀξιώματος ὑβελιζομένου. τοῦ δὲ ἁγιωτάτου ἐκείνου μητροπολίτου Θηβῶν τοῦ Καλοτέκνη ψηφισαμένου ἐκ νέου ἐπισκόπους, λόγος ἐγένετο παρὰ τῇ συνόδῳ ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ γενομένου ὑπάτου τῶν φιλοσόφων, εἰ ὤφειλε τὸ καινισθὲν τοῦτο ἔργον ποιῆσαι ὁ μητροπο-

A Tu autem nota etiam ex hoc præsenti canone, quòd irrita est electio episcopi quæ fit sine præsentia vel consensu omnium prouinciarum. Nam vel vnum ex iis, qui aberat, accersi iubet canon: & non potest quispiam dicere, quòd quoniam plurium valēt suffragia, vnius absentia non affert præiudicium, etiamsi contraria est eorum sententia. Propterea enim, vt est consentaneum, accersuntur omnes qui in regione adsunt in hanc vrbium reginam antistites, quando debet alicuius ecclesiæ fieri electio, & eam vnius absentia impedit. B Cùm autem canon dicat constitui oportere episcopos vbi priùs fuerunt episcopi, dicebant quidam non debere hoc omnino fieri in pagis vilibus, & vrbibus, eo quòd in iis antistites antea eligerentur, quando populo frequentes erant, sed caussam promotionis antistitis esse regionis populi frequentiam, non autem antiquum priuilegium: & adiecerunt, non oportere episcopum C eligi in vrbe, quæ à magna populi frequentia ad nihil redacta est ex gentium incursione, vel aliqua alia rerum perturbatione, sed in iis quæ sunt populosæ, etiamsi antistites antea non habuerunt. A Deo autem coronatus rex noster sæpe rogatus, an oporteat Orientales ecclesias & à Sarracenis detentas, episcopos electione sortiri, & eis quidem eligi episcopos, annuit, & D solemnia iis qui eligi debent ad victus sufficientiam concessit per communem iussionem: vt ius quod in eis est ecclesiis, imperio quoque perpetuò seruetur, vtpote cùm non desperent Christiani fore vt ad eas restituantur. Episcopos autem in pagis vilibus quomodocunque eligi non permisit: sed potiùs iis succensuit, qui ita eligunt: nempe quòd episcopalis dignitas ex ea re iniuria afficiatur. Cùm autem ille sanctissimus Thebarum metropolitanus Caloctene, episcopos de nouo elegisset, agitatum est in synodo tempore sanctissimi illius patriarchæ domini Michaëlis supremi philosophorum, quòd metropolitanus debebat hoc nouum opus fa-

cere cum synodali diiudicatione & examinatione, & omnes dixerunt, quòd debebat id quod à Thebarum episcopo innouatum est, à magna synodo mandari, vt vult canon Apostolicus, qui statuit, nihil magni momenti debere ab episcopo fieri, sine sententia synodali.

Canon VII.

Osius episcopus dixit: Importunitas nostra, & multa assiduitas, & iniustæ preces effecerunt, vt nos non habeamus tantam gratiam & libertatem dicendi quantam debebamus habere. Multi enim episcopi non intermittunt ad castra accedere: & maximè Aphri, qui quemadmodum cognouimus à dilecto fratre nostro & coepiscopo Grato, salutaria consilia non admittunt, sed ita contemnunt, vt vnus homo plurimas & diuersas, & quæ non possunt iuuare ecclesias, preces afferat, & non vt debet fieri, & conuenit pauperibus, & laicis, vel viduis opem & auxilium afferat: sed seculares dignitates & functiones aliquibus acquirat. Hæc ergo peruersitas detrimentum non sine offendiculo & condemnatione nobis conciliat. Conuenientius autem esse existimaui, vt episcopus illi suum auxilium præbeat, cui ab aliquo vis affertur, vel si qua vidua iniuria afficiatur, vel si quæ rursus orba priuetur iis quæ ad ipsam pertinent. Siquidem hæc nomina iustã habent causam & supplicationem. Si itaque dilecti fratres hoc omnibus videtur, statuite, nullum oportere episcopum ad castra accedere, præter eos, quos pius imperator noster suis literis accersit. Sed quia sæpe contingit, aliquos qui egent misericordia, ad ecclesiam confugere, qui propter sua peccata, vel relegatione, vel in insulam deportatione damnati sunt, vel quamlibet aliam sententiam accepêre, iis non esse negandum auxilium, sed sine cunctatione, & dubitatione, iis veniam esse petendam: Si vtique hoc quoque placet, omnes vnà quoque vestrum suffragium ferte: responderunt omnes: Decernatur & hoc.

xxiij. q. viij. Si vobis fratres charissimi.

Schol. Bals. In xj. can. Antioch. syn. prohibiti sunt episcopi, & omnes canonici, sine permissione synodali ad Imp. proficisci. Ei ergo consequenter præsens quoque

λίτης μετὰ συνοδικῆς ἐπικρίσεως, καὶ πάντες εἶπον, ὡς ὤφειλε τὸ παρὰ τοῦ Θηβαίων καινισθὲν παρὰ τῆς μεγάλης συνόδου ἐπιτραπῆναι μετὰ διάγνωσιν, κατὰ τὸν ἀποστολικὸν κανόνα τὸν διαγορευόμενον μηδὲν τι περιττὸν γίνεσθαι παρὰ τοῦ ἐπισκόπου ἄνευ γνώμης συνοδικῆς.

Κανὼν ζ΄.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἡ ἀκαιρεία ἡμῶν, καὶ ἡ πολλὴ συνέχεια, καὶ αἱ ἄδικοι ἀξιώσεις, πεποιήκασιν ἡμᾶς τοσαύτην μὴ ἔχειν χάριν, καὶ παρρησίαν, ὅσην ὀφείλομεν κεκτῆσθαι. πολλοὶ γὰρ τῶν ἐπισκόπων οὐ διαλείπουσιν εἰς τὸ στρατόπεδον παραγινόμενοι, καὶ μάλιστα οἱ Ἄφροι· οἵτινες, καθὼς ἔγνωμεν, παρὰ τοῦ ἀγαπητοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν καὶ συνεπισκόπου Γράτου τὰς σωτηριώδεις συμβουλὰς οὐ παραδέχονται, ἀλλὰ καταφρονοῦσιν οὕτως ὡς ἕνα ἄνθρωπον εἰς τὸ στρατόπεδον πλείστας καὶ διαφόρους, καὶ μὴ δυναμένας ὠφελῆσαι τὰς ἐκκλησίας, δεήσεις διακομίζειν, καὶ μὴ, ὡς ὀφείλει γίνεσθαι καὶ ὡς προσῆκόν ἐστι, τοῖς πένησι καὶ τοῖς λαϊκοῖς ἢ ταῖς χήραις συναίρεσθαι καὶ ἐπικουρεῖν, ἀλλὰ κοσμικὰ ἀξιώματα καὶ πράξεις προξενοῦσί τισι. αὕτη τοίνυν ἡ σκαιότης, τὸν θραυσμὸν οὐκ ἄνευ σκανδάλου τινὸς ἡμῖν καὶ καταγνώσεως προξενεῖ· πρεπωδέστερον δὲ εἶναι ἐνόμισα ἐπίσκοπον τὴν ἑαυτοῦ βοήθειαν παρέχειν ἐκείνῳ, ὅστις ἂν ὑπό τινος βιάζηται, ἢ εἴ τις τῶν χηρῶν ἀδικεῖτο, ἢ αὖ πάλιν ὀρφανός τις ἀποστεροῖτο τῶν αὐτῷ προσηκόντων, εἴπερ ἄρα καὶ ταῦτα τὰ ὀνόματα δικαίαν ἔχει τὴν ἀξίωσιν. Εἰ τοίνυν ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, πᾶσι τοῦτο δοκεῖ, ἐπικρίνατε μηδένα ἐπίσκοπον χρῆναι εἰς τὸ στρατόπεδον παραγίνεσθαι παρεκτὸς τούτων, οὓς ἂν ὁ εὐλαβέστατος βασιλεὺς ἡμῶν τοῖς ἑαυτοῦ γράμμασι μετακαλοῖτο, ἀλλ' ἐπεὶ πολλάκις συμβαίνει τινὰς οἴκτου δεομένους καταφυγεῖν ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν διὰ τὰ ἑαυτῶν ἁμαρτήματα εἰς περιορισμὸν ἢ νῆσον καταδικασθέντας, ἢ δ' αὖ πάλιν οἱανδηποτοῦν ἀπόφασιν ἐκδεδομένους, τοῖς τοιούτοις μὴ ἀρνητέαν εἶναι τὴν βοήθειαν, ἀλλὰ χωρὶς μελλησμοῦ καὶ ἄνευ τοῦ διστάσαι τοῖς τοιούτοις αἰτεῖσθαι συγχώρησιν. Εἰ τοίνυν καὶ τοῦτο ἀρέσκει, σύμψηφοι γίνεσθε ἅπαντες. ἀπεκρίναντο ἅπαντες, ὁριζέσθω καὶ τοῦτο.

Ἑρμηνεία.

Ἐν τῷ ια΄. κανόνι τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου, ἐκωλύθησαν οἱ ἐπίσκοποι καὶ πάντες οἱ κανονικοὶ ἄνευ ἐγχωρήσεως συνοδικῆς πρὸς βασιλέα ἀπέρχεσθαι. ἀκολούθως οὖν καὶ ὁ παρὼν

κανὼν διαγορεύει μηδένα ἐπίσκοπον εἰς τὸ στρατόπεδον, ἤγουν ἔνθα ὁ βασιλεὺς διάγει, παραγίνεσθαι χωρὶς μετακλήσεως βασιλικῆς, εἰ μὴ πολλάκις τοῦτο θελήσῃ τις ποιῆσαι διὰ προστασίαν πτωχῶν τινων ἢ κατακρίτων προσελθόντων τῇ ἐκκλησίᾳ. ὅπερ καὶ ἀνῃρέθη ὑπὸ τοῦ ῥηθησομένου προσεχῶς η΄. κανόνος, διαγορευομένου καὶ τὰς τοιαύτας ὑποθέσεις, μὴ παρὰ ἐπισκόπων ὑπομιμνήσκεσθαι, ἀλλὰ παρὰ διακόνων ἤγουν διακονητῶν ἤτοι δούλων. καὶ ἡ μὲν ἔννοια τοῦ κανόνος αὕτη. αἱ αἰτίαι δὲ δι' ἃς ἐξετέθη, σαφεῖς εἰσί· καὶ οὐ δέονται ἑρμηνείας. τούτων οὕτως ἐχόντων, ἠρώτησέ τις εἰ ἔξεστι ἐπισκόπῳ μετὰ συνοδικῆς ἐπιτροπῆς πρὸς βασιλέα ἀπέρχεσθαι κατὰ τὸν ια΄. κανόνα τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου; Λύσις. ὁ παρὼν κανὼν τὸν ῥηθέντα κανόνα οὐκ ἀναιρεῖ, ἀλλ' ἐκείνῳ μᾶλλον συμφωνεῖ. διὸ καὶ ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, μετὰ συνοδικῆς σκέψεως ἀποκριματισμοῦ ἐπίσκοπος εἰς βασιλέα ἀπελεύσεται, πολλῷ δὲ πλέον κληρικός. σημείωσαι δὲ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ὅτι κἂν κεκωλυμένον ἐστὶ πρὸς βασιλέα σχολάζειν ἐπισκόποις καὶ ἑτέροις ἱερωμένοις, ἀλλὰ κατὰ βασιλικὸν ὁρισμὸν ἀκινδύνως τοῦτο ποιήσουσι, καὶ τὸ προσταττόμενον αὐτοῖς ἐνεργήσουσιν, ὡς μήτε τοῦ βασιλέως ἀνακρινομένου περί τινος αὐτοὺς μετακαλεῖσθαι, μήτε τούτων εὐθυνομένων ὡς ὑπακουόντων προστάγματι βασιλικῷ. ἀνάγνωθι τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου κανόνα ια΄. ιβ΄. καὶ τῆς παρούσης συνόδου κανόνα η΄. θ΄. κα΄.

Κανὼν η΄.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· καὶ τοῦτο ἡ ἀγχίνοια ὑμῶν κρινάτω, ἵν' ἐπεὶ ἔδοξε διὰ τὸ μὴ πίπτειν ὑπὸ κατάγνωσίν τινα τῶν ἐπισκόπων ἀφικνούμενον εἰς τὸ στρατόπεδον, εἴ τινες αὐτῶν τοιαύτας ἔχοιεν δεήσεις, οἵων ἔμπροσθεν ἐπεμνήσθημεν, διὰ ἰδίου διακόνου ἀποστέλλοιεν. τοῦτο γὰρ ὑπηρέτου τὸ πρόσωπον οὐκ ἐπίφθονον τυγχάνει, καὶ τὰ παρεχθησόμενα θᾶττον κομισθῆναι δυνήσεται. ἀπεκρίναντο πάντες, καὶ τοῦτο ὁριζέσθω.

Ἑρμηνεία.

Καὶ ὁ παρὼν κανὼν τὰ αὐτὰ τῷ πρὸ αὐτοῦ θεσπίζει, προστιθέμενος μὴ διὰ τῶν ἐπισκόπων, ἀλλὰ μετὰ διακόνων τὰς πρὸς τοὺς βασιλεῖς ἐντεύξεις αὐτῶν γίνεσθαι. διακόνους δὲ ἐνταῦθα, μὴ τοὺς κεχειροτονημένους εἴπῃς, ἀλλὰ τοὺς ἁπλῶς δούλους καὶ οἱουσδήτινας ὑπηρέτας.

A canon decernit nullum episcopum in castra seu vbi imperator agit, accedere sine euocatione Imperatoris, nisi quis hoc sæpe facere voluerit ad deducendos pauperes vel condemnatos qui ad ecclesiam confugere: quod etiam à proximè dicendo canone sublatum est, qui statuit eiusmodi quoque causas non ab episcopis agendas, sed à diaconis seu ministris. Et hæc est quidem canonis intelligentia. Causæ autem propter quas constitutus est, claræ sunt, nec interpretatione indigent. His ita se B habentibus, interrogauerit quispiam, an permittitur episcopo cum mandato synodali ad Imperat. proficisci, secundùm x. can. Antioch. syn. Solutio. Præsens canon dictum canonem non tollit, sed potiùs illi consentit. Et ideo, vt mihi quoque videtur, cum synodali deliberatione episcopus sine vllo præiudicio ad regem proficiscetur: multò autem magis clericus. Nota autem ex præsenti canone, quòd etiamsi sit episcopo prohibitum aliisque sacratis apud Imperatorem diutiùs moram a- C gere, decreto tamen Imp. hoc sine periculo facient, & quod eis imperatur, exercebunt: vt neque Imper. quidquam possit imputari si eos accersat, nec ij rei futuri sint, vt qui iubenti Imp. acquiescant. lege Carth. syn. can. xj. xij. & præsentis syn. viij. ix. & xxj.

CANON VIII.

Osius episcopus dixit: Hoc quoque vestra solertia iudicet, vt quia visum est, ne aliquis episcopus in condemnationem inci- D *dat ad castra veniens, si qui eorum, quorum superius meminimus, tales habeant preces, per proprium ministrum peragant. Ministri enim persona non est inuidiosa: & quæ mandata fuerint citiùs ferre poterit.*

SCHOL. BALS. Præsens quoque canon eadem quæ illum præcedens statuit, adiiciens non per episcopos, sed cum ministris eorum apud Imp. petitiones peragi debere. Quòd Latinè autem est ministrum, Græcè est, διάκονον, quem ne esse dicas eum qui est ordinatus, sed vt semel dicam, seruum & ministrum.

Canon IX.

Osius episcopus dixit: Hoc quoque consequens esse existimo, vt in quacunque prouincia episcopi ad fratrem & coëpiscopum suum mittant supplicationes, is qui est in maiori ciuitate, hoc est in metropoli, ipse ministrum suum & supplicationes mittat, præbens ei commendatitias quoque literas, scribens, scilicet per consequentiam etiam ad fratres & coepiscopos nostros, qui scilicet illo tempore in locis vel vrbibus agant, in quibus Imp. in primis pius rempublicam gubernat. Si quis autem episcopus habet amicos in aula palatij, & velit aliquid quod sit honestum & iustum impetrare, ne prohibeatur per suum ministrum & rogare, & iis mandare, vt bonum suum auxilium ei velint præbere. Qui autem Romam accedunt, quemadmodum superiùs dictum est, dilecto fratri nostro & coepiscopo Iulio, preces quas habent dandas, præbere debent, vt ipse priùs examinet, nisi aliquæ earum sint impudentes: & sic suam auctoritatem & curam præbens, eos ad castra mittat. Omnes episcopi dixerunt eis placere, & esse conuenientissimum hoc consilium.

Schol. Bals. Quòd non sublatus sit canon Antiochenæ synodi, ex præsenti quoque canone clarum est. Dicit enim quòd si episcopus voluerit mittere preces ad Imp. per confratrem & coepiscopum suum, qui est in ea prouincia antistes, in qua Imperator agit, debet ad competentem metropolitanum accedere, & suam voluntatem docere. Porrò metropolitanus cum famulo suo qui debet epistolas canonicas afferre, scilicet pacificas & commendatitias, docebit episcopum, qui apud Imp. vt dictum est, versatur, fratris & coepiscopi postulationem. Hoc autem sic fieri statutum est, vt metropolitanus causam cognoscat & discernat, an eam oporteat ad Imp. referre an nō. Tanquam autem dixisset quispiam per hoc tolli præsentis synodi can. viij. qui statuit, vt episcopi cum propriis ministris Imp. admoneāt de causis animæ conducibilibus, adiecerunt patres, ad Imperatorem quidem non mittendum ministrum ab episcopo sine synodali mandato.

Κανὼν θ΄.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· καὶ τοῦτο ἀκόλουθον νομίζω εἶναι, ἵνα ἐν οἱαδήποτ' οὖν ἐπαρχίᾳ ἐπίσκοποι πρὸς ἀδελφὸν καὶ συνεπίσκοπον ἑαυτῶν ἀποστέλλοιεν δεήσεις, ὁ ἐν τῇ μείζονι τυγχάνων πόλει, τουτέστι τῇ μητροπόλει, αὐτὸς καὶ τὸν διάκονον αὐτοῦ καὶ τὰς δεήσεις ἀποστέλλοι, παρέχων αὐτῷ καὶ συστατικὰς ἐπιστολάς, γράφων δηλονότι κατ' ἀκολουθίαν καὶ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς καὶ συνεπισκόπους ἡμῶν, εἴ τινες ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἐν τοῖς τόποις ἢ ἐν ταῖς πόλεσι διάγοιεν, ἐν αἷς ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς τὰ δημόσια πράγματα διακυβερνᾷ. Εἰ δὲ ἔχοι τις τῶν ἐπισκόπων φίλους ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ παλατίου, καὶ βούλοιτο περί τινος, ὅπερ εὐπρεπέστερον εἴη, ἀξιῶσαι, μὴ κωλύοιτο διὰ τοῦ ἑαυτοῦ διακόνου, καὶ ἀξιῶσαι καὶ ἐντείλασθαι τούτοις, ὥστε τὴν αὐτὴν ἀγαθὴν βοήθειαν ἀξιοῦντι αὐτῷ παρέχειν ἡγοῖτο. οἱ δὲ εἰς Ῥώμην παραγινόμενοι, καθὼς προείρηκα, τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ ἡμῶν καὶ συνεπισκόπῳ Ἰουλίῳ τὰς δεήσεις, ἃς ἔχοιεν διδόναι, ὀφείλουσι παρέχειν, ἵνα πρότερος αὐτὸς δοκιμάζοι· εἰ μή τινες ἐξ αὐτῶν ἀναισχυντοῖεν· καὶ οὕτως τὴν ἑαυτοῦ προστασίαν καὶ φροντίδα παρέχων, εἰς τὸ στρατόπεδον αὐτοὺς ἀποστέλλοι. ἅπαντες οἱ ἐπίσκοποι ἀπεκρίναντο ἀρέσκειν αὐτοῖς, καὶ εὐπρεπεστάτην εἶναι τὴν συμβουλὴν ταύτην.

Ἑρμηνεία.

Ὅτι οὐκ ἀνῃρέθη ὁ ια΄. κανὼν τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου, δῆλον καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος. Φησὶ γὰρ ὅτι ἐὰν ἐπίσκοπος θελήσῃ ἀποστεῖλαι δεήσεις εἰς τὸν βασιλέα διὰ συναδέλφου καὶ συνεπισκόπου αὐτοῦ ἀρχιερατεύοντος εἰς ἐπαρχίαν, εἰς ἣν διάγει ὁ βασιλεύς, ὀφείλει προσέρχεσθαι τῷ προσφόρῳ μητροπολίτῃ, καὶ ἀναδιδάσκειν αὐτὸν τὸ οἰκεῖον βούλημα· καὶ ὁ μητροπολίτης μετὰ διακόνου αὐτοῦ, ὀφείλοντος ἐπιφέρεσθαι κανονικὰς ἐπιστολὰς ἤγουν εἰρηνικὰς καὶ συστατικάς, ἀναδιδάξαι τὸν ἐνδημοῦντα ἐπίσκοπον, ὡς εἴρηται, εἰς τὸν βασιλέα, τὴν τοῦ ἀδελφοῦ καὶ συνεπισκόπου παράκλησιν. τοῦτο δὲ γίνεσθαι οὕτως ὡρίσθη, ἵνα ὁ μητροπολίτης ἐπιγνῷ τὴν ὑπόθεσιν, καὶ διαγνῷ εἰ ἐνδέχεται ἀνενεχθῆναι ταύτην τῷ βασιλεῖ, εἴτε καὶ μή. ὡς δέ τινος εἰπόντος ἐκ τούτου ἀναιρεῖσθαι τὸν τῆς παρούσης συνόδου η΄. κανόνα, τὸν διορίζομενον μετὰ διακόνων οἰκείων τοὺς ἐπισκόπους τὰ περὶ τῶν ψυχωφελῶν αἰτιῶν, προσέθεντο οἱ πατέρες, πρὸς μὲν βασιλέα μὴ ἀποστέλλεσθαι διάκονον παρὰ ἐπισκόπου χωρὶς συνοδικῆς ἐπιτροπῆς·

πρὸς

πρὸς δὲ τινὰς οἰκείους τῷ βασιλεῖ ποιεῖν μετὰ διακόνου ἀξιώσεις. πλὴν καὶ τοῦτο ὡς ἐμοὶ δοκεῖ μετ' εἰδήσεως τοῦ μητροπολίτου γενήσεται. τοὺς μέντοι παραγινομένους εἰς τὴν Ῥώμην ἐπισκόπους μὴ ἄλλως τῷ βασιλεῖ προσέρχεσθαι, εἰ μὴ ὁ Πάππας λάβῃ τὴν περὶ τούτου εἴδησιν· καὶ αὐτὸς δοκιμάσας τὰ περὶ τῶν δεήσεων, ἢ ἐπιτρέψει τὴν ἀναφορὰν, καὶ ἀποστείλῃ αὐτοὺς πρὸς τὸν βασιλέα, ἢ ἀποείπῃ· ὡς καὶ ὀφείλων ἀντέχεσθαι τῶν ἐπισκόπων, καὶ βοηθεῖν ἐπὶ πᾶσιν αὐτοῖς. ὥστε σημείωσαι ἀπὸ τῶν ἐν τῷ κανόνι τούτῳ περιεχομένων ὅτι οὔτε μητροπολίτης, οὔτε ἐπίσκοπος χωρὶς συνοδικῆς διαγνώσεως δύναται δεήσεις ἀνενεγκεῖν τῷ βασιλεῖ ἢ δι' ἑαυτοῦ, ἢ διὰ διακόνου αὐτοῦ. ἀκούων δὲ ταῦτα γίνεσθαι μετ' εἰδήσεως τοῦ μητροπολίτου καὶ τοῦ Πάππα, πρόσθες καὶ συνοδικὴν ἐπακολουθεῖν διάγνωσιν κατὰ τὸν ια'. κανόνα τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου. τὰ δὲ περὶ τοῦ Πάππα ἐνταῦθα γεγραμμένα, ἕλκυσον καὶ εἰς τὸν πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως, δι' οὓς λόγους πολλάκις εἴπομεν. ἀνάγνωθι καὶ κεφάλ. β'. τοῦ η'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα. τούτων δὲ οὕτω διορισθέντων, εἶπον τινὲς μὴ ὀφείλειν οἱονδήτινα μητροπολίτην χωρὶς πατριαρχικῆς ἐπιτροπῆς ὁτεδήποτε εἰς βασιλέα ἀπέρχεσθαι. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ὡς ὅτε πρώτως μέλλει ὁ μητροπολίτης τὸν βασιλέα προσκυνῆσαι ἐκ τῆς λαχούσης αὐτὸν ἀνελθὼν εἰς τὴν βασιλεύουσαν, ἀνάγκην ἔχει τοῦτο ποιεῖν μετὰ πατριαρχικῆς ἐπιτροπῆς. μετὰ ταῦτα δὲ ἀκωλύτως ὅτε καὶ βούλεται, ἀπελεύσεται εἰς τὸν βασιλέα χάριν τοῦ προσκυνῆσαι αὐτὸν, καὶ παρακλητεῦσαι περὶ ὧν προσανήνεγκε δεήσεων μετὰ πατριαρχικῆς εἰδήσεως.

Κανὼν ι'.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· καὶ τοῦτο ἀναγκαῖον εἶναι νομίζω, ἵνα μετὰ πάσης ἀκριβείας καὶ ἐπιμελείας ἐξετάζοιτο, ὥστε ἐὰν τις πλούσιος ἢ σχολαστικὸς ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς ἀξιοῖτο ἐπίσκοπος γίνεσθαι, μὴ πρότερον καθίστασθαι, ἐὰν μὴ καὶ ἀναγνώστου καὶ διακόνου καὶ πρεσβυτέρου ὑπηρεσίαν ἐκτελέσῃ· ἵνα καθ' ἕκαστον βαθμὸν, ἐὰν περ ἄξιος νομισθείη, εἰς τὴν ἀψίδα τῆς ἐπισκοπῆς κατὰ προκοπὴν διαβῆναι δυνηθείη. ἕξει δὲ ἑκάστου τάγματος ὁ βαθμὸς οὐκ ἐλαχίστου δηλονότι χρόνου μῆκος, δι' οὗ ἡ πίστις αὐτοῦ

sed aliquibus Imp. familiaribus preces cum ministro esse exhibendas: sed hoc quoque, vt mihi videtur fiet cum scientia metropolitani. Episcopos verò qui Romam accedunt, non aliter ad Imperatorẽ accedere, nisi Papa eius rei scientiam habuerit: & ipse precibus examinatis, vel ablationem permiserit, & ipsos ad Imp. miserit, vel denegauerit, vt qui etiam debeat episcopos complecti, & iis in omnibus opem ferre. Quare nota ex iis quæ in hoc canone continentur, quòd neque metropolitanus, neque episcopus sine synodali cognitione potest ad Imp. vel per se vel per suum ministrum referre. Audiens autem hæc fieri cum scientia metropolitani, & Papæ, adiice etiam synodalem consequi cognitionẽ, secundùm xj. canonẽ Antiochenæ synodi. Quæ autẽ de Papa hîc scripta sunt, trahe etiam ad patriarcham Constantinopolitanum, propter rationes quas sæpe diximus. lege & caput ij. viij. tit. præsentis operis, & omnia quæ in eo sunt. His autem sic definitis, dixerunt aliqui non debere vllum metropolitanum sine patriarchali mandato vel permissu ad Imp. vnquam proficisci. Mihi autem videtur, quòd quando primùm metropolitanus est Imp. salutaturus, ex ea quæ illum est sortitus, ad vrbium reginam accedens, necesse habet hoc facere cum patriarchali permissione. Postea autem sine impedimento quando vult ad Imp. accedet, eius salutandi gratia, & eum commonefaciendi precum quas cum patriarchali supplicatione priùs ad eum retulit.

CANON X.

Osius episcopus dixit: Hoc quoque necessarium existimo, vt cum omni cura & diligentia examinetur, vt si quis diues vel ex foro scholasticus episcopus fieri dignus habeatur, non priùs constituatur quàm lectoris & diaconi & presbyteri ministerium peregerit, vt in vnoquoque gradu, si dignus existimatus fuerit, ad episcopatus fastigium per progressionem possit ascendere. Habebit autem vniuscuiusque ordinis gradus non minimi scilicet temporis longitudinem, per quod & fides

Dist. lxi. Osius episcopus.

& morum probitas, & constantia, & moderatio possit cognosci, & ipse diuino sacerdotio dignus existimatus, maximum honorem assequetur. Neque enim conuenit, neque scientia & bona conuersatio hoc recipit, vt temere & leuiter ad id accedatur, vt episcopus, vel presbyter, vel diaconus promptè ac facilè constituatur. Sic enim meritò Neophytus existimetur, quandoquidem beatissimus Apostolus, qui fuit etiam doctor gentium, maximè prohibuisse videtur, ne celeres fierent constitutiones. Longissimi enim temporis probatio, & conuersationem, & vniuscuiusque mores non improbabiliter exprimere poterit. Omnia dixerunt ipsis placere, & omnino non oportere ea subuertere.

SCHOL. BALS. In xvij. canone primæ & secundæ syn. satis scripsimus de laïcis vel monachis, qui sunt ad episcopatum promouendi. Ceterùm illic quidem generaliter de iis dictum est, hîc autem de solis diuitibus & scholasticis, id est de iis qui rhetoricæ & arti dicendi vacant. Quod ergo illic quæsiuimus de præfinito tempore canone declarato, hoc in præsenti quoque canone quærendũ est. Neophytus autem, apud Apostolum quidem, is qui est recenter illuminatus dictus. Apud canonem autem, qui ex diuite vel scholastico ad episcopalem dignitatem prouehitur. Quære & secundum can. Nicenæ primæ Syn.

CANON XI.

Osius episcopus dixit: Hoc quoque definire debemus, vt quando episcopus ex alia ciuitate in aliam ciuitatem, vel ex alia prouincia in aliam prouinciam accesserit, iactationis gratia propiis laudibus seruiens, vel religionis sanctificationi: & velit longiori tempore illic agere: illius autem ciuitatis episcopus doctrinæ non fuerit peritus, ne illum despiciat, & frequentiùs concionetur, studens dedecore afficere & vilipendere personam episcopi. Hic enim prætextus solet turbas excitare, & eiusmodi calliditate alienam sedem sibi conciliare, & attrahere studere, cùm non dubitet sibi traditam ecclesiam relinquere, & in aliam transire. Ad hoc ergo, tempus definiendum est: nam episcopum

καὶ ἡ τῶν τρόπων καλοκαγαθία, καὶ ἡ στερρότης καὶ ἡ ἐπιείκεια γνώριμος γενέσθαι δυνήσεται· καὶ αὐτὸς ἄξιος τῆς θείας ἱερωσύνης νομισθεὶς, τῆς μεγίστης ἀπολαύσει τιμῆς. οὔτε γὰρ προσῆκόν ἐστιν οὔτε ἡ ἐπιστήμη οὔτε ἡ ἀγαθὴ ἐπαναστροφὴ ἐπιδέχεται τολμηρῶς καὶ κούφως ἐπὶ τοῦτο ἰέναι, ὥστε ἢ ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον ἢ διάκονον προχείρως καθίστασθαι. οὕτω γὰρ ἂν εἰκότως νεόφυτος νομισθείη, ἐπειδὴ μάλιστα καὶ ὁ μακαριώτατος ἀπόστολος, ὃς καὶ τῶν ἐθνῶν γεγένηται διδάσκαλος, φαίνεται κωλύσας ταχείας γίνεσθαι τὰς καταστάσεις. τοῦ γὰρ μηκίστου χρόνου ἡ δοκιμασία, τὴν ἀναστροφὴν καὶ τὸν ἑκάστου τρόπον οὐκ ἀπεικότως ἐκτυποῦν δυνήσεται. ἅπαντες εἶπον ἀρέσκειν αὐτοῖς, καὶ καθάπαξ μὴ δεῖν ἀνατρέπειν ταῦτα.

Ἑρμηνεία.

Ἐν τῷ ιζ'. κανόνι τῆς πρώτης καὶ δευτέρας συνόδου, ἱκανῶς ἐγράψαμεν περὶ λαϊκῶν ἢ μοναχῶν μελλόντων ἀρχιερωσύνης ἀξιοῦσθαι. πλὴν ἐκεῖ μὲν, γενικῶς τὰ περὶ τούτων ἐξεφωνήθησαν· ἐνταῦθα δὲ περὶ μόνων πλουσίων καὶ σχολαστικῶν, τουτέστι περὶ λόγοις σχολαζόντων. ὃ γοῦν ἐκεῖσε ἐζητήσαμεν χάριν τοῦ δηλουμένου τῷ κανόνι νενομισμένου καιροῦ, τοῦτο καὶ εἰς τὸν παρόντα κανόνα ζητητέον. νεόφυτος δὲ παρὰ μὲν τῷ ἀποστόλῳ ὁ νεοφώτιστος λέγεται· παρὰ δὲ τῷ κανόνι, ὁ ἀπὸ πλουσίου ἢ σχολάζοντος εἰς ἐπισκοπικὸν ἀξίωμα προβιβαζόμενος. ζήτει καὶ τὸν β'. κανόνα τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης συνόδου.

Κανὼν ι'.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· καὶ τοῦτο διορίσαι ὀφείλομεν, ἵνα ἐπίσκοπος, ὅταν ἐξ ἑτέρας πόλεως παραγίνηται εἰς ἑτέραν πόλιν, ἢ ἀπὸ ἑτέρας ἐπαρχίας εἰς ἑτέραν ἐπαρχίαν, κόμπου χάριν ἐγκωμίοις οἰκείοις ὑπηρετούμενος, ἢ θρησκείας καθοσιώσει, καὶ πλείονα χρόνον βούλοιτο διάγειν, καὶ μὴ ὁ τῆς πόλεως ἐκείνης ἐπίσκοπος ἔμπειρος ᾖ διδασκαλίας, μὴ καταφρονῇ ἐκείνου, καὶ συνεχέστερον ὁμιλῇ καταισχύνειν, καὶ κατευτελίζειν τὸ πρόσωπον τοῦ αὐτόθι ἐπισκόπου. αὕτη γὰρ ἡ πρόφασις εἴωθε ταράχους ποιεῖν, καὶ ἐκ τῆς τοιαύτης πανουργίας τὴν ἀλλοτρίαν καθέδραν ἑαυτῷ προμνηστεύεσθαι καὶ περισπᾶσθαι σπουδάζει, μὴ διστάζων τὴν αὐτῷ παραδοθεῖσαν ἐκκλησίαν καταλιμπάνειν, καὶ εἰς ἑτέραν μεθίστασθαι. ὁριστέον τοίνυν ἐπὶ τούτῳ χρόνον, ἐπειδὴ καὶ τὸ μὴ ὑποδέχεσθαι ἐπίσκοπον

τῶν ἀπανθρώπων καὶ σκαιῶν εἶναι νενόμισται. μέμνησθε δὲ ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ τοὺς πατέρας ἡμῶν κεκρικέναι, ἵνα εἴ τις λαϊκὸς ἐν πόλει διάγων τρεῖς κυριακὰς ἡμέρας, ἐν τρισὶν ἑβδομάσι μὴ συνέρχοιτο, ἀποκινοῖτο τῆς κοινωνίας. Εἰ τοίνυν περὶ τῶν λαϊκῶν τοῦτο τεθέσπισται, οὐ χρὴ, οὐδὲ πρέπει, ἀλλ' οὐδὲ συμφέρει ἐπίσκοπον, εἰ μηδεμίαν βαρυτέραν ἀνάγκην ἔχοι, ἢ πρᾶγμα δυσχερὲς, ἐπιπλεῖστον ἀπολείπεσθαι τῆς ἑαυτοῦ ἐκκλησίας, καὶ λυπεῖν τὸν ἐμπεπιστευμένον αὐτῷ λαόν. ἅπαντες οἱ ἐπίσκοποι εἰρήκασι· καὶ ταύτην τὴν γνώμην σφόδρα εἶναι πρεπωδεστάτην ὁριζόμεθα. Ερμηνεία.

Πᾶσαν σκανδάλου πρόφασιν περιαιροῦντες οἱ πατέρες διωρίσαντο μὴ μεταβαίνειν ἐπίσκοπον ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν ἢ ἀπὸ ἐπαρχίας εἰς ἐπαρχίαν κατὰ τρόπους ἀλαζονείας ἢ πλεονεξίας. Εἰ δὲ τοῦτο οὐ γίνηται διὰ τοιαύτην αἰτίαν, ἀλλὰ διὰ πρόσκαιρον ἀνάπαυσιν, ἢ ἑτέραν εὔλογον ἀφορμὴν, μὴ καταπαίρεσθαι αὐτὸν, λόγιον τυχὸν ὄντα, τοῦ ἐγχωρίου ἐπισκόπου, ἀμαθοῦς ἴσως τυγχάνοντος· μηδὲ αὐτὸν μὲν ἐφίεσθαι ἐγκωμίων διὰ δογματικῶν διδασκαλιῶν (τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ θρησκεία, τουτέστιν ἡ λατρεία καὶ ἡ πίστις.) τοῦ δὲ ἐγχωρίου ἐπισκόπου καταφρονεῖν ὡς ἐμπειρίαν δογματικῆς διδασκαλίας μὴ ἔχοντος, ἀλλὰ ἡσυχάζειν καὶ ἔχειν τὴν ἀνάλογον τιμὴν πρὸς τὸν ἐγχώριον ἐπίσκοπον. τὸ γὰρ παρὰ ταῦτα γινόμενον, φασὶν, αἴτιον ἐστὶ ταραχῆς πολλῆς καὶ ὑποψία τοῦ σπουδάζειν τὸν τοιοῦτον καταλιπεῖν τὴν λαχοῦσαν αὐτὸν, καὶ σφετερίσασθαι τὴν ἑτέρῳ ἀνήκουσαν ἐκκλησίαν. διά τοι τοῦτο μὴ ἀνεκτὸν ἡγησάμενοι ἐπὶ πολὺν χρόνον διάγειν ἐπίσκοπον εἰς ἀλλοτρίαν ἐνορίαν, ἐπήγαγον, ὡς ἐπεὶ τὸ μὴ ὑποδέχεσθαι τοὺς ἐγχωρίους ἐπισκόπους ἀρχιερεῖς ἑτέρων ἐνοριῶν, ἀφιλάδελφόν ἐστι καὶ ἀπάνθρωπον, κεκανόνισται δὲ μηδὲ λαϊκὸν ἀπολιμπάνεσθαι ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐπὶ τρεῖς κυριακὰς, ἢ μὴν, ἀκοινώνητον εἶναι, πάντως κρατήσει καὶ ἐπὶ ἀρχιερέων ὁ αὐτὸς κανών. ὅθεν καὶ διωρίσαντο, μηδένα ἐπίσκοπον ἐπὶ πλέον ἀπολιμπάνεσθαι τῆς λαχούσης τοῦτον, καὶ θλίβειν τὸν ἐμπιστευθέντα αὐτῷ λαὸν, εἰ μή τινα βαρείαν ἀνάγκην ἔχει ἢ πρᾶγμά τι δυσχερές. ἀνάγνωθι τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνα ιδ'. ιε'. τῆς παρούσης συνόδου κανόνα ιβ'. ιϛ'. ιζ'. συνόδου Καρθαγένης, κανόνα κγ'. οα'. συνόδου ϛ'.

non recipi, inhumanum & inciuile existimatum est. Recordemini autem patres nostros in tempore præterito iudicauisse, vt si quis laicus in vrbe agens, tribus diebus dominicis in tribus hebdomadibus non conueniat, is communione moueatur. Si hoc ergo de laicis statutum est, non oportet, nec conuenit, sed neque est vtile, episcopum, si nullam habet grauiorem necessitatem, vel negotium difficilius, longiùs à sua abesse ecclesia, & sibi commissum populum dolore afficere. Omnes episcopi dixerũt, hanc quoque sententiam esse conuenientissimam.

SCHOL. BALS. Omnem scandali occasionem auferentes sancti Patres, statuerunt, ne episcopus à ciuitate in ciuitatem, vel à prouincia in prouinciam, per arrogantiam vel auaritiam transeat. Si autem non fiat hoc propter eam causam, sed propter aliquot dierum quietem, vel aliquam aliam iustam causam, ne ipse cùm sit doctus, insultet episcopo qui fortè est indoctus, nec ipse laudem desideret per dogmaticas doctrinas (id enim est religio & fides) regionis autem episcopum contemnat, vt qui dogmaticæ doctrinæ experientiam non habeat. sed quiescat, & regionis episcopo conuenientem honorem habeat. Quod enim, inquiunt, præter hoc fit, multæ est perturbationis causa, & suspicio quòd is studeat relinquere eam quæ illum sortitus est, & eam quæ ad alterum pertinet sibi vendicare. Et propterea non necessarium esse rati, vt episcopus longo tempore versetur in aliena diœcesi, subiunxerunt, quòd quia esset inhumanum & à fraterna dilectione alienum, si regionis episcopi aliarum diœceseon episcopos non admitterent: canone autem cautum est, vt ne laicus quidẽ tribus dominicis ab ecclesia absit, vel sit excommunicatus, omnino in antistites quoque locum habebit hic canon. Vnde etiam statuerunt vt nullus episcopus ab ea quæ illum sortitus est, diutius absit, & sibi commissum populum opprimat, nisi grauem aliquam necessitatem habeat, vel negotium arduum. Lege sanctorum Apostolorum can. xiiij. & xv. præsentis syn. can. xij. xvj. xvij. Carthag. syn. can. xxiij. lxxj. syn. vj.

can.xvij. xviij.& xx.& scies quomodo puniuntur, qui vltra suæ diœcesis fines docent. Lege & xvj. can. primæ & secundæ syn.& quæ in illo à nobis scripta sunt: & scies quanto tempore debent episcopi extra suos episcopatus versari. Ideo enim nec fusiùs hîc de iis tractatum est. Interrogauerit autẽ quispiam, cùm lxxx. canon vj. synodi, videlicet quæ in Trullo dicitur, laicos segregari decreuerit, qui tribus dominicis in ecclesiam non conuenerint, qui quidem hac synodo fuit multo recentior, quomodo præsens canõ qui est ea multo antiquior, eius meminit? Solutio. Alius quidem canon ante præsentem synodum nihil eiusmodi decreuit. Quæ autem hoc canone continentur, sine scriptis, vt est verisimile, exercebantur ab initio, vt etiam multa alia: postea autẽ syn. in Trullo ea scriptis quoque mandauit.

CANON XII.

Osius episcopus dixit: Quia nihil est prætermittendum, hoc quoque definiatur: Quidam fratres & coepiscopi, in ciuitatibus, in quibus episcopi constituuntur, videntur valde pauca quæ sibi sint propria possidere: in aliis autem locis magnas possessiones, ex quibus etiam possunt opem ferre pauperibus: iis ita esse concedendum iudico, vt si in suas possessiones venturi sunt, & fructus suos collecturi, tribus diebus dominicis, id est, tribus septimanis, in suis possessionibus degant: & in ecclesia quæ prope est, in qua presbyter populum congregat, ne à communione alienus videatur, conueniat, & sacrificium celebret, & ne frequentiùs in ciuitate in qua est episcopi, adsit. Eo enim modo & res eius propter ipsius absentiam nihil detrimenti patientur, & arrogantiæ ac superbiæ crimen effugere videbitur. Omnes episcopi dixerunt: Placet hæc quoque constitutio.

SCHOL. BALS. XI. canõ docet de episcopis qui à ciuitate in ciuitatem peregrè proficiscũtur, vel à prouincia in prouinciã. Præsens autem canõ statuit, vt episcopi qui magnas habent immobiles possessiones in alienis regionibus, in eas sine vllo impedimento proficiscantur ad fructus colligẽdos, & sic pauperes sustẽtent.

κανόνας ιζ'. ιη'. καὶ κ'. καὶ μάθης πῶς κολάζονται οἱ παρ' ἐνορίαν διδάσκοντες. ἀνάγνωθι καὶ τὸν ις'. κανόνα τῆς πρώτης καὶ δευτέρας συνόδου, καὶ τὰ ἐν ἐκείνῳ παρ' ἡμῶν γραφέντα, καὶ μάθης πόσον καιρὸν ὀφείλουσιν οἱ ἐπίσκοποι διατρίβειν ἔξωθεν τῶν ἐπισκοπῶν αὐτῶν. διὰ γὰρ τοῦτο, οὐδὲ πλατύτερόν τι περὶ τούτου ἐνταῦθα διελήφθη. ἐρωτήσει δέ τις ὡς τοῦ π'. κανόνος τῆς ἕκτης συνόδου δηλονότι τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ, διορισαμένου ἀφορίζεσθαι τοὺς λαϊκοὺς τοὺς ἐπὶ τρισὶ κυριακαῖς μὴ συνερχομένους καὶ ἐκκλησιάζοντας, τοῦ καὶ κατὰ πολὺ ὄντος μεταγενεστέρου ταύτης τῆς συνόδου, πῶς ὁ παρὼν κανὼν πρεσβύτερος ὤν, αὐτοῦ μέμνηται; Λύσις. ἕτερος μὲν κανὼν πρὸ τῆς παρούσης συνόδου, οὐδέν τι τοιοῦτον διωρίσατο. ἀγράφως δέ, ὡς ἔοικεν, ἐνηργεῖτο τὰ τοῦ τοιούτου κανόνος ἀρχῆθεν ὡς καὶ ἄλλα πολλά. ὕστερον δὲ ἡ ἐν τῷ Τρούλλῳ σύνοδος, καὶ ἐγγράφως τὰ περὶ τούτου ἐξέθετο.

Κανὼν ιβ'.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐπειδὴ οὐδέν ἐστι παραλειπτέον, καὶ τοῦτο ὁρισθήτω. τινὲς τῶν ἀδελφῶν καὶ συνεπισκόπων ἐν ταῖς πόλεσιν, ἐν αἷς ἐπίσκοποι καθίστανται, δοκοῦσι κεκτῆσθαι σφόδρα ὀλίγα ὑπάρχοντα ἴδια, ἐν ἑτέροις δὲ τόποις κτήσεις μεγάλας, ἐξ ὧν καὶ ἐπικουρεῖν δυνατοί εἰσι τοῖς πένησι. οὕτως οὖν αὐτοῖς συγχωρητέον εἶναι κρίνω, ἵνα εἰ μέλλοιεν εἰς τὰς ἑαυτῶν παραγίνεσθαι κτήσεις, καὶ τὴν συγκομιδὴν τῶν καρπῶν ποιεῖσθαι, τρεῖς κυριακὰς ἡμέρας, τουτέστι, τρεῖς ἑβδομάδας ἐν τοῖς ἑαυτῶν κτήμασιν αὐτοὺς διάγειν, καὶ ἐν τῇ ἀγχιστευούσῃ ἐκκλησίᾳ, ἐν ᾗ πρεσβύτερος συνάγει, ὑπὲρ τοῦ μὴ χωρὶς συνελεύσεως αὐτὸν δοκεῖν εἶναι, συνέρχεσθαι καὶ λειτουργεῖν, καὶ μὴ συνεχέστερον εἰς τὴν πόλιν, ἐν ᾗ ἐστιν ἐπίσκοπος, παραγίγνοιτο. τοῦτον γὰρ τὸν τρόπον καὶ τὰ οἰκεῖα αὐτοῦ πράγματα παρὰ τὴν αὐτοῦ ἀπουσίαν, οὐδεμίαν ὑπομενεῖ ζημίαν, καὶ τὸ τῆς ἀλαζονείας καὶ τοῦ τύφου ἐκκλίνειν δόξει ἔγκλημα. ἅπαντες οἱ ἐπίσκοποι εἶπον, ἀρέσκει καὶ αὕτη ἡ διατύπωσις.

Ἑρμηνεία.

Ὁ μὲν ια'. κανὼν διδάσκει περὶ τῶν ἀποδημησάντων ἐπισκόπων ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν, ἢ ἀπὸ ἐπαρχίας εἰς ἐπαρχίαν· ὁ δὲ παρὼν κανὼν διορίζεται τοὺς ἐπισκόπους τοὺς ἔχοντας ἀκινήτους μεγάλας κτήσεις εἰς ἀλλοτρίας ἐνορίας, ἀπαρεμποδίστως εἰς ταύτας ἀπέρχεσθαι διὰ τὴν συγκομιδὴν τῶν καρπῶν, καὶ οὕτω διαγαγεῖν τοὺς πένητας.

πλὴν φησί, ἐπὶ μὲν τρισὶ κυριακαῖς ὀφείλει ὁ ἐπίσκοπος διάγειν εἰς τὰ οἰκεῖα κτήματα, καὶ μετὰ τῶν ἐγχωρείων πιστῶν ἐκκλησιάζειν καὶ συλλειτουργεῖν, ἤτοι συνεύχεσθαι μετὰ τοῦ ἐκεῖσε ὄντος πρεσβυτέρου, ἵνα μὴ δοκῇ χωρὶς συνελεύσεως ἐκκλησιαστικῆς εἶναι. καὶ προσκρούειν πρὸς τὸν ἀνωτέρω εἰρημένον κανόνα τὸν ἀφορίζοντα τοὺς ἐπὶ τρεῖς ἑβδομάδας μὴ συνιόντας εἰς ἐκκλησίαν. μετὰ δὲ τὰς τρεῖς κυριακὰς μὴ παραβάλλειν συχνότερον ἐν τῇ πόλει ἐν ᾗ ὁ κατὰ τόπον ἐστὶν ἐπίσκοπος· τούτου γὰρ φασιν οὕτω γινομένου, οὔτε αὐτὸς ὑποπέσῃ χρηματικῇ ζημίᾳ, διὰ τὸ κατὰ παρουσίαν αὐτοῦ γίνεσθαι τὴν συγκομιδήν, οὔτε ὁ ἐγχώριος ἐπίσκοπος ἀλαζονείαν τούτῳ ἐπιγράψηται. τούτων οὕτως ἐχόντων, μὴ εἴπῃς ἀναγκαστικὸν εἶναι τῷ ἐπιδημήσαντι ἐπισκόπῳ εἰς τὰ παρὰ ἐνορίαν κτήματα τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ, ἐπὶ τρισὶ κυριακαῖς ἐκεῖσε καθῆσθαι, καὶ μὴ παραβάλλειν ἐν τῇ πόλει ἐν ᾗ ὁ ἐγχώριος ἐστὶν ἀρχιερεύς, ἀλλὰ συμβουλευτικόν, διὰ τὸ ἀσκανδάλιστον. εἰ γὰρ θέλει ἀπεντεῦθεν εἰς τὴν πόλιν ἀπελθεῖν καὶ συνομιλῆσαι εἰρωνικῶς τῷ ἐγχωρείῳ ἀρχιερεῖ, καὶ ὑποχωρῆσαι εἰς τὰ ἐκκλησιαστικὰ αὐτοῦ κτήματα, οὐ κωλυθήσεται. ὁ γὰρ σκοπὸς τοῦ κανόνος οὐδέν τι ἕτερόν ἐστιν, ἢ τὸ μὴ ὀχλεῖσθαι τὸν ἐγχώριον ἐπίσκοπον ὑπὸ τοῦ παρὰ ἐνορίαν ἐκεῖσε ἀφικνουμένου ἐπισκόπου, καὶ παρ' αὐτοῦ ἴσως παρυβρίζεσθαι. ἀνάγνωθι καὶ τὰ ἐν ιϛʹ. κανόνι τῆς αʹ. καὶ βʹ. συνόδου γραφέντα παρ' ἡμῶν. καὶ σημείωσαι ὅτι εἰς τὰς ἀκινήτους κτήσεις τῶν ἀλλοτρίων ἐκκλησιῶν ὁ ἐγχώριος ἐπίσκοπος ἐνεργεῖ τὰ ἀρχιερατικὰ δίκαια. καὶ ἀπὸ μακρᾶς δὲ συνηθείας βεβαιωθείσης πολλάκι συνοδικῶς, ὁ θρόνος τῆς Κωνσταντινουπόλεως, σταυροπήγιά τε δίδωσιν εἰς πάσας τὰς τῶν ἐκκλησιῶν ἐνορίας, καὶ ἀναφορὰν ἔχει οὐ μόνον ἐν τούτοις, ἀλλὰ καὶ ἐφ' αἷς ἔχει ἀκινήτοις κτήσεσιν ὁπουδήποτε. τινὲς δὲ λέγουσι τὸ αὐτὸ δίκαιον ἔχειν τὸν τοιοῦτον ἅγιον θρόνον οὐ μόνον εἰς τὰς διαφερούσας τούτῳ κυριαρχικῷ δικαίῳ κτήσεις, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ ἀκίνητα τῶν ὑποκειμένων τούτῳ μοναστηρίων ὁπουδήποτε διακείμενα. καλῶς δὲ ἐξελάβομεν τὴν λειτουργίαν ἀντὶ εὐχῆς. λειτουργεῖν γὰρ ἤτοι ἱερουργεῖν χωρὶς ἐπιτροπῆς τοῦ κατὰ χώραν ἐπισκόπου, ἀδύνατόν ἐστιν.

A Cæterùm tribus, inquit, dominicis debet episcopus in suis possessionibus agere, & cum illius regionis fidelibus in ecclesiam conuenire, & vnà celebrare, seu vnà orare cum presbytero qui illic est, vt videatur esse ab ecclesiastica communione alienus, & canonem qui superiùs dictus est, offendere, qui quidem eos segregat qui tribus dominicis in ecclesiam non confugiunt. Cæterùm post tres dominicos non frequentiùs in ciuitate versari, in qua est episcopus. Si enim, inquiunt, hoc sic fiat, nec ipse in damnum pecuniarium incidet, eo quòd in eius præsentia fructus colligantur, nec regionis episcopus eum arrogantiæ insimulabit. Hæc cùm ita se habeant, ne dixeris esse necessarium episcopo, qui versatur in possessionibus quæ sunt extra suam ecclesiam, illic tribus dominicis sedere, & nõ accedere in vrbem in qua est eius regionis episcopus, sed consilium tantùm dari, vt vitetur scandalum. Si enim velit postea in ciuitatem proficisci, & cum illius regionis episcopo familiariter colloqui, & in suas ecclesiasticas possessiones redire, non vetabitur. Est enim scopus canonis, ne C illius regionis episcopus turbetur ab episcopo qui vltra suæ diœcesis fines accedit, & ab ipso fortasse iniuria afficiatur. Lege & quę in xvi. can. primæ & secundæ syn. à nobis scripta sunt, & nota quòd in immobilibus alienarum ecclesiarum possessionibus illius regionis episcopus episcopalia iura exercet. Ex longa autem consuetudine sæpe synodaliter confirmata, thronus Constantinopolitanus in omnium ecclesiarum regionibus dat ius figendi crucem, & non solùm in iis oblationem, sed & D in possessionibus quas habet vbicunque. Quidam autem dicunt, hanc sanctam sedem hoc ius habere, non solùm in possessionibus quas dominij iure obtinet, sed etiam in immobilibus monasteriorum quæ ei subiecta sunt, vbicũque ea sita sint. Rectè autem accepimus sacri celebrationem quæ Græcè est λειτουργία, pro oratione. Sacra enim celebrare, seu sacrificare, sine episcopi regionis permissione non potest.

CANON XIII.

A

Osius episcopus dixit, Hoc quoque omnibus placeat, vt si diaconus, vel presbyter vel etiam aliquis ex clericis, sit excommunicatus, & ad alium episcopum, qui eum nouit, confugerit, scientes eum à proprio episcopo esse communione motum, non oportere episcopo & fratri suo iniuriam facientem, ei communionem præbere. Sin autem hoc facere ausus fuerit, sciat cùm conuenerint episcopi, seipsum causam esse dicturum.

SCHOL. BALS. Lege xij. xiij. xxxij. & xxxiij. canonem sanctorum Apostolorum, & Antioch. syno. can. vj. qui dicunt eadem.

B

CANON XIIII.

xj. q. 3. Si fortè episcopus iracundus.

Osius episcopus dixit: Quod autem me vndiquaque mouet, reticere non debeo. Si inueniatur quis episcopus ad iram propensus, quod quidem ab eiusmodi homine abesse debet, & aduersus presbyterum vel diaconum citò commotus, eum ex ecclesia eiicere voluerit, prouidendum est, ne is repentè condemnetur, & communione priuetur. Omnes episcopi dixerunt: Qui eiicitur, potestatem habeat confugiendi ad episcopatum metropolis eiusdem prouinciæ: si autem metropolitanus abest, ad finitimum concurrendi, &

C

rogandi vt suum negotium accuratè examinet. Neque enim non sunt aures præbendæ iis qui rogant. Ille quoque episcopus, qui iure vel iniuria eum expulit, æquo animo ferre debet vt rei fiat examinatio, & vel eius confirmetur sententia, vel corrigatur: priusquam autem diligenter & ex fide singula examinata fuerint, qui communionem non habet, non debet ante rei cognitionem sibi suo iure communionem tribuere. Si autem clerici aliqui conuenerint, & eius superbiam & arrogantiam viderint, quia

D

non conuenit contumeliam vel iniustam expostulationem pati, acerbioribus & grauioribus verbis eum debent corrigere, vt ei qui iubet quæ decet, inseruiant, & obediant. Sicut enim debet episcopus ministris sinceram dilectionem & affectionem præbere, eodem modo & subiecti debent episcopis non fraudulentum ministerium & obsequium exhibere.

Κανὼν ιγʹ.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· καὶ τοῦτο πᾶσιν ἀρεσάτω, ἵνα ἤτοι διάκονος, ἤτοι πρεσβύτερος, ἢ καί τις τῶν κληρικῶν ἀκοινώνητος γένηται, καὶ πρὸς ἕτερον ἐπίσκοπον τὸν εἰδότα αὐτὸν καταφύγοι, γινώσκοντα ἀποκεκινῆσθαι αὐτὸν τῆς κοινωνίας παρὰ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, μὴ χρῆναι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ ἀδελφῷ αὐτοῦ ὕβριν ποιοῦντα, παρέχειν αὐτῷ κοινωνίαν. Εἰ δὲ τολμήσοι τοῦτο ποιῆσαι, γινωσκέτω συνελθόντων ἐπισκόπων ἀπολογίᾳ ἑαυτὸν ὑπεύθυνον καθεστάναι· ἅπαντες οἱ ἐπίσκοποι εἶπον· αὕτη ἡ κρίσις καὶ τὴν εἰρήνην πάντοτε διαφυλάξει, καὶ διατηρήσει τὴν πάντων ὁμόνοιαν.

Ερμηνεία.

Ανάγνωθι τὸν ιβʹ. ιγʹ. ιδʹ. λβʹ. καὶ λγʹ. κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων. καὶ τῆς ἐν Αντιοχείᾳ συνόδου κανόνα ϛʹ. τὰ αὐτὰ λέγοντα.

Κανὼν ιδʹ.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· ὃ δὲ πάντοτέ με κινοῦν, ἀποσιωπῆσαι οὐκ ὀφείλω· εἴ τις ἐπίσκοπος ὀξύχολος εὑρίσκοιτο, ὅπερ οὐκ ὀφείλει ἐν τοιούτῳ ἀνδρὶ πολιτεύεσθαι, καὶ ταχέως ἀντικρὺ πρεσβυτέρου ἢ διακόνου κινηθεὶς, ἐκβαλεῖν ἐκκλησίας τινὰ ἐθελήσοι, προνοητέον ἐστὶ μὴ ἀθρόον τὸν τοιοῦτον καταχρίνεσθαι, καὶ τῆς κοινωνίας ἀποστερεῖσθαι. πάντες εἰρήκασιν· ὁ ἐκβαλλόμενος ἐχέτω ἐξουσίαν ἐπὶ τὸν ἐπίσκοπον τῆς μητροπόλεως τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας καταφυγεῖν· Εἰ δὲ ὁ τῆς μητροπόλεως ἄπεστιν, ἐπὶ τὸν πλησιόχωρον κατατρέχειν καὶ ἀξιοῦν, ἵνα μετὰ ἀκριβείας αὐτοῦ ἐξετάζηται τὸ πρᾶγμα. οὐ χρὴ γὰρ μὴ ὑπέχειν τὰς ἀκοὰς τοῖς ἀξιοῦσιν· κἀκεῖνος δὲ ὁ ἐπίσκοπος ὁ δικαίως ἢ ἀδίκως ἐκβαλὼν τὸν τοιοῦτον, γενναίως φέρειν ὀφείλει, ἵνα ἡ ἐξέτασις τοῦ πράγματος γένηται· καὶ ἢ κυρωθῇ αὐτοῦ ἡ ἀπόφασις, ἢ διορθώσεως τύχῃ. πρὶν δὲ ἐπιμελῶς καὶ μετὰ πίστεως ἕκαστα ἐξετασθῇ, ὁ μὴ ἔχων τὴν κοινωνίαν πρὸ τῆς διαγνώσεως τοῦ πράγματος, ἑαυτῷ οὐκ ὀφείλει ἐκδικεῖν τὴν κοινωνίαν· ἐὰν δὲ συνεληλυθότες τῶν κληρικῶν τινὲς, κατίδωσι τὴν ὑπερηφανίαν καὶ τὴν ἀλαζονείαν αὐτοῦ, ἐπειδὴ οὐ πρέπον ἐστὶν, ὕβριν ἢ μέμψιν ἄδικον ὑπομένειν, πικροτέροις καὶ βαρυτέροις ῥήμασιν ἐπιστρέφειν τοῦτον ὀφείλουσιν, ἵνα τῷ τὰ πρέποντα κελεύοντι ὑπηρετῶσι) καὶ ὑπακούωσιν. ὥσπερ γὰρ ὁ ἐπίσκοπος τοῖς ὑπηρέταις εἰλικρινῆ ὀφείλει τὴν ἀγάπην καὶ τὴν διάθεσιν παρέχειν, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οἱ ὑποτεταγμένοι ἄδολα τοῖς ἐπισκόποις τὰ τῆς ὑπηρεσίας ἐκτελεῖν ὀφείλουσιν.

Ἑρμηνεία.

Ἔμαθες ἀπὸ ἑτέρων κανόνων, ὅτι οὐκ ἔξεστι τοῖς ἐπισκόποις ἀκρίτως ἀφορίζειν τοὺς κληρικοὺς αὐτῶν. ὁ δὲ παρὼν κανὼν φησὶν ὅτι ἐὰν ἐπίσκοπος ὀξύχολος καὶ θυμώδης ὑπάρχων, κἂν οὐκ ἐνδέχηται τοιοῦτον εἶναι τὸν ἐπίσκοπον, ἀλλὰ πρᾶον καὶ μετριόφρονα, ἀφορίσῃ ἀπὸ θυμοῦ πρεσβύτερον αὐτοῦ ἢ διάκονον, προνοητέον, ἤτοι φροντιστέον μὴ ἀπεντεῦθεν τοῦτον κατακεκριμένον λογίζεσθαι, ὥστε μὴ συγκοινωνεῖν ἤγουν μὴ ἐνεργεῖν τὰ τῆς ἱερατείας μετὰ τῶν ἱερουργούντων· ἀλλὰ ἐχέτω ἐξουσίαν ἀφορισθεὶς προσέρχεσθαι τῷ μητροπολίτῃ τῆς ἐκκλησίας, ᾧ δηλονότι ὑπόκειται ὁ ἀφορίσας ἐπίσκοπος, ἐφ᾽ ᾧ συστάδην τηρηθῆναι τὴν αἰτίαν τοῦ ἀφορισμοῦ. Εἰ δὲ οὐ πάρεστιν ὁ μητροπολίτης, ἀπελθέτω ὁ ἀφορισθεὶς εἰς τὸν πλησιόχωρον μητροπολίτην ἐφ᾽ ᾧ τηρηθῆναι παρ᾽ ἐκείνου τὸ πρᾶγμα. τούτου δὲ γινομένου μηδὲ ὁ ἀφορίσας ἐπίσκοπος ἀγανακτείτω, ἀλλὰ φερέτω γενναίως τὴν ἐξέτασιν, καὶ καρτερείτω ἢ τὸν στηριγμὸν τοῦ ἀφορισμοῦ, ἢ τὴν διόρθωσιν. ὡς δέ τινος εἰπόντος μεγάλως ἐκ τούτου βοηθεῖσθαι τὸν ἀφορισθέντα, εἰς τὸ μὴ ἐμποδίζεσθαι τὴν ἱερατικὴν αὐτοῦ ἐνέργειαν ἐκ τοῦ ἀφορισμοῦ, διὰ τοὺς κανόνας τοὺς λέγοντας, πρὸ καταδίκης ἐντελοῦς μηδένα τιμωρεῖσθαι, φησὶν ὁ κανὼν ὅτι κἂν κοινωνικός ἐστιν ὁ ἀφορισθείς, καὶ τὰ τοῦ ἀφορισμοῦ ὑπὸ ἐξέτασιν ἔπεσον, ἀλλ᾽ οὐκ ὀφείλει αὐτοδίκητος γίνεσθαι καὶ ἱερουργεῖν πρὸ τοῦ δικαιωθῆναι. τοίνυν ὀφείλουσιν οἱ λοιποὶ κληρικοὶ οἱ ἰδόντες τοῦτον ἱερουργοῦντα μετὰ τὸ ἀφορισθῆναι, ἐξ ὑπερηφανίας ἤτοι ἀλαζονείας, ἐπιστρέφειν αὐτὸν εἰς ταπείνωσιν πικροτέροις ῥήμασιν, ἤτοι ὀνειδιστικοῖς οὐ μὴν καὶ ὑβριστικοῖς. οὕτω γὰρ δόξουσιν ὑπήκοοι καὶ ὑπηρέται τῶν ἐπισκοπικῶν κελεύσεων. ὥσπερ γάρ φησι χρέος ἔχει ὁ ἐπίσκοπος ἀγαπᾷν τοὺς κληρικοὺς αὐτοῦ, οὕτω καὶ αὐτοὶ ὀφείλουσιν ἄδολον τὴν ὑπηρεσίαν ἀπονέμειν τοῖς ἐπισκόποις. μὴ εἴποις δὲ πολλοῖς κανόσιν ἐναντιοῦσθαι τὸν παρόντα κανόνα, διοριζόμενον ἀνατρέχειν τὸν ἀφορισθέντα πρὸς τὸν πλησιόχωρον μητροπολίτην,

A SCHOL. BALS. Didiciſti ab aliis canonibus, quòd nō licet epiſcopis indicta cauſa ſuos clericos ſegregare. Præſens autē canon dicit, quòd ſi epiſcopus ad irā propenſus ac bilioſus exiſtens, etiamſi non debet eſſe talis epiſcopus, ſed mitis & moderatus, presbyterū ſuum vel diaconū ira percitus ſegregauerit, prouidendū eſt, ſeu cura adhibēda eſt, ne is ex eo cōdemnatus exiſtimetur, vt non vnà communicet, ſeu quæ ſunt ſacerdotalia exerceat cū iis qui ſacra operātur. Dominus enim dixit, Accipite B ſpiritum ſanctū: & Quorum remiſeritis peccata, remittūtur eis: quorum autem retinetis, retēta ſunt: non autem eos etiā qui non peccāt, puniendos. Sed poteſtatem habeat is qui ſegregatus eſt, accedendi ad metropolitanum prouinciæ, cui ſcilicet ſubiectus eſt epiſcopus qui ſegregauit: vt ſegregationis cauſa corā eo examinetur. Si autem non adeſt metropolitanus, vadat is qui eſt ſegregatus ad metropolitanum proximum, vt negotium ab eo examinetur. Hoc autem facto, qui ſegregauit epiſcopus C non ſuccenſeat ſed æquo animo ferat examinationem, & ſegregationis confirmationem, vel eius correctionem forti animo ſuſtineat. Tanquā autem dixiſſet aliquis, magnū ex eo illi qui eſt ſegregatus, auxilium afferri, quòd ſacerdotalis functio non impediatur à ſegregatione, propter canones qui dicunt, ante perfectā condemnationem neminem puniri debere, dicit canon, quòd etiamſi ſit communicandi poteſtate præditus qui eſt excommunicatus, & eius ſegregatio ad examinationem recidit, nō tamen ſibi debet eam ſuo iure tribuere, & ſacrificare, antequā ius ſuū D probauerit. Qui enim vos ſpernit, inquit, me ſpernit. Debent ergo clerici, qui eum vident ſacrificātem poſtquam ſegregatus fuerit, ex ſuperbia vel arrogantia, eum ad humilitatem conuertere verbis acerbioribus ſeu exprobratoriis, nō tamen etiam contumelioſis: ſic enim videbuntur eſſe ſubiecti & miniſtri epiſcopaliū iuſſionum. Sicut enim, inquit, debet epiſcopus ſuos clericos amare, ſic & ipſi debent citra fraudem epiſcopis miniſterium exhibere. Ne dixeris autem hunc canonem eſſe multis canonibus contrarium, ſtatuentem, eum qui eſt excommunicatus, debere ad vicinæ regionis metropolitanum recurrere,

si absit metropolitanus prouinciæ, vt ab eo examinetur segregatio. Finge enim vel finitimæ regionis Antistiti ab absente metropolitano fuisse mandatum, vt causas ecclesiasticas audiat, vel eum fuisse electum iudicem ab episcopo & clerico. Neque enim aliter potest vicinæ regionis metropolitanus iudicare episcopum vel clericum alius prouinciæ, quemadmodum in præcedentibus canonibus diximus. Ei autem qui te fortè interrogauit: Quomodo non punit canon eum qui in segregatione non acquieuit, sed eam neglexit, & sacrum celebrauit, dic quòd canon præsentis synodi generali sermone eos deponendos decernit, qui quæ hîc decreta sunt, transgrediuntur. Et xxix. canon Carth. synodi ex hac sola causa eum condemnat, perinde ac si iustè fuisset depositus. Nota ergo ex præsenti canone, quòd nulla fit episcopo iniuria, si is qui est segregatus, quærat segregationis causam examinari: & quòd quomodocunque fuerit segregatus clericus, debet segregationem admittere, & expectare examinationem. Miror autem quomodo non definiunt Patres, quid sit faciendum, si Papa, verbi gratia, clericum suum iniustè segregauerit, & segregationem quidem incusat clericus, non potest autem ad maiorem synodum proficisci, & accusationem proponere. Quæ autem de presbyteris & & diaconis hîc definita sunt, sunt etiam de reliquis clericis accipienda, quin etiam de laicis.

Canon XV.

Osius episcopus dixit: Hoc quoque omnino definiamus, vt si quis episcopus ex alia parochia, velit alienum ministrum sine consensu proprij episcopi in aliquo gradu constituere, irrita & infirma eiusmodi constitutio existimetur. Si qui autem hoc sibi ipsis permiserint, à fratribus & coëpiscopis & admoneri & corrigi debent. Omnes dixerunt, Hoc quoque decretum stet firmum & immobile.

Schol. Bals. Septimus decimus canõ vj. syn. qui est antiquior,

εἴπερ ὁ ἐπαρχιώτης μητροπολίτης ἀποδημεῖ, ἐφ' ᾧ παρὰ τούτου κατεξετασθῆναι τὰ τοῦ ἀφορισμοῦ. θεμάτισον γὰρ ἢ ἐνταλθῆναι τὸν πλησιόχωρον ἀρχιερέα παρὰ τοῦ ἀποδημήσαντος ἀρχιερέως ποιουμένων ἀκροᾶσθαι ἐκκλησιαστικῶν ὑποθέσεων αἰτηκουσῶν τῇ ἐκείνου ἐνορίᾳ, ἢ αἱρετὸν καταστῆναι τοῦτον δικαστὴν παρά τε τοῦ ἐπισκόπου καὶ τοῦ κληρικοῦ. ἄλλως γὰρ οὐ δύναται ὁ πλησιόχωρος μητροπολίτης δικάζειν ἐπίσκοπον ἢ κληρικὸν ἑτέρας ἐπαρχίας, καθὼς καὶ ἐν τοῖς προλαβοῦσι κανόσιν εἰρήκαμεν. πρὸς δὲ τὸν ἴσως ἐρωτήσαντά σε πῶς οὐ τιμωρεῖ ὁ κανὼν τὸν μὴ ἐμμείναντα τῷ ἀφορισμῷ, ἀλλὰ καταφρονήσαντα τούτου καὶ ἱερουργήσαντα, εἰπὲ ὅτι ὁ κ΄. κανὼν τῆς παρούσης συνόδου γενικῷ τῷ λόγῳ καθαιρεῖσθαι διορίζεται τοὺς παραβαίνοντας τὰ ἐν ταύτῃ διορισθέντα. καὶ ὁ κθ΄. κανὼν τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου, ἐκ μόνης ταύτης τῆς αἰτίας τὸν τοιοῦτον καταδικάζει, ὥσπερ ἂν εἰ εὐλόγως ἀφωρίσθη. σημείωσαι οὖν ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ὅτι οὐκ ἔστιν ὑβριστικὸν τῷ ἐπισκόπῳ τὸ, τὸν ἀφορισθέντα ζητεῖν κατεξετασθῆναι τὴν αἰτίαν τοῦ ἀφορισμοῦ. καὶ ὅτι κἂν ὅπως δὴ ἀφορισθῇ ὁ κληρικὸς, ὀφείλει δέχεσθαι τὸν ἀφορισμὸν καὶ ἀναμένειν τὴν ἐξέτασιν. θαυμάζω δὲ πῶς οὐ διωρίσαντο οἱ πατέρες, τί ὀφείλει γίνεσθαι ἐὰν ὁ Πάππας λόγου χάριν ἀφορίσῃ κληρικὸν αὐτοῦ ἀνευλόγως, καὶ αἰτιᾶται μὲν τὸν ἀφορισμὸν ὁ κληρικός· οὐ δύναται δὲ πρὸς μείζονα σύνοδον ἀπελθεῖν καὶ προθεῖναι τὴν αἰτίασιν. τὰ μέντοι ἐνταῦθα διορισθέντα χάριν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, ἐκληπτέον καὶ εἰς τοὺς λοιποὺς κληρικοὺς, ἀλλὰ μὴν καὶ λαϊκούς.

Κανὼν ιε΄.

A quando per sacrum officium & diuinam corporis & sanguinis Christi participationem constituitur. Quomodo enim ij quibus fornicationis pœna iniuncta est, nec sacramentorum fuere participes, inter se matrimonialiter conuenerint? Quòd si dixeris, postquàm iis qui fornicati sunt pœna iniuncta fuerit, ne triennio fornicentur, non prohiberis eis concedere, vt post triennium legitimo matrimonio coniungantur. Interrogauerit autem quispiam, cur virginem quidem post stuprum decernit sanctus raptori legitimè coniungi, eos autem qui fornicati sunt matrimonio coniungi non sinit, nisi cum distinctione? Sol. Virginem quidē post ei allatum stuprum nemo fortasse volet in matrimonium accipere, & nisi illi permittatur ei qui stuprauit nubere, contumelia & dedecore affecta, ac miserabilis relinquetur. Quæ autem stuprata est, non tanto damno afficitur, si ei quæ cum ipsa fornicata est, non nupserit: est enim ab alio deuirginata. Si ergo non magnum malum ex eorum qui fornicati sunt separatione euenit, & nec qui fornicati sunt toto animo matrimonio insistunt, præferetur separatio, & per ipsam abstinentiam à malo. Præterea interrogabit quispiam, cum iij. cap. xxxvij. titu. lx. lib. decernat vt qui cum honesta muliere in concubinatu rem habet, eam ducere cogatur, quomodo decernit præsens canon vt qui fornicati sunt separentur? Sol. Differentia est inter concubinam seu pellicem, & fornicatricem. Concubina enim, quæ cum vno tantum peccat, à lege agnoscitur. Quæ autem cum multis fornicata est, nec à lege quidem agnoscitur, sed etiam à fornicatoribus ædibus expellitur, vt de quo diximus caput dicit. Præsens itaque caput loquens de fornicatrice rectè legique consentanee decernit, cum hac distinctione, vt qui fornicati sunt, legitimè coniungantur.

Canon XXVII.

De presbytero, qui per ignorantiā nefariis nuptiis implicatus est, diffiniui quæ oporteat, esse quidem cathedræ participem, à reliquis autē actionibus abstinere, ei enim sufficit, vt veniā consequatur. Vt is autem aliis benedicat, qui sua debet vulnera curare, non est consentaneum. Benedictio enim est, sanctificationis communicatio.

qui autem eam non habet propter ignorantiæ lapsum, quomodo aliis communicabit? nec ergo publicè, nec priuatim benedicat, nec Christi corpus aliis impertiat, nec aliquod aliud sacrum ministerium obeat, sed quod præsideat contentus aliis, & Christo defleat, vt sibi ignorantiæ peccatum condonetur.

SHCOL. BALS. Prohibitæ nuptiæ trifariam diuiduntur, in nefarias, quæ præter leges dicuntur, vt si quis eam cuius tutelam gerit, vel ipse, vel pater ipsius vxorem ducat, vel eam quæ est sub ipsius tutelari, vel patris potestate. Damnatas, seu condemnatas, vt si fiat matrimonium cum monacha, vel alia Deo dedicata. Incestas, quæ hic etiam nefariæ dicuntur, vt si quis cum quauis sua consanguinea contraxerit. Cum ergo quidam sacerdos nefarium per ignorantiam matrimonium contraxisset, & propterea solutum esset, & ipse in depositionē incidisset, interrogauit quispiam sanctum, an is sacerdos debeat post depositionem sacerdotale quidpiam exercere. Dicebant enim nonnulli, quòd quoniam sacerdos per ignorantiam lapsus esset, non subijcietur depositioni. Sin autem fuerit depositus, ab actionibus quidem quæ fiunt intra tribunal arcebitur, sed non ab actionibus quæ sunt extra tribunal. Dicit ergo sanctus, eum fortè debere deponi, & post depositionem eum quidem esse solius honoris participem, vt scilicet sedeat cum presbyteris, à reliquis autem sacerdotalibus actionibus abstineat, vt scilicet neque orationem dicat publicè seu in ecclesia, nec priuatim, id est extra ecclesiam. Sed neque sancta tractet, nec ipsa aliis communicet, nec aliquid aliud sacerdotale exerceat. Sit autem contentus sessionis honore, qui illi propter ignorantiam concessus est. Eum autem alijs benedicere non oportet. Benedictio enim est sanctificationis impertitio. Qui autē non habet sanctificationem, quomodo eam aliis impertiet? Venia autem ei datur, nō solum quòd sedeat cū sacerdotibus, sed & quòd non alio modo puniatur. Si enim sciens Deo consecratam fœminam, vel suam cognatam, vxorem accepisset, alio etiam modo, & pecuniariè scilicet,

ὁ δὲ τοῦτο μὴ ἔχων διὰ τὸ τῆς ἀγνοίας παράπτωμα, πῶς ἑτέρῳ μεταδώσῃ; μήτε τοίνυν δημοσίᾳ μήτε ἰδίᾳ εὐλογείτω, μήτε τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ καταμεμερέτω ἑτέρῳ, μήτε τι ἄλλο λειτουργείτω, ἀλλὰ ἀρκούμενος τῇ προεδρίᾳ, προσκλαιέτω ἑτέροις καὶ τῷ κυρίῳ, συγχωρηθῆναι αὐτῷ τὸ ἐκ τῆς ἀγνοίας ἁμάρτημα.

Ερμηνεία.

Εἰς τρία διαιροῦνται οἱ κεκωλυμένοι γάμοι, εἰς νεφάριον τὸν λεγόμενον παράνομον, ὡς ὅτε λάβῃ τις εἰς γάμον τὴν ἐπιτροπευθεῖσαν παρὰ τούτου ἢ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἢ τὴν οὖσαν ὑπὸ τὴν προσκουρατορικὴν ἐξουσίαν τούτου ἢ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. εἰς δαμνάτον τὸ λεγόμενον κατάκριτον, ὅς ἐστιν ὁ μετὰ μοναχῆς ἢ ἑτέρας ἀνατεθειμένης τῷ θεῷ γάμος. καὶ εἰς τὸν ἴγκεστον, τὸν καὶ ἀθέμιτον λεγόμενον, δηλονότι τὸν μετὰ συγγενικοῦ προσώπου κεκωλυμένου προβαίνοντα. τινὸς γοῦν ἱερέως ἐν ἀγνοίᾳ γάμον ἀθέμιτον συναλλάξαντος, καὶ διὰ τοῦτο διαζυγέντος, καὶ καθαιρέσει καθυποβληθέντος, ἠρώτησέ τις τὸν ἅγιον, εἰ ὀφείλει ὁ τοιοῦτος ἱερεὺς μετὰ τὴν καθαίρεσιν ἱερατικόν τι ἐνεργεῖν· ἔλεγον γάρ τινες ὡς ἐπεὶ ἐν ἀγνοίᾳ ὠλίσθησεν ὁ ἱερεὺς, οὐχ ὑποπεσεῖται καθαιρέσει, εἰ δὲ καθαιρεθῇ, τῶν μὲν ἐντὸς τοῦ βήματος ἐνεργειῶν κωλυθήσεται, τῶν δὲ ἐκτὸς οὐκ ἐμποδισθήσεται. φησὶ τοίνυν ὁ ἅγιος ὀφείλειν τοῦτον καθαιρεῖσθαι, καὶ μετὰ τὴν καθαίρεσιν, τιμῆς μὲν μόνης μετέχειν, ἤτοι συγκαθῆσθαι μετὰ τῶν πρεσβυτέρων, τῶν δὲ λοιπῶν ἱερατικῶν ἐνεργειῶν ἀπέχεσθαι, ἤγουν μήτε εὐχὴν λέγειν δημοσίᾳ, τουτέστιν ἐν ἐκκλησίᾳ, μήτε ἰδίᾳ, τουτέστιν ἐκτὸς τῆς ἐκκλησίας, ἀλλὰ μηδὲ τὰ ἅγια μεταχειρίζεσθαι, καὶ ἑτέροις μεταδιδόναι αὐτῷ, μήτ' ἄλλο τι ἱερατικὸν ἐνεργεῖν. ἀρκεῖσθαι δὲ τῇ τιμῇ τῆς προεδρίας, τῇ φιλοτιμηθείσῃ αὐτῷ διὰ τὴν ἄγνοιαν. εὐλογεῖν μέντοι ἑτέροις τὸν τοιοῦτον οὐ δεῖ· ἡ γὰρ εὐλογία, μετάδοσις ἁγιασμοῦ ἐστίν. ὁ δὲ μὴ ἔχων ἁγιασμὸν, κἂν δι' ἄγνοιαν καθῃρέθη, πῶς τούτου μεταδώσει ἑτέρῳ; συγγνώμη δὲ δίδοται αὐτῷ, οὐ μόνον διὰ τοῦ συγκαθῆσθαι μετὰ τῶν ἱερέων, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ μὴ τιμωρεῖσθαι ἀλλοτρόπως, εἰ γὰρ ἐν εἰδήσει ἔλαβεν εἰς γυναῖκα τὴν ἀφιερωθεῖσαν τῷ θεῷ, ἢ τὴν προσγενῆ αὐτοῦ, καὶ ἀλλοτρόπως, χρηματικῶς δηλονότι,

καὶ ἐγκληματικῶς, ἵνα ἐκολάσθη, ἅ τινα οὐκ ἐπάγονται αὐτῷ διὰ τὴν ἄγνοιαν· καὶ ἀνάγνωθι τὸν ις'. τίτλου τοῦ κη'. βιβλίου. μετὰ μέντοι τὸ ἀπαγορεῦσαι αὐτῷ πᾶσαν ἱερατικὴν ἐνέργειαν, φησὶν ὁ ἅγιος, προσκλαιέτω ἑτέροις καὶ τῷ κυρίῳ· τῷ μὲν κυρίῳ, ὡς δυναμένῳ ἀφιέναι ἁμαρτήματα, τοῖς δὲ ἑτέροις ἵνα κἀκεῖνοι ὑπὲρ αὐτοῦ δέωνται τῷ κυρίῳ συγχωρηθῆναι τούτῳ τὸ ἐκ τοῦ ἀθέσμου γάμου ἀνόμημα. ἐρωτήσει δέ τις, ὡς ἐκ τριῶν τρόπων κολαζομένων τῶν ἀθέσμων γάμων, καθαιρεθήσεται, καὶ ὁ ποιήσας παράνομον γάμον, ἤγουν καὶ ὁ τὴν ποτὲ παρ' αὐτοῦ ἐπιτροπευθεῖσαν, ἢ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, εἰς γάμον ἀγόμενος; Λύσις. ἐπεὶ ὡς παράνομος καὶ ὁ τοιοῦτος γάμος διασπᾶται, ἐξ ἀνάγκης μετὰ τὸ διαζύγιον καὶ οὗτος ὡς πορνεύσας καθαιρεθήσεται. καὶ εἰ μὲν παρ' αὐτοῦ ἔφθασεν ἐπὶ πορνευθῆναι ἡ παρανόμως συναφθεῖσα αὐτῷ, οὐδὲ καθέδρας ἀξιωθήσεται ὡς μὴ δυνάμενος προβαλέσθαι ἄγνοιαν· εἰ δὲ παρὰ τοῦ πατρὸς τούτου, καὶ βοηθήσει αὐτῷ ἴσως λόγος ἀγνοίας, συγγνωσθήσεται, καὶ καθέδρας ἀξιωθήσεται κατὰ τὸν παρόντα κανόνα. ἀνάγνωθι καὶ τὸ κζ'. κεφ. τοῦ α'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τὸν θ'. κανόνα τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, καὶ τὸν κα'. καὶ κς'. κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου. ἐπεὶ δὲ φαίνεται ἀναπίπτουσα ἐν τούτοις ἐναντιότης, οἱ μὲν γὰρ τῶν κανόνων τούτων λέγουσι τοὺς καθαιρουμένους εἰς τόπον ἐξωθεῖσθαι λαϊκῶν, οἱ δὲ ἐνεργεῖν αὐτοὺς τὰ ἐκτὸς τοῦ βήματος καὶ μόνα, οἱ δὲ καθέδρας μόνης μετέχειν, διάστειξον καὶ εἰπὲ, ὅτι ἄλλως κολάζονται οἱ ἐν εἰδήσει ἁμαρτάνοντες καὶ μετὰ ἔλεγχον καθαιρούμενοι, ἄλλως οἱ ἐν εἰδήσει μὲν ἁμαρτάνοντες, ἑκόντι δὲ τοῦ κακοῦ ἀφιστάμενοι, ἄλλως οἱ ἐν ἀγνοίᾳ ὀλισθήσαντες καὶ ἐξομολογησάμενοι, καὶ ἄλλως οἱ ἀγνοήσαντες μὲν τὸ ἁμάρτημα, μὴ ἀφιστάμενοι δὲ αὐτοῦ, ἀλλὰ καταδικαζόμενοι. ἔχε δὲ καὶ διαφορὰν τῶν ἁμαρτημάτων καὶ τῶν προσώπων, καὶ λέγε κατὰ τὴν ἐπισκοπικὴν διάκρισιν, ποτὲ μὲν συγγνωμονεῖσθαι τοὺς καθαιρουμένους, ποτὲ δὲ μὴ συγγνωμονεῖσθαι, καὶ οὕτω τὴν δοκοῦσαν ἐν τοῖς κανόσιν ἐναντιότητα διαλύεσθαι.

Κανὼν κη'.

Κἀκεῖνό γε μὴν γελοῖόν μοι κατεφάνη, τὸ εὔξασθαί τινα ὑείων ἀπέχεσθαι κρεῶν. ὥστε καταξίωσον διδάσκειν αὐτοὺς, τῶν ἀπαιδεύτων προσευχῶν καὶ ἐπαγγελιῶν ἀπέχεσθαι, τὴν μέντοι χρῆσιν ἀδιάφορον εἶναι συγχώρησον. οὐδὲν γὰρ κτίσμα θεοῦ

& criminaliter punietur, quæ quidem ei propter ignorantiam non infliguntur. Lege xvj. titu. xxviij. lib. Postquam autem sanctus ei omni sacerdotali actione interdixisset, defleat inquit alijs, & domino: domino, vt qui potest peccata remittere: aliis, vt pro eo rogent dominum, vt condonet ei delictum à se & nefario matrimonio commissum. Rogauerit autem quispiam, cum tribus modis puniantur nefariæ nuptiæ, deponetúrne quispiam, qui contra leges matrimonium contraxerit, vt pote is qui eam cuius ipse, vel pater eius tutor fuit, duxit in matrimonium? Sol. Quoniam hoc matrimonium vt legibus contrarium dissoluitur, hîc quoque post diuortium, vt qui fornicatus sit, necessario deponetur: & si quæ illi contra leges coniuncta est, fuit antea sub illius tutela, ne cathedra quidem dignus censebitur, vt qui non possit ignorantiam prætexere. Lege & xxvij. cap. primi tituli. Nomoc. Photij x. canonem synodi Neocęsariensis, & ea quæ in eo sunt, & xxj. & xxvj. can. syn. in Trullo. Sed quia videtur in his emergere repugnantia (alij enim canones dicunt eos qui sunt depositi, in locum laicorum deturbari: alij verò eos ea solum quæ extra tribunal fiunt exercere. Alij solius esse cathedræ participes) distingue & dic: Aliter puniuntur, & conuicti deponuntur: aliter, qui scientes quidem peccant, sponte autem à malo desistunt: aliter qui per ignorantiam peccarunt, & confessi sunt: & aliter qui peccatum quidem ignorarunt, ab ipso autem non destiterunt, nisi condemnati. Nota autem differentiam & peccatorum, & personarium, & dic Episcoporum iudicio aliquando quidem ignosci ijs qui deponuntur: aliquando verò non ignosci, & sic contrarietatem quæ videtur inesse contrariis dissolui.

Canon XXVIII.

Illud quidem mihi visum est ridiculum, vouere aliquem à carnibus suillis abstinere. Quamobrem dignare eos docere, vt ab ineptis votis, & promissis abstineant, vsum quidem esse indifferentem permitte. Nulla enim Dei

creatura est reijcienda, quæ cum gratiarum actione accipitur. Quare votum est ridiculum, non abstinentia necessaria.

Canon XXIX.

Id quoque quod est, iurare principes quod subiectis malè facturi sint, magna medicina opus habet. Medela autem eorum est duplex: vna quidem, vt ipsi doceantur non facilè iurare. Altera autem ne in malis iudiciis persistant. Quare qui se alteri malefacturum iurare anticipauit, quod ad iurandum nimium facilis fuerit, se pœnitere ostendat: non autem pietatis prætextu suam improbitatem confirmet. Neque enim Herodi iurare profuit, qui ne peieraret, prophetam occidit. Semel enim iusiurandum est prohibitum: multò autem magis consentaneum est, id esse condemnatum, quod propter malum iuratum est. Quare eum qui iurauit pœnitere, non impietatem studere confirmare oportet. Eius enim absurditatem fusius exquire. Si quis se fratris oculos effossurum iurauerit, eine honestum est hoc ad effectum deducere: Si quis se interfecturum, si quis omnino iurauerit mandatum aliquod transgressurum? Iuraui enim & statui non peccatum, sed seruare iudicia iustitiæ tuæ. Quemadmodum autem mandatum est immutabilibus iudiciis confirmandum, ita peccatum omninò infirmare, & delere oportet.

Schol. Bals. Præsentes duo canones iubent infirmari sacramenta à quibusdam facta, vt mali aliquid fiat, vel etiam quidpiam ridiculum. Dicit enim eum qui vouit, vel iurauit se carnem suillam non comesurum, vel iis qui sibi subeunt malefacturum, docendum esse à stultis & ineptis sacramentis abstinere, & quod semel iurare est prohibitum, & licet carnem suillam comedere, & malum non facere sub prætextu ne peieretur. Vsus est autem exemplo quoque Herodis qui iurauerat se Baptistam interfecturum, & ne peieraret cædem commisit. Oportebat enim, inquit, ipsum resipiscere, seu reuocare, & contemnere iniustum iusiurandum, sed non per actionem impietatem confirmare. Lege xviij. cap. xiij. titu. Nomoc. Photij, & quæ in eo sunt, x. can. sancti Basilij lxiiij.

ἀπόβλητον μετ' εὐχαριστίας λαμβανόμενον, ὥστε ἡ εὐχὴ καταγέλαστος, οὐχ ἡ ἀποχὴ ἀναγκαία.

Κανὼν κθ'.

Ἄρχοντας μέντοι ὀμνύειν ἐπὶ τῷ κακοποιεῖν τοὺς ἀρχομένους καὶ πάνυ θεραπεύεσθαι προσήκει. θεραπεία δὲ τούτων διττή· μία μὲν, μὴ ὀμνύειν αὐτοὺς διδάσκεσθαι προχείρως, ἑτέρα δὲ μὴ ἐπιμένειν ἐν ταῖς πονηραῖς κρίσεσιν, ὥστε ὅρκῳ προληφθείς τις εἰς κακοποιίαν ἑτέρου, τὴν μὲν ἐπὶ τῇ προπετείᾳ τοῦ ὅρκου μετάνοιαν ἐπιδεικνύσθω, μὴ μέντοι προσχήματι εὐλαβείας τὴν πορνείαν ἑαυτοῦ βεβαιούτω· οὐδὲ γὰρ Ἡρώδῃ συνήνεγκεν εὐορκήσαντι, ὃς, ἵνα μὴ ἐπιορκήσῃ δῆθεν, φονεὺς ἐγένετο τοῦ προφήτου. ἅπαξ μὲν ὁ ὅρκος ἀπηγόρευται. πολλῷ δὲ που εἰκὸς τὸν ἐπὶ κακῷ γινόμενον κατακρίνεσθαι. ὥστε μεταφρονεῖν χρὴ τὸν ὀμνύοντα, οὐχὶ σπουδάζειν βεβαιοῦν αὐτοῦ τὸ ἀνόσιον· ἐξέτασον γὰρ πλατύτερον τὴν ἀτοπίαν. εἴ τις ὀμόσειεν ἐξορύξειν τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ ἀδελφοῦ, εἰ καλὸν τὸ τοιοῦτον εἰς ἔργον ἀγαγεῖν; εἴ τις φονεύσειν, εἴ τις ὅλως δι' ὅρκου ἐντολήν τινα παραβήσεσθαι; ὤμοσα γὰρ καὶ ἔστησα οὐχὶ τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλὰ τοῦ φυλάξαι τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης. ὥσπερ δὲ τὴν ἐντολὴν ἀμεταθέτοις κρίμασι προσήκει βεβαιοῦσθαι, οὕτω τὴν ἁμαρτίαν παντοίως καθήκει ἀκυροῦσθαι καὶ ἀφανίζεσθαι.

Ἑρμηνεία.

Οἱ παρόντες δύο κανόνες παρακελεύονται ἀθετεῖσθαι τοὺς γινομένους ὅρκους παρά τινων χάριν τοῦ γενέσθαι κακόν τι, ἢ καὶ γέλωτος ἄξιον· φασὶ γὰρ τὸν εὐξάμενον, ἤτοι ὀμόσαντα μὴ φαγεῖν κρέας χοίρειον, ἢ κακοποιῆσαι τοὺς ἐπ' αὐτόν, διδάσκεσθαι τῶν ἀλογίστων τοιούτων καὶ ἀπαιδεύτων ὅρκων ἀπέχεσθαι· καὶ ὅτι καθάπαξ τὸ ὀμνύειν ἀπηγορευμένον ἐστίν, ἐχωρεῖσθαι δὲ τὸ χοίρειον κρέας ἐσθίειν, καὶ παραβαίνειν τὸν ὅρκον, καὶ μὴ ποιεῖν τὸ κακὸν προφάσει τοῦ μὴ ἐπιορκῆσαι. ἐχρήσατο δὲ καὶ παραδείγματι τῷ Ἡρώδῃ τῷ ὀμόσαντι φονεῦσαι τὸν Βαπτιστὴν, καὶ διὰ τὸ μὴ ἐπιορκῆσαι, ποιήσαντι φόνον. ἔδει γὰρ φησὶν, αὐτὸν μεταφρονῆσαι, ἤγουν μεταγνῶναι, καὶ καταφρονῆσαι τοῦ ἀδίκου ὅρκου, ἀλλ' οὐχὶ διὰ τῆς πράξεως βεβαιῶσαι τὸ ἀνόσιον. ἀνάγνωθι τὸ ιη'. κεφ. τοῦ ιγ'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ. τοῦ δὲ ι'. κανόνος τοῦ ἁγίου Βασιλείου, τὸ ξδ'.

καὶ τοῦ πδʹ. κολαζόντων τοὺς ἐπιόρκους, ἑτέρων δὲ κανόνων περιεχομένων τῷ διαληφθέντι ιηʹ. κεφ. διοριζομένων τοὺς ἐπιορκήσαντας μὴ τιμωρεῖσθαι, καθὼς τοῦτο καὶ οἱ προκείμενοι κανόνες παρακελεύονται· εἴπῃ τις ἐναντιοῦσθαι ἀλλήλοις τοὺς κανόνας, ἐμοὶ δὲ οὐ δοκεῖ, ἀλλ' ὅταν μὲν ἀθετήσῃ τις ἔννομον ὅρκον χωρὶς ἀνάγκης τινός, ἢ ψευδῶς ὀμόσῃ τιμωρηθήσεται πλέον. ὅταν δὲ κατὰ βίαν ποιήσῃ τοῦτο, κουφότερον κολασθήσεται, κατὰ τὸν ϙβʹ. κανόνα τοῦ προόντος ἁγίου πατρός. Εἰ δὲ οὐκ ἔστιν ἔννομος ὁ ὅρκος, ἀλλὰ διὰ τὸ γενέσθαι τι ἄτοπον προέβη ἢ μὴ γενέσθαι ἀγαθόν τι, ἢ ὤμοσέ τις πρᾶγμα μὴ ὂν ἄξιον εἰς ὅρκον καταλέγεσθαι, τότε ἡ ἀθέτησις τούτου ἀκόλαστός ἐστι, πλὴν ἀκούων τοῦ ἁγίου λέγοντος, ὀφείλειν καὶ τοὺς τοιούτους ἀναδιδάσκεσθαι μὴ εἶναι προχείρους εἰς τὸ ὀμνύειν, καὶ ὅτι καθάπαξ τὸ ὀμνύειν ἀπηγόρευται, λέγω ὅτι καὶ οἱ τοὺς τοιούτους ὅρκους ποιοῦντες, κἂν ἀκινδύνως ἐπιορκῶσιν, ἀλλὰ παντελῶς οὐκ ἔσονται ἀτιμώρητοι. μετρίως δὲ κατὰ τὸ δοκοῦν τῷ ἐπισκόπῳ ἐπιτιμηθήσονται. ἐπεὶ δὲ ἐκ τοῦ διορίζεσθαι τοὺς κανόνας κολάζεσθαι τοὺς ἐπιόρκους, ἀναφαίνεται μὴ τιμωρεῖσθαι τοὺς μὴ παραβαίνοντας αὐτούς, κἀντεῦθεν συναναδείκνυται καὶ τὸ ἐπιτρέπεσθαι τὴν τῶν ἐννόμων ὅρκων τελεσιουργίαν, μὴ εἴπῃς ταῦτα διωρίσθαι ὑπεναντίως τῇ εὐαγγελικῇ ἐντολῇ, τῇ λεγούσῃ· μὴ ὀμνύειν ἡμᾶς μήτε ἐν οὐρανῷ, μήτε ἐν τῇ γῇ, ὅτι ὁ οὐρανὸς θρόνος ἐστὶ τοῦ θεοῦ καὶ ἡ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ. εἶναι δὲ ἡμῖν τὸ ναί, ναί, καὶ τὸ οὔ, οὔ. τοῦτο μὲν γάρ ἐστι τῶν ἄγαν τελείων, ἐκεῖνο δὲ δεύτερον καὶ οὐκ ἀπόβλητον, ὡς ἔννομον. οἷόν ἐστι καὶ τό, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ ἀκολούθει μοι. Εἰ γὰρ πάντες ἀναγκάζονται τοῦτο ποιῆσαι, ποῖος ἀγοράσει αὐτά; ἄλλως τε εἰ ἅπας ὅρκος ἐκωλύετο, οὐδὲ ὁ προφήτης εἶπεν ἄν· ὤμοσα καὶ ἔστησα τοῦ φυλάξασθαι τὰς ἐντολάς σου. οὐδὲ οἱ τοὺς νόμους συντεθειμένοι ὀρθόδοξοι βασιλεῖς, ἵνα ἐξέθεντο νόμους ἐπιτρέποντας ὅρκων τελεσιουργίας. ὥστε οὐχὶ πᾶς ὅρκος ἔννομός τε καὶ παράνομος κεκωλυμένος ἐστίν, ἀλλ' ὁ παράνομος καὶ ἀπαίδευτος. τινὸς δὲ εὐγενοῦς ἐν ἡμέρᾳ τρίτῃ μιᾶς ἑβδομάδος εἰπόντος πρὸς τὸν κράταιον,

& lxxxij. qui periuros puniunt. Cum alij autem canones, qui in dicto xviij. capite continentur, decernunt eos non esse puniendos qui peierarunt, quemadmodum canones ante positi iubent, dixerit quis canones esse inter se contrarios. Sed mihi non videtur, sed quando legitimum iusiurandum quispiam sine vlla necessitate infirmauerit, vel falsò iurauerit, magis punietur. Quando autem hoc vi fecerit, leuius punietur, secundum xcij. canonem præsentis sancti patris. Sin autem nôn est sacramentum legitimum, sed vt absurdũ quid fieret, vel ne boni quid fieret, processit, vel etiam iurauit se facturum aliquid, quod nõ debet in iusiurandum deduci, tunc impunè potest irritum haberi. Audiens tamẽ sanctum dicentem debere eos quoque doceri ne sint ad iusiurandum faciles, & quòd semel iurare est prohibitum, dico quòd & si ij qui huiusmodi iuramenta iurauere, sine periculo peierant, non erunt tamen omnino impuniti, sed modicè pro Episcopi arbitratu punientur. Quia autem ex eo, quòd decernant canones puniendos periuros, apparet eos non puniri, qui eos non transgrediuntur, & ex eo etiam ostenditur legitima iuramenta permitti, ne dixeris hæc esse aliquantulum definita aduersus euangelicum præceptum: quod dicit, non esse omnino iurandum, neque in cælo, neque in terra, quia cælum Dei thronus est: terra autem est pedum eius scabellum, esse autem nobis næ, næ, & non, non. Hoc enim est eorum qui sunt valde perfecti. Illud autem secundum, & non reijciẽdum, vt illegitimum: cuiusmodi est & illud, Vẽde omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me. Si enim omnes hoc cogũtur facere, quis ea emet? alioqui si omne iusiurandũ prohiberetur, ne propheta quidẽ dixisset, Iuraui, & statui seruare mãdata tua: nec qui leges cõposuerunt orthodoxi imperatores leges edidissẽt quæ permitterẽt iusiurandũ: quare nõ omnino iusiurandũ est prohibitũ, tã quod est legitimũ quàm quod est contra leges, sed solum quod est contrà leges, & quod est ineptum.

Cum autem quidam nobilis tertio die vnius hebdomadæ dixisset potenti

& sancto nostro imperatori, se non debere carnem comedere, quamuis festum esset natiuitatis Christi & Dei nostri, quod iurasset tertias ferias omnium anni hebdomadum à carnibus abstinere in honorem venerabilis præcursoris, statuit, à Deo coronatus noster imperator synodaliter interrogari, an sit canonicum hoc iusiurandum seruari, & dominicum festum quod est Paschale, incelebratum dimittere: & facta interrogatione dixit sanctissimus ille patriarcha dominus Lucas cum synodo quæ aderat, cum dixisset bonum esse omni tempore ieiunare, subiunxit non oportere hoc iusiurandum domino & Deo nostro præferre. si enim Apostolici canones puniunt eum qui in quouis sabbato, vel die dominico genu flectit vel ieiunat, multo magis punietur qui in Paschali Christi festo ieiunat, ne iusiurandum à se voluntariè susceptum contemnatur. Et nobili carnibus vesci permisit. Idem autem patriarcha Tzitam quoque Eunuchum ad sanctorum locorum adorationem ire professum, qui non profectus erat, vt qui pœnitentia ductus esset, synodaliter à periurio absoluit mediocri pœna imposita ei medicinā exhibēs. Ex verbis autem canonis, quę ita habent, Nulla enim Dei creatura est reijcienda, quæ cum gratiarū actione accipitur, ne dixeris nobis esse permissum omnibus bestiis vesci, sed dic canonem de illis intelligere, quæ ab orthodoxis comeduntur ex consuetudine & ecclesiastica traditione.

Canon XXX.

De his qui rapiunt, canonem quidem antiquum non habemus, sed propriam sententiam proferimus, vt ipsi, & qui cum eis rapiunt, tribus annis sint extra orationes. Quod autem violenter non fit, nulli est pœnæ obnoxium, quando nec stuprum nec furtum rem præcesserit: est autem vidua sui iuris, & in eius est potestate sequi. Quare non est nobis figurarum ac prætextuum vlla cura gerenda.

Schol. Bals. In lxxij. can. Apostolicum, in xxvij. Calched. in xcij. synodi in Trullo, & in xxij. præsentis sancti, multa scripsimus de iis, qui rapiunt mulieres,

καὶ ἅγιον ἡμῶν βασιλέα, μὴ ὀφείλειν κρεωφαγῆσαι, τελουμένης καὶ ταῦτα τῆς ἑορτῆς τῆς γενήσεως τοῦ Χριστοῦ καὶ θεοῦ ἡμῶν διὰ τὸ ἐπομόσασθαι νηστεύειν τὰς τρίτας ἡμέρας τῶν ὅλων ἑβδομάδων τοῦ χρόνου, εἰς τιμὴν τοῦ τιμίου προδρόμου, ὥρισεν ὁ θεοστεφὴς ἡμῶν αὐτοκράτωρ συνοδικῶς ἐρωτηθῆναι εἰ κανονικόν ἐστι τὸν ὅρκον τοῦτον φυλαχθῆναι, καὶ τὴν δεσποτικὴν ἑορτὴν πασχάλιον οὖσαν ἀπανηγύριστον ἐαθῆναι. καὶ γινομένης τῆς ἐρωτήσεως ὁ ἁγιώτατος ἐκεῖνος πατριάρχης κύριος Λουκᾶς μετὰ τῆς παρατυχούσης συνόδου εἰπὼν, ἀγαθὸν εἶναι καὶ τὸ νηστεύειν ἐν παντὶ καιρῷ, ἐπήγαγεν, ὡς οὐ χρὴ τὸν τοιοῦτον προτιμηθῆναι τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ ἡμῶν. εἰ γὰρ οἱ ἀποστολικοὶ κανόνες κολάζουσι τὸν ἐν τῷ τυχόντι σαββάτῳ ἢ τῇ κυριακῇ γονυκλιτοῦντα, ἢ νηστεύοντα, πολλῷ πλέον κολασθήσεται ὁ νηστεύων κατὰ τὴν πασχάλιον τοῦ Χριστοῦ ἑορτὴν διὰ τὸ μὴ παροραθῆναι τὸν αὐθαίρετον ὅρκον αὐτοῦ, καὶ ἐξεχώρησε τῷ εὐγενεῖ κυρίῳ φαγῆσαι. ὁ αὐτὸς δὲ πατριάρχης καὶ τὸν Τζήτην τὸν εὐνοῦχον ὀμόσαντα, εἰς προσκύνησιν ἀπελθεῖν τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις ἁγίων τόπων, καὶ μὴ ἀπελθόντα, ὡς μεταμεληθέντα, συνοδικῶς ἐκ τῆς ἐπιορκίας ἀπέλυσε, διὰ μετρίου ἐπιτιμίου θεραπεύσας αὐτόν. ἀπὸ μέντοι τῶν ῥημάτων τοῦ κανόνος οὕτως ἐχόντων, οὐδὲν γὰρ κτίσμα θεοῦ ἀπόβλητον, μετ᾽ εὐχαριστίας λαμβανόμενον, μὴ εἴπῃς ὡς ἐνεδόθη πάντα τὰ κτήνη ἐσθίειν ἡμᾶς. ἀλλὰ λέγε περὶ ἐκείνων διαλέγεσθαι τὸν κανόνα τῶν ἐσθιομένων παρὰ τῶν ὀρθοδόξων ἀπὸ συνηθείας καὶ παραδόσεως ἐκκλησιαστικῆς.

Κανὼν λ'.

Περὶ τῶν ἁρπαζόντων κανόνα μὲν παλαιὸν οὐκ ἔχομεν, ἰδίαν δὲ γνώμην ἐποιησάμεθα, τρία ἔτη καὶ αὐτοὺς καὶ τοὺς συναρπάζοντας αὐτοὺς ἔξω τῶν εὐχῶν γίνεσθαι. τὸ δὲ μὴ βιαίως γινόμενον ἀνεύθυνόν ἐστιν, ὅταν μὴ φθορὰ ᾖ, μηδὲ κλοπὴ ἡγουμένου τοῦ πράγματος, αὐτεξουσία δὲ ἡ χήρα, καὶ ἐπ᾽ αὐτῇ τὸ ἀκολουθῆσαι, ὥστε τῶν σχημάτων ἡμῖν οὐ φροντιστέον.

Ἑρμηνεία.

Εἰς τὸν ξζ'. ἀποστολικὸν κανόνα, εἰς τὸν κζ'. τῆς ἐν Χαλκηδόνι εἰς τὸν ϟβ'. τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ, καὶ εἰς τὸν κβ'. τοῦ παρόντος ἁγίου, διάφορα ἐγράψαμεν περὶ τῶν ἁρπαζόντων γυναῖκας,

καὶ περὶ τῶν συναιρομένων αὐτοῖς, καὶ ἀνάγνωθι ταῦτα, καὶ τὸ λ΄. κεφ. τοῦ θ΄. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. ὁ δὲ παρὼν κανὼν διορίζεται ἐπὶ τριετίαν τοὺς ἅρπαγας καὶ τοὺς συναιρομένους αὐτοῖς γίνεσθαι ἔξω τῶν εὐχῶν, ἤγουν ἵστασθαι μετὰ τῶν ἀκροωμένων. Εἰ δὲ ἑκοῦσα γυνή φησὶ ἐπιδῶ, ἐπιδοῦσα ἑαυτὴν μὴ προηγησαμένης φθορᾶς, μηδὲ κλοπῆς, ἤγουν λαθραίας μίξεως, ἀνεύθυνός ἐστιν ὁ ταύτην λαβών. ὡσαύτως ἀνεύθυνός ἐστι καὶ ὁ χήραν αὐτεξουσίαν τοιουτοτρόπως ἀναλαβόμενος. τὸ δὲ τῶν σχημάτων ἡμῖν οὐ φροντιστέον, τοιοῦτόν ἐστιν. ἐὰν γυνὴ φησίν, ἴσως αἰδουμένη ἐπιδοῦναι ἑαυτὴν τῷ ἐραστῇ, ἢ τῷ ἐρωμένῳ χαμερπεῖ ὄντι ἐσχηματίσατο ἁρπαγῆναι, πρὸς ἀληθείας ἑκουσίως αὐτῷ ἠκολούθησεν, οὐ φροντίζομεν τοῦ σχηματισμοῦ, ἤγουν τῆς ὑποκρίσεως, ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ προσέχομεν. καὶ ἀνάγνωθι τὸν νγ΄. κανόνα, συντρέχοντα τῇ τοιαύτῃ ἑρμηνείᾳ. τὸ μέντοι ἀνεύθυνον εἶναι τὸν ἁρπάσαντα γυναῖκα κατὰ θέλησιν αὐτῆς εἰς τὸ μὴ ἐπιτιμηθῆναι τοῦτον ἐκλαβοῦ. ὁ γὰρ ἁρπαγὴν αὐτεξουσίας ἢ ὑπεξουσίας γυναικὸς ποιησάμενος, εἴτε κατὰ θέλησιν αὐτῆς, ἢ καὶ κατὰ μόνην οἰκείαν βούλησιν τῷ περὶ ἁρπαγῆς νόμῳ ἐνέχεται εἰς ἐκδίκησιν τῆς εὐταξίας τῶν πολλῶν καὶ ἀναστολὴν τῶν λοιπῶν. καθὼς τοῦτο, φησίν, τὸ α΄. κεφ. τοῦ νη΄. τίτλου τοῦ ξ΄. βιβλίου περὶ τὸ τέλος οὕτω λέγον. αἱ δὲ τιμωρίαι τῆς διατάξεως πᾶσαι ἔστωσαν κατ᾽ αὐτῶν τῶν ἁρπασάντων καὶ βοηθησάντων αὐτοῖς ἐν τῇ ἁρπαγῇ. οἱ μέντοι συνειδότες καὶ ὑπηρετήσαντες, καὶ ὑποδεξάμενοι ἢ οἵαν δή τινα σπουδὴν αὐτοῖς συνενεγκόντες, τῇ εἰρημένῃ τιμωρίᾳ ὑποκείσθωσαν, εἴτε βουλομένων τῶν γυναικῶν, εἴτε καὶ μὴ βουλομένων, ἡ ἁρπαγὴ γέγονε. τοῦτο δὲ ἐκρίθη οὕτω καὶ εἰς τὸ βασιλικὸν βῆμα ἐπὶ τῇ ὑποθέσει τοῦ Σὴθ, ἁρπάσαντος τὴν θυγατέρα τοῦ νεοφωτίστου. Εἰ δὲ θέλεις εἰπεῖν μὴ γενέσθαι εἰς τὴν γυναῖκα τῇ ἀληθείᾳ ἁρπαγὴν, ἀλλὰ κατὰ προσποίησιν καθὼς ἄνωθεν εἴπομεν, οὔτε τὰ ἐπιτίμια ἕξουσι χώραν, οὔτε οἱ νόμοι οἱ κολάζοντες τοὺς ἅρπαγας. μόνῃ δὲ τῇ περὶ ὕβρεως ἀγωγῇ ἔνοχοι ἔσονται τοῖς πατράσιν οἱ λαβόντες τὰς ὑπεξουσίας, τοσοῦτον ὅτι καὶ ὁ γενόμενος γάμος μέσον τούτων παρὰ γνώμην τῶν ἐχόντων αὐτὰς ὑπεξουσίας διασπασθήσεται.

A & de iis qui illis conſentiunt. Et lege ea, & xxx. cap. ix. titu. præſens autem canon decernit raptores & qui illis conſentiunt, eiſque opem ferũt, eſſe triennio extra orationes, ſtare ſcilicet cum iis qui audiunt oportere. Sin autem, inquit, mulier ſe ipſam ſua ſponte tradiderit, cum nec ſtuprum, nec furtum, hoc eſt clandeſtinus concubitus præceſſiſſet, nulli eſt crimini obnoxius, qui eam accepit. Similiter nulli quoque pœnæ eſt ſubiectus qui viduam hoc modo recepit. Illud autem, non eſt nobis figurarum, & prætextuum vlla cura B gerenda, eſt huiuſmodi, ſimiliter inquit, fortaſſe erubeſcens, ſe amatori vel amato, qui ſupplex erat tradere, finxit ſe verè aptam eſſe, eum tamen ſua ſponte ſecuta eſt, figuræ inquit, ſeu ſimulationis nullam curam gerimus, ſed veritatem attendimus. Et lege liij. can. cum hac interpretatione. Quòd autem is qui mulierẽ ſua ſponte rapuit, non ſit crimini obnoxius, accipe quantũ ad hoc, ne ei pœna canonica infligatur. Qui enim mulierem, quæ eſt in poteſtate vel C quæ eſt ſui iuris, ſeu volũtate ipſius, ſeu ſola ſua voluntate rapuit, raptus lege tenetur, ad multorum inſolentiam vindicandam, & reliquorum comprimẽdam, ſicut hoc dicit j. cap. xxxviij. titul. lib. lx. quod circa finem ſic dicit, Omnia autẽ ſeditionis ſupplicia ſint aduerſus eos qui rapuerunt, & eis in raptu opem tulerunt. Qui conſilij quidem fuerunt, & opera ſua iuuerũt, & ſuſceperunt, dictæ pœnæ ſubijciantur ſeu volentibus, ſeu nolentibus mulieribus raptus factus ſit. Hoc autem in imperato- D rio quoque tribunali ſic iudicatum eſt in cauſa Seth, qui rapuerat filiam eius qui recenter fuerat illuminatus. Sin autem velis dicere, in mulierem non reuera factum eſſe raptum, ſed per ſimulationem vt ſuperius dictum eſt, nec pœnæ canonicæ locum habebunt, nec leges quæ raptores puniunt: ſed ſolum actione iniuriarum patribus tenebuntur, qui eas ceperunt quæ erant in poteſtate, adeò vt & matrimonium, quod inter eas interceſſit præter eorum voluntatem, qui eas habent in poteſtate ſit ſeparandum,

lege xxxviij. can. huius sancti, xlj. & xlij. Sanctus autem rectè meminit stupri & furti. Stuprum enim fit propriè in virginem. Furtum autem, seu furtiuus concubitus in liberam quæ non est huiusmodi. Amborum autem meminit, quòd etiam absque eo quod fiat raptus, & stuprator, & fornicator puniuntur.

Canon XXXI.

Quæ cum vir secessit, & non apparet, antequam de eius morte certior facta sit, cum alio cohabitauit, mœchatur.

Schol. Bals. Præsens canon expressè situs est in xciij. can. syn. in Trullo, & quoniam illic est expositus, lege quæ sunt in illo.

Canon XXXII.

Qui peccatum ad mortem peccant clerici, de gradu quidem deijciuntur, à laicorum autem communione non arcentur. Non enim vindicabis bis in idipsum.

Shcol. Bals. Clericos, qui peccatum ad mortem peccant, sanctus quidem deponi iubet, eos autem fidelium communione non priuat, seu non segregat. Non enim vindicabis, inquit, bis in idipsum. Peccatum autem ad mortem dicunt nonnulli esse, actionem eam à volũtate & sensu distinguẽtes. Hęc enim dicunt non esse peccatum. Mihi autem videtur peccatum esse ad mortem, omne peccatum, quod capitale inducit supplicium, mortem scilicet peccatori: & sanctum decernere, quòd si quis clericus ob quoduis peccatum cõdemnatus fuerit etiam si non leue aliquod, sed ad mortem vsque vltimum, quod capitale, vt quod mortem vel id quod morti est æquale inferat, appellatur, supplicium subierit, solum deponetur, nec amplius ab ecclesia punietur. Dicebant enim nonnulli quod propter fornicationem quidem, & furtum, & quædam leuia huiusmodi peccata solum deponetur clericus: propter cædem autẽ & maius aliquod peccatum, non solũ depositioni subijcietur, sed etiam segregabitur, quod non admisit sanctus:

καὶ ἀνάγνωθι τὸν λη΄. κανόνα τοῦ ἁγίου τούτου, τὸν μα΄. καὶ τὸν μβ΄. καλῶς δὲ ἐμνήσθη ὁ ἅγιος φθορᾶς καὶ κλοπῆς. ἡ μὲν φθορὰ κυρίως γίνεται εἰς τὴν παρθένον, ἡ δὲ κλεψιγαμία εἰς μὴ τοιαύτην ἐλευθέραν. ἐμνήσθη δὲ τῶν δύο, ὅτι καὶ δίχα τοῦ γενέσθαι ἁρπαγὴν, καὶ ὁ φθορεὺς καὶ ὁ πόρνος ἐπιτιμῶνται.

Κανὼν λα΄.

Ἡ ἀναχωρήσαντος τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ἀφανοῦς ὄντος, πρὸ τοῦ πιστωθῆναι περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ ἑτέρῳ συνοικήσασα μοιχᾶται.

Ἑρμηνεία.

Κατεστρώθη εἰς τὸν ϞΓ΄. κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου ῥητῶς ὁ παρὼν κανὼν, καὶ ἐπεὶ ἐκεῖσε ἡρμηνεύθη, ἀνάγνωθι τὰ ἐν ἐκείνῳ.

Κανὼν λβ΄.

Οἱ τὴν πρὸς θάνατον ἁμαρτίαν ἁμαρτάνοντες κληρικοὶ, τοῦ βαθμοῦ μὲν κατάγονται, τῆς κοινωνίας δὲ τῶν λαϊκῶν οὐκ ἐξείργονται. οὐ γὰρ ἐκδικήσεις δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό.

Ἑρμηνεία.

Τοὺς κληρικοὺς ἁμαρτίαν ἁμαρτάνοντας τὴν πρὸς θάνατον καθαιρεῖσθαι μὲν ὁ ἅγιος διορίζεται, τῆς δὲ μετὰ τῶν πιστῶν κοινωνίας οὐκ ἀποστερεῖ, ἤτοι οὐκ ἀφορίζει. οὐ γὰρ ἐκδικήσεις, φησὶ, δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό. πρὸς θάνατον δὲ ἁμαρτίαν φασί τινες εἶναι τὴν πρᾶξιν, διαστέλλοντες ταύτην ἀπὸ τῆς βουλήσεως καὶ τῆς συγκαταθέσεως, ταῦτα γὰρ λέγουσι μηδὲ εἶναι ἁμαρτίαν. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ἁμαρτίαν πρὸς θάνατον εἶναι ἅπαν ἁμάρτημα ἐπάγον κεφαλικὴν τιμωρίαν ἤτοι θάνατον τῷ ἁμαρτάνοντι, καὶ διορίζεσθαι τὸν ἅγιον, ὡς εἴ τις κληρικὸς ἐφ᾽ οἱῳδή τινι ἁμαρτήματι καταδικασθῇ, κἂν οὐκ ἐλαφρὰν τιμωρίαν διὰ τοῦτο ὑφίσταται, ἀλλὰ μέχρι θανάτου ἐσχάτην τὴν καὶ λεγομένην κεφαλικὴν, ὡς ἐπάγουσαν θάνατον, ἢ ἕτερόν τι θανάτου ἴσον, καθαιρεθήσεται μόνον, εἰς πλέον δέ τι οὐ κολασθήσεται παρὰ τῆς ἐκκλησίας. ἔλεγον γάρ τινες, ὡς ἔοικεν, ὅτι ἀπὸ μὲν πορνείας ἢ κλοπῆς καὶ τινῶν τοιούτων ἐλαφρῶν ἁμαρτημάτων, καθαιρεθήσεται μόνον ὁ κληρικός· ἀπὸ δὲ φόνου καὶ τινος μείζονος ἁμαρτήματος οὐ μόνον καθαιρέσει ὑποπεσεῖται, ἀλλὰ καὶ ἀφορισθήσεται, ὅπερ οὐ παρεδέξατο ὁ ἅγιος,

καὶ διὰ τοῦτο διωρίσατο μὴ ἀφορίζεσθαι τὸν καθαιρεθέντα, κἂν διὰ τὴν ἐσχάτην ἁμαρτίαν ἤγουν τὴν πρὸς θάνατον κατεδικάσθη· ἀρκοῦσα γὰρ τιμωρία ἐστὶν ἡ καθαίρεσις. ὅτι δὲ καὶ ἀπὸ μόνης βουλῆς καὶ συγκαταθέσεως κολάζονταί τινες ἐσχάτως, δῆλόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ λϛʹ. τίτλου τοῦ ξʹ. βιβλίου διδάσκοντος περὶ ἐπιβούλων καὶ διοριζομένου τῷ περὶ καθοσιώσεως νόμῳ ἐνόχους εἶναι τοὺς κατὰ βασιλέως ἢ πόλεως ἢ ἄρχοντος ἐπιβουλευσαμένους, κἂν μὴ πράξωσιν ἔργον. εὑρίσκων δὲ τὸν κηʹ. ἀποστολικὸν κανόνα, τὸν κθʹ. τὸν λʹ. καὶ τὸν ξεʹ. κατὰ ταὐτὸν καθαιροῦντας καὶ ἀφορίζοντας τινὰς, ποτὲ δὲ καὶ τῆς κοινωνίας ἢ καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐκκόπτοντας, μὴ εἴπῃς ἐναντιοῦσθαι τούτοις τὸν παρόντα κανόνα, ἀλλ' ἐκείνοις μὲν λέγε κρατεῖν ἔνθα δὴ καὶ ἐξεφωνήθησαν, εἰς δὲ τὰ λοιπὰ, κρατεῖν τὸν παρόντα κανόνα. ὑπέξελέ μοι τοὺς διὰ δογματικὰς ὑποθέσεις κατακρινομένους. ἐπ' ἐκείνοις γὰρ τὸ συνοδικῶς διορισθησόμενον ὀφείλει γίνεσθαι· ὅτι μηδὲ εἰς ἁμάρτημα καὶ ἐγκλήματα τῶν αἱρέσεων ἀνάγονται ἀτοπήματα, ἀλλά εἰσι μείζονος ἐκδικήσεως ἄξια.

Κανὼν λγʹ.

Ἡ γυνὴ ἡ διὰ τῆς ὁδοῦ κυήσασα, καὶ ἀμελήσασα τοῦ κυήματος, τῷ τοῦ φόνου ἐγκλήματι ὑποκείσθω.

Ἑρμηνεία.

Γυνή τις ἔγκυος ὁδεύουσα ἔτεκεν ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ δυναμένη ζωογονῆσαι τὸ κυηθὲν, κατεφρόνησεν αὐτοῦ. φησὶν ὁ ἅγιος τῷ τοῦ φονέως ἐγκλήματι ταύτην ὑποκεῖσθαι πάντως, κἂν μὴ τελευτήσῃ τὸ βρέφος, ἀλλὰ παρ' ἑτέρου ζωογονηθῇ. τὸ γὰρ ὑποκεῖσθαι αὐτὴν τῷ ἐγκλήματι, τοῦ βρέφους τελευτήσαντος, ἀζήτητόν ἐστι καὶ ἀναμφίβολον. ἐὰν οὐκ εἶχε πρὸς ἰσχύος ζωογονῆσαι τὸ βρέφος, διὰ τὸ ἕλκεσθαι τυχὸν ὑπὸ πολεμίων, ὡς αἰχμάλωτος, οὐδόλως κολασθήσεται. καὶ ἀνάγνωθι τὸν νβʹ. κανόνα τοῦ ἁγίου τούτου, ἑρμηνεύοντα καὶ τὸν παρόντα κανόνα. περὶ μέντοι τοῦ κολάζεσθαι εἴτε καὶ μὴ τὰς ἐκτιθεμένας τὰ οἰκεῖα βρέφη εἰς τὰς εἰσόδους τῶν θείων ναῶν, λόγος ἐγένετο διαφόρως ἐπὶ συνελεύσει συνοδικῇ. καὶ ἤρεσεν ὡς φονευτρίας ταύτας κολάζεσθαι, κἂν παρά τινων τὰ βρέφη ζωογονηθῶσιν.

& propterea statuit eum qui est depositus nō segregari oportere, etiam si propter extremum peccatum, quod est ad mortem, condemnatus est: est enim sufficiens supplicium depositio. Quod autem propter solum consilium & consensum, quidam etiam vltimo supplicio afficiūtur, patet ex xxxvj. tit. lx. lib. docente de insidiatoribus, & decernente legi περὶ καθοσιώσεως, eos esse obnoxios qui aduersus imperatorem, vel ciuitatem, vel magistratum aliquod cōsilium inierunt, & si opus non fecerint. Cum autem inueneris xxviij. can. Apostolicum, xxix. xxx. & lxiiij. quosdam simul deponentes, & segregantes, aliquando autem etiam à communione vel ecclesia abscindentes, ne dixeris eos præsenti can. aduersari. Sunt enim specialia, & ad exemplum non trahuntur. Excipe mihi eos qui propter causas dogmaticas condemnantur. In illis enim id quod est synodaliter decernendum, debet fieri, quoniam nec ad peccatum, nec ad crimen reducuntur hæresum scelera, sed sunt maiore animaduersione digna.

CANON XXXIII.

Mulier quæ in via peperit, & sui fœtus curam non gessit, cædis crimine teneatur.

SCHOL. BALS. Mulier quædam grauida iter ingressa, in via peperit, & cum posset quod partum erat viuum tueri, ipsum neglexit. Dicit ergo sanctus eam homicidij crimine omnino teneri, etiamsi non mortuus sit infans, sed ab alio educatus sit. Quòd enim in crimen incidat, infante mortuo est extra controuersiam, & nulli penitus dubium. Sin autem non fuerit in eius potestate infantem viuum tueri, quòd ab hostibus fortè vt captiua traheretur, minimè punietur. Et lege lij. can. huius sancti, qui præsentem etiam canonem interpretatur. An autem essent puniendæ, quæ proprios filios in diuinorū templorū aditibus exponunt, an nō, in synodali congressione variè disceptatum est, & placuit eas vt homicidas puniri, etsi infantes ab aliquibus educentur.

Lege & cap.iiij.vj.tit.xxx.lib.quod sic dicit, Occidit fœtum, non solum qui suffocat, sed etiam qui abijcit, & non nutrit, & in publicis locis exponit ad misericordiam, quam ipse non habuit. Lege & totum ij. tit. xxxij. lib. qui decernit eos qui exponuntur, etiamsi serui sint, eo ipso liberos effici. Debet tamen puniri mulier propter magnam negligentiam, quæ dolo æquiparatur: quæ quidem à iuris peritis lata culpa nominatur. Fortè enim cum esset alioqui in rebus huiusmodi diligens & sollicita, in educando infante fuit negligens. Nam si in huiusmodi rebus esset negligens, vel vt quæ esset nobili loco nata, nec sciret quomodo infantum esset habenda cura, vel alioqui natura ad hæc non apta, & contigit infantem ea ratione non educari, sed perire, non punietur, vt puto.

Canon XXXIIII.

Adulterio pollutas mulieres, & confitentes ob pietatem, vel quomodocunque conuictas publicare quidem patres nostri prohibuerunt, ne conuictis mortis causam præbeamus, eas autem stare sine communione iusserunt donec impleretur tempus pœnitentiæ.

Schol. Bals. Adulteri secundum lviij.can. stant in quatuor annis cum deflētibus, quinque cum audientibus, quatuor cum supplicibus, & duobus cum ijs qui consistūt absque cōmunione. Dicit ergo sanctus, si quæ adulterata mulier peccatum confessa fuerit, vel quomodocunque conuicta sit, nō oportet eam publicare, id est eā in dictarum pœnarum locis statuere. Qui enim eam viderit extra diuinos ecclesiæ ambitus stātem, vel etiā cum catechumenis exeūtem, primo aspectu omnino intelliget, propter adulterij crimen eam illi esse pœnam iniunctā, & fiet punitio causa mortis, post futurū fortè viri reditum, qui id animaduerterit: Permittitur ergo consistere, & cū fidelibus cōprecari, à sacramentorū autem communione abstinere, donec pœnitentiæ tempus completum fuerit. Hac autem humanitate in mulieres vti oportere sāctus diffiniuit, propter eā quā diximus rationē.

ἀνάγνωθι καὶ κεφ. δ΄. τοῦ ϛ΄. τίτλου, τοῦ λα΄. βιβλίου οὕτω λέγον. φονεύει δὲ τὸ τικτόμενον οὐ μόνος ὁ πνίγων, ἀλλὰ καὶ ὁ ῥίπτων, καὶ ὁ μὴ τρέφων, καὶ ὁ ἐν δημοσίοις τόποις ἐκτιθέμενος ἐπὶ ἐλεημοσύνῃ, ἣν αὐτὸς οὐκ ἔχει. ἀνάγνωθι καὶ τὸν β΄. ὅλον τίτλον τοῦ λγ΄. βιβλίου διοριζόμενον τοὺς ἐκτιθεμένους, κἂν δοῦλοι ὦσιν ἀπεντεῦθεν ἐλευθεροῦσθαι. κολάζεσθαι μέντοι ὀφείλει ἡ τοιαύτη γυνὴ ἀπὸ μεγάλης ἀμελείας ἐοικυίας δόλῳ, τῆς καὶ λεγομένης παρὰ τῶν νομομαθῶν λάτης κούλπης. τυχὸν γὰρ οὖσα ἐπιμελὴς περὶ τὰ οἰκεῖα, περὶ τὴν τοῦ βρέφους ζωογόνησιν διετέθη καταφρονητικῶς. ἐπεί τοι γε ἐὰν περὶ τὰ οἰκεῖα τοιαύτη ἦν ἀμελής, ἢ ὡς οὖσα εὐγενής, καὶ μὴ εἰδυῖα τὴν βρεφικὴν ἐπιμέλειαν, ἢ ὡς κατὰ φύσιν ἀνεπιτηδεία οὖσα, καὶ συνέβη τοιουτοτρόπως τὸ βρέφος μὴ ζωογονηθῆναι, οὐ κολασθήσεται, ὡς οἶμαι.

Κανὼν λδ΄.

Τὰς μοιχευθείσας γυναῖκας, καὶ ἐξαγορευούσας δι' εὐλάβειαν ἢ ὁπωσοῦν ἐλεγχομένας, δημοσιεύειν μὲν ἐκώλυσαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἵνα μὴ θανάτου αἰτίαν παράσχωμεν ἐλεγχθείσαις. ἵστασθαι δὲ αὐτὰς ἄνευ κοινωνίας προσέταξαν μέχρι τοῦ συμπληρωθῆναι τὸν χρόνον τῆς μετανοίας.

Ἑρμηνεία.

Οἱ μοιχοὶ κατὰ τὸν νη΄. κανόνα ἐν δ΄. ἔτεσι μετὰ τῶν προσκλαιόντων ἵστανται, ἐν πέντε μετὰ τῶν ἀκροωμένων, ἐν δ΄. μετὰ τῶν ὑποπιπτόντων, καὶ ἐν δυσὶ μετὰ τῶν συνεστώτων χωρὶς κοινωνίας. φησὶ γοῦν ὁ ἅγιος, εἰ γυνή τις μοιχευθεῖσα ἐξομολογήσηται τὸ ἁμάρτημα, ἢ ὁπωσοῦν ἐλεγχθῇ, οὐ χρὴ δημοσιεύειν αὐτήν, ἤγουν, ἱστᾶν εἰς τοὺς τόπους τῶν ῥηθέντων ἐπιτιμίων· ὁ γὰρ ὁρῶν αὐτὴν ἔξω τῶν θείων περιβόλων τῆς ἐκκλησίας ἱσταμένην, ἢ καὶ μετὰ τῶν κατηχουμένων ἐξιοῦσαν, κατανοήσει πάντως κατὰ πρώτην ὄψιν διὰ μοιχείας ἔγκλημα ἐπιτιμηθῆναι αὐτήν, καὶ γενήσεται ἡ ἐπιτίμησις αἰτία θανάτου, ὡς καὶ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς μετὰ τὴν ἴσως γενομένην τούτου ἐπάνοδον, οὕτως ἔχειν τὰ τοῦ πράγματος κατανοήσαντος. παραχωρεῖται γοῦν συνίστασθαι καὶ συνεύχεσθαι τοῖς πιστοῖς, τῆς δὲ κοινωνίας τῶν ἁγιασμάτων κωλύεται μέχρις ἂν ὁ χρόνος τῆς μετανοίας ἐκμετρηθῇ. τὴν τοιαύτην δὲ φιλανθρωπίαν εἰς τὰς γυναῖκας διωρίσατο ὁ ἅγιος γίνεσθαι, δι' ὃν εἰρήκαμεν λογισμόν.

εἰ γὰρ ἄνδρες ἐξομολογούμενοι μοιχείαν ἀσυμπαθῶς ὑποκεῖνται τοῖς διαληφθεῖσιν ἐπιτιμίοις, ὅτι οὐδὲ ὕπεστι φόβος τοιοῦτος ἐν αὐτοῖς, οἷος εἰς τὰς γυναῖκας ἐῤῥέθη, κατὰ πρόληψιν οὖσι καὶ ἑτέροις ἐγκλήμασιν ἴσως ἐνόχοις, καὶ ἀξίως ἐπιτιμωμένοις. τὸ μέντοι ὁπωσοῦν ἐλέγχεσθαι τὰς γυναῖκας, οὐκ ὀφείλεις ἐκλαβέσθαι εἰς πασίγνωστον ἔλεγχον, ἀλλ' εἰς ἔλεγχον τοῦ συνειδότος τῆς γυναικὸς, τουτέστιν εἴτε κατὰ μόνην οἰκείαν προαίρεσιν ἡ γυνὴ ἐξομολογήσεται, εἴτε καὶ ὡς ἀναγκαζομένη ὑπὸ κινδύνου τοῦ ἐκ τοῦ τεκεῖν, ἢ καὶ ἄλλως πως κρυφίως καὶ μὴ δημοσίᾳ καταγινώσκουσα ἑαυτῆς ἐξαγορεύσεται. εἰ γὰρ τὸν ἔλεγχον εἴπῃς δημοσίᾳ γενέσθαι καὶ θριαμβευθῆναι τὴν μοιχείαν, καλῶς πάντα τὰ ἐπιτίμια αὐτῇ ἐπιφορτισθήσονται, οὐδὲ γὰρ ἔχουσι χώραν τὰ τοῦ κανόνος εἰς ταύτην, διὰ τὸ ἅπαξ δημοσιευθῆναι, καὶ ἐκ τῆς ἐπανόδου τοῦ ἀνδρὸς θάνατον μὴ ὑποπτεύεσθαι ἀπὸ τῆς τῶν ἐπιτιμίων προσαγγελίας. ἐκ τοῦ λέγειν δὲ τὸν ἅγιον ἵνα μὴ δώσωμεν αἰτίαν θανάτου κατὰ τῶν γυναικῶν ἐλεγχθεισῶν ἤτοι θριαμβευθεισῶν διὰ τῶν ἐπιτιμίων, μὴ εἴπῃς ἐνδοθῆναι τοῖς ἀνδράσιν φονεύειν τὰς μοιχευθείσας γυναῖκας αὐτῶν. ἐν μόνῳ γὰρ τῷ ἰδίῳ οἴκῳ ἐπ' αὐτοφόρῳ δύναται φονεύειν τὸν μοιχὸν ὁ ἀνὴρ, καὶ τοῦτον σκηνικὸν ἢ ἕτερον ἄτιμον ὄντα. καὶ ἀνάγνωθι τὸ κϛ΄. κεφ. τοῦ λζ΄. τίτλου τοῦ ξ΄. βιβλίου, τὸ κζ΄. τὸ μθ΄. καὶ ἕτερα κεφ. ἀλλὰ ἐκλαβοῦ τὸ ῥῆμα τοῦ ἁγίου, εἰς τὸ μὴ γενέσθαι τὰ ἐπιτίμια αἴτια μεγάλου σκανδάλου μέσον τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικὸς, ἴσως δὲ προβῆναι καὶ φόνον ἄδικον κατ' αὐτῆς.

A Viri enim adulterium confitentes immisericorditer dictis pœnis subijciuntur, quia non est timor in eis qui de mulieribus dictus est, qui præsumuntur esse etiam aliis fortasse criminibus obnoxij, & iure puniri. Quomodocunque autem conuinci mulieres, non debes accipere de omnibus nota probatione, sed de mulieris conscientiæ probatione, hoc est siue mulier sua sponte confessa sit, vel vt etiam à pariendi periculo coacta, vel aliquo alio modo, clanculum, & non publicè se ipsam B condemnans, enunciauerit. Si enim dixeris publicè factam esse probationem, & veluti in triumphum esse ductum adulterium, rectè omnes pœnæ in eam congerentur. Neque enim canon in ea locum habet, quoniam semel publicata est, & ex viri reditu nulla cædis suspicio tenetur propter pœnarum denunciationem. Ex eo autem quod dicit sanctus, Ne demus conuictis causam mortis, conuictis scilicet, & publicatis per pœnas, nec dixeris concedi maritis adulteras suas mulieres in-C terficere. In sola enim propria domo in facto ipso deprehensum potest maritus adulterum occidere, & eum scenicum, vel alium qui sit infamis. Et lege xxv. cap. xxxvij. tit. lx. lib. xxvij. xxix. & alia capita. Sed accipe etiam verbum sancti, ne fiant pœnæ causæ magni scandali inter maritum & vxorem, & fortè etiam vt procedat ad iniustã illius cædem.

Κανὼν λε΄.

Ἐπὶ τοῦ καταλειφθέντος ἀνδρὸς ὑπὸ τῆς γυναικὸς τὴν αἰτίαν χρὴ σκοπεῖν τῆς ἐγκαταλείψεως. κἂν φανῇ ἀλόγως ἀναχωρήσασα, ὁ μὲν συγγνώμης ἐστὶν ἄξιος, ἡ δὲ ἐπιτιμίου· ἡ δὲ συγγνώμη τούτῳ πρὸς τὸ κοινωνεῖν τῇ ἐκκλησίᾳ δοθήσεται.

Ἑρμηνεία.

Ὁ παρὼν κανὼν σαφηνίζεται διὰ τῆς γενομένης παρ' ἡμῶν ἑρμηνείας ἐν τῷ πζ΄. κανόνι τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου. καὶ ἀνάγνωθι ταύτην, καὶ τὸν θ΄. κανόνα τοῦ ἁγίου πατρὸς, καὶ τὸν ϛα.

Κανὼν λϛ΄.

Στρατιώτιδες αἱ τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν ἀφανῶν

CANON XXXV.

D *In marito qui ab vxore relictus est, considerare oportet causam derelictionis, & si preter rationem eam secessisse apparuerit, est maritus quidem dignus venia, illa verò pœna. Ei autem venia, vt ecclesiæ communicet, dabitur.*

SCHOL. BALS. Præsens canon declaratur per factam à nobis interpretationem in lxxxvij. can. syn. in Trullo Et lege ea, & ix. can. sancti patris, & vi primi.

CANON XXXVI.

Militum vxores, quæ cũ mariti ipsarum

non appareant, nupserunt, eidem rationi subiiciuntur, cui & quæ propter maritorum peregrinationem ac absentiam reditu non expectato nupserint, sed res nonnullam hic veniam admittit, quòd maior sit mortis suspicio.

Schol. Bals. Hic quoque canon in lviij. syn. in Trullo collocatus, illic est interpretatus.

Canon XXXVII.

Qui postquam aliena ei ablata fuerit, vxorem duxit, in prima quidem adulterij accusabitur, in secũda verò reus non agetur.

Schol. Bals. Alienam hic dicit canon, quæ legitimè nupsit, vel desponsa fuit alicui. si quis ergo adulterium commiserit, aliena in suam proprietatem vsurpata, lege vtique matrimonij, ei quæ ablata fuerit cum legitima scilicet cõdemnatione: alij autem cõiunctus fuerit, pro adulterio quidem secundum canones punietur, in secunda autem vxore, quæ est à viro libera, reus non agitur. Hæc autem sunt à sancto cõstituta propter eos qui dicebant non debere adulterum secundæ vxori coniungi, vt qui in capitalem condemnationem incidisset, & non posset lege veteri contrahere, quæ obseruabatur tempore Basilij, scilicet ante repurgationẽ Et si enim in capitale suppliciũ qui incidat propter adulterium, non est tamen matrimonium contrahere prohibitus, & ideo de eo non punietur, multo autem magis is hodie non punietur, quãdo capitale supplicium sublatum est, & punitur adulter sola nariũ abscissione, & bonorum ablatione. Et lege lxxxij.cap.xxxvij. tit.lx.lib.& xxxij. nouellam imperatoris domini Leonis sapientis. Hæc autem locum habebant, vt mihi videtur, quando sola affectione constituebatur matrimonium: nunc autẽ quando cũ sacra oratione, & sancto ministerio procedit matrimonium, & sponsalia, adulter mulieri non aliter coniungetur, quàm si ab adulterij pœnis fuerit liberatus, quæ declarantur in lviij. can. præsentis sancti.

Canon XXXVIII.

Puellis quæ præter patris sententiã fornicatores secutæ sunt, reconciliatis parentibus, videtur res remedium accipere,

ὄντων γαμηθεῖσαι, τῷ αὐτῷ ὑπόκεινται λόγῳ, ὥσπερ καὶ αἱ διὰ τὴν ἀποδημίαν τῶν ἀνδρῶν, μὴ ἀναμείνασαι τὴν ἐπάνοδον· πλὴν ἔχει τινὰ συγγνώμην τὸ πρᾶγμα ἐνταῦθα, διὰ τὸ μᾶλλον πρὸς θάνατον εἶναι τὴν ὑπόνοιαν.

Ἑρμηνεία.

Καὶ οὗτος ὁ κανὼν ῥητῶς ἀναταττόμενος ἐν τῷ νη'. κανόνι τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, ἑρμηνεύθη ἐκεῖσε.

Κανὼν λζ'.

Μετὰ τὸ ἀφαιρεθῆναι τὴν ἀλλοτρίαν ὁ γαμήσας, ἐπὶ μὲν τῇ πρώτῃ, μοιχείας ἐγκληθήσεται· ἐπὶ δὲ τῇ δευτέρᾳ ἀνεύθυνος ἔσται.

Ἑρμηνεία.

Ἀλλοτρίαν ἐνταῦθα λέγει ὁ κανὼν τὴν νομίμως γαμηθεῖσαν ἢ καὶ μνηστευθεῖσάν τινι. Εἴ τις γοῦν μοιχεύσει, ἰδιωσάμενος τὴν ἀλλοτρίαν κατὰ νόμον δῆθεν γάμου, καὶ αὐτὴν μὲν ἀφαιρεθῇ μετὰ καταδίκης νομίμου, ἑτέρᾳ δὲ συζευχθῇ, χάριν μὲν τῆς μοιχείας κατὰ τοὺς κανόνας ἐπιτιμηθήσεται, ἐπὶ δὲ τῇ δευτέρᾳ γαμετῇ ἐλευθέρᾳ οὔσῃ ἀνδρός, οὐκ ἔσται ὑπεύθυνος. ὡρίσθησαν δὲ ταῦτα παρὰ τοῦ ἁγίου διὰ τοὺς λέγοντας μὴ ὀφείλειν τὸν μοιχὸν δευτέρᾳ συνάπτεσθαι γυναικί, ὡς κεφαλικῇ καταδίκῃ ὑποπίπτοντα, καὶ μὴ δυνάμενον συναλλάττειν κατὰ τὸν παλαιὸν νόμον τὸν κρατοῦντα ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ ἁγίου Βασιλείου, δηλονότι πρὸ τῆς ἀνακαθάρσεως. κἂν γὰρ κεφαλικῇ τιμωρίᾳ ὑπόκειταί τις διὰ τὴν μοιχείαν, ἀλλὰ γάμον συναλλάττειν οὐ κεκώλυται, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐπιτιμηθήσεται χάριν τούτου· πολλῷ δὲ πλέον οὐ κολασθήσεται σήμερον ὁ τοιοῦτος, ὅτι ἡ κεφαλικὴ τιμωρία περιῃρέθη, καὶ κολάζεται ὁ μοιχὸς μόνῃ ῥινῶν ἐκτομῇ καὶ πραγμάτων ἀφαιρέσει. καὶ ἀνάγνωθι τὸ πβ'. κεφ. τοῦ λζ'. τίτλου τοῦ ξ'. βιβλίου, καὶ τὴν λβ'. νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυρίου Λέοντος τοῦ φιλοσόφου. Ταῦτα δὲ χώραν εἶχον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ὅτε μόνῃ διαθέσει συνίστατο ὁ γάμος. ἀρτίως γὰρ ἐπεὶ μετὰ ἱερολογίας οἱ γάμοι καὶ αἱ μνηστεῖαι προβαίνουσιν, ἄλλως γυναικὶ ὁ μοιχὸς οὐ συζευχθήσεται, εἰ μὴ ἀπὸ τῶν ἐπιτιμίων τῆς μοιχείας ἀπολυθῇ, τῶν δηλουμένων εἰς τὸν νη'. κανόνα τοῦ παρόντος ἁγίου.

Κανὼν λη'.

Αἱ κόραι αἱ παρὰ γνώμην τοῦ πατρὸς ἀκολουθήσασαι πορνεύουσι. διαλλαγέντων δὲ τῶν γονέων δοκεῖ θεραπείαν λαμβάνειν τὸ πρᾶγμα.

οὐκ εὐθὺς

οὐκ εὐθὺς δὲ εἰς τὴν κοινωνίαν ἀποκαθίστανται, ἀλλ' ἐπιτιμηθήσονται τρία ἔτη.

Ἑρμηνεία.

Κόρας ἐνταῦθα ὁ ἅγιος τὰς ὑπεξουσίας ὀνομάζει. φησὶ γοῦν ὡς ἐάν τινες κόραι ἐκδώσουσιν ἑαυτὰς τοῖς ἐρασταῖς τούτων παρὰ γνώμην τῶν πατέρων αὐτῶν, καὶ φθαρῶσιν ὑπ' ἐκείνων, κἂν γαμικῶς δόξωσι συναφθῆναι πορνεύουσι, διὰ τὸ εἶναι ἀνυπόστατον τὸν γινόμενον γάμον τῆς ὑπεξουσίας δίχα γνώμης τοῦ πατρὸς αὐτῆς. ἐὰν δὲ καταλλαγῶσι ταύταις οἱ γονεῖς αὐτῶν, καὶ θελήσωσι συνοικεῖν ταύτας τοῖς ἐρασταῖς, δοκεῖ θεραπεύεσθαι τὸ πρᾶγμα. τὸ γὰρ ἐξ ἀρχῆς κακῶς γεγονός, ἡ μετὰ ταῦτα συναίνεσις τῶν γονέων δοκεῖ θεραπεύειν, ὥστε τὴν πορνείαν εἰς γάμον μετάγεσθαι. πλὴν οὐκ εὐθὺς δεκτή ἐστιν ἡ τοιαύτη εἰς κοινωνίαν, ἀλλὰ μετὰ γ΄. ἔτη. ἐνταῦθα δὲ μὴ θεματίσῃς ἁρπαγὴν γενέσθαι ἐπὶ τῇ κόρῃ. ἔμαθες γὰρ ἀπὸ τοῦ λ΄. κανόνος καὶ ἐξ ἑτέρων, ὅτι ἁρπαγῆς γενομένης, εἴτε μετὰ γνώμης τῆς γυναικός, εἴτε καὶ χωρὶς γνώμης ἐκείνης, γάμος οὐ συνίσταται, κἂν οἱ ἔχοντες αὐτὰς ὑπεξουσίους συναινῶσιν. ἀλλὰ θεμάτισον δίχα ἁρπαγῆς ἀκολουθῆσαι τὴν ὑπεξουσίαν τῇ φθορᾷ. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἡ μετὰ ταῦτα συναίνεσις ποιεῖ ἀνεύθυνον τὸν γάμον. ταῦτα δέ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, χώραν εἶχον, ὅτε ἡ συναίνεσις μόνη συνίσταται ὁ γάμος. σήμερον ἐπεὶ μετὰ ἱερολογίας γίνεται, κἂν συναινήσωσιν οἱ γονεῖς, γάμος μετὰ ἱερολογίας οὐ γίνεται, εἰ μὴ πληρωθῶσι τὰ τοῦ ἐπιτιμίου γ΄. ἔτη, ἢ παρὰ τοῦ ἐπισκόπου κατὰ τὴν οἰκείαν ἐπίκρισιν στενοχωρηθῶσιν. ἱερολογίας δὲ ἀνυποστάτως γινομένης ἐπὶ ἀνήβῳ κόρῃ, καὶ μετὰ ταῦτα τῶν γαμικῶς ἱερολογηθέντων στοιχούντων τῷ γάμῳ, συνεζητήθη εἰ τὰ τικτόμενα ἐξ αὐτῶν γνήσιά εἰσι καὶ νόμιμα. ἔλεγον γάρ τινες ὡς ἐπεὶ ἀρχῆθεν ἀνυπόστατος ἦν ὁ γάμος διὰ τὴν ἀνηβότητα τῆς κόρης, τὰ δὲ ἐξ ἀρχῆς ἀνυπόστατα ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα συμβαινόντων οὐ βεβαιοῦνται καθὼς ὁ νόμος φησίν, ἐξ ἀνάγκης, εἰ μὴ γένηται δευτέρα ἱερολογία, οὐδὲ νομίμως τούτους συνάπτεσθαι εἴποι τις, τὸ αὐτὸ δὲ ἔλεγον ὀφείλειν γίνεσθαι καὶ εἰς τὴν ὑπεξουσίαν τὴν παρὰ γνώμην τοῦ πατρὸς ἱερολογηθεῖσαν ἐνιστάμενοι.

sed non protinus ad cõmunionem restituuntur, sed triennio punientur.

SCHOL. BALS. Puellas hic sanctus eas quæ sunt in potestate parentum appellat. Dicit ergo, quod si alicuius puellæ tradẽt seipsas suis amatoribus præter suorũ parentũ sentẽtiã, & ab illis vitiũ illis allatũ sit, etiãsi matrimonio sibi esse cõiunctę videãtur, matrimoniũ eius quæ est in parẽtis potestate non possit cõsistere sine paterna voluntate. Sin autem parentes ipsarum eis reconciliati fuerint, & eas cũ amatoribus cohabitare voluerint, ei rei illa ratione videtur remediũ afferri. Quod enim ab initio malè factum est, parentũ postea consensus reparare videtur, vt fornicatio in matrimoniũ deducatur, sed ea nõ est statim ad communionẽ recipienda, sed post tres annos. Ne facti ante speciẽ hoc in loco sic posueris raptã fuisse puellã. Ex tricesimo enim cã. & ex aliis didicisti, quod si raptus factus fuerit, siue cũ puellæ volũtate siue ea nolẽte, nõ consistit matrimoniũ, etiã si qui habẽt in potestate, cõsẽtiũt, sed pone eã, quę est in potestate, nõ raptã, eũ qui illi stuprũ intulit, sequi. Propterea enim sequẽs cõsensus facit, vt à culpa remotũ sit coniugium. Hæc autẽ vt mihi videtur, locum habebant, quando solo consensu consistebat matrimonium. Hodie autem quoniam fit cum sacra benedictione, etiam si parentes consentiant, non fiet matrimonium cum sacra benedictione, nisi tres pœnitentiæ anni expleti fuerint, vel ab episcopo pro suo arbitratu ad tempus breuius redacti sint. Cùm enim benedictio, quæ consistere non poterat in impubere puella, facta esset, & ij postea matrimonialiter benedicti, matrimonio iuncti essent, quæsitum est, an qui ex eis nascuntur, sint germani, ac legitimi. Dicebant enim nõnulli, quòd quoniã matrimonium ab initio non cõsistet propter puellæ impubertatem: quæ autem ab initio non cõsistunt, ex iis quæ postea eueniunt non cõualescunt, quemadmodũ lex dicit, necessario nisi fiat secũda benedictio, eósne legitimè quidem cõiunctos dixerit quispiã? Hoc ipsum autem etiam debere fieri dicebant in filiafamilias, quæ præter patris sententiam benedicta est, insistentes,

quòd etiam si postea consenserit, qui illam habet in potestate, non consistat matrimonium, nisi etiam fiat benedictio. Macarites autem domini Constantini Nicenus dicebat quidẽ in filiasfamilias non requiri secũdam benedictionem, propterea quòd solius personæ scilicet patris contemptus interuenerit, & is per consensum amputatus sit. In impubere autem voluit, secundam fieri benedictionem, quòd ius commune cõtemptum & nihili habitum sit: & non aliter ei remedium afferri, nisi post correctionẽ, quod mihi non videtur, propter benedictionis reuerentiam.

Canon XXXIX.

Quæ viuit cum adultero, est omni modo adultera.

Qui aspexit mulierem ad concupiscendum eam, mœchatus est in corde suo. Alij dicebant, quòd quidam Veneris igne ardenter inflammati, muliebri pudendo, tanquam poculo vtuntur, & per ipsum, ô execrandum flagitium, execrabilem potum bibunt, & labra sua polluunt. Alij dicebant, nonnulli insano amore capti muliebre pudendum exosculantur: nec erubescunt: sed dicunt labra nostra in nobis sunt. Quis nobis dominus? Ego autem legens Iulium Pollucem, inueni eum in secundo libro scriptorum suorum de nominibus nominantem μυρτοχηλίδας, & κρημνώματα, & πτερυγώματα, quæ sunt hinc & & illinc prominentes muliebris pudendi partes, & membra. Doctissimus quoque Aristoteles in sua physiologia de partibus animalium, ea labra nominat. Multi quoque qui scripta amatoria conscripserunt, ea & hiare, & expuere, & lingulis instructa esse dicunt. Existimo ergo quod qui est in sacris si per labra pollutus fuerit, vt qui rem quidem valde exosam, execrandámque fecerit, ad tempus segregabitur: vt qui autem perfectum peccatum per coitum non commisit, non deponetur. Quia autem nonnulli dicunt eum qui in labris pollutus est, & confessus, debere deponi, quòd dicat sanctus eum non oportere ministrare, dicimus sanctum hoc noluisse. Etsi enim videatur esse supplicium acerbius eius qui in labris pollutus est, ex eo quod non tempus definitum prohibitioni ministerij, sed non iam etiam apparet depositio. Illum enim deponendum esse decernit, qui maius aliquid per coitum perpetrarit.

Canon LXXI.

Qui uniuscuiusque prædictorum peccatorum fuit conscius, & non confessus, sed conuictus est, tanto tempore quanto malorum effector punitus est, ipse quoque punietur.

Schol. Bals. Eos qui sunt conscij aliquorum qui peccata aliqua committunt, & hæc non sua sponte Episcopis confitentur, sed ea celant, statuit sanctus, vt post legitimam omnium probationem, æque puniantur, ac ij qui mala fecere.

A ὁ ἐμβλέψας γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτήν. ἄλλοι εἶπον ὡς τινὲς τῷ ἀφροδισίῳ πυρὶ διακαῶς ἐκκαιόμενοι, ὡς κύλικι χρῶνται τῷ γυναικείῳ αἰδοίῳ, καὶ δι' αὐτοῦ (ὢ τοῦ μύσους, κατάπτυστον πόμα) πίνουσι, καὶ τὰ χείλη καταμιαίνουσιν. ἕτεροι λέγουσιν, ὡς τινὲς ἐρωτομανοῦντες τὴν γυναικείαν καταφιλοῦσιν αἰσχύνην, καὶ οὐκ αἰσχύνονται, ἀλλὰ λέγουσι, τὰ χείλη ἡμῶν παρ' ἡμῖν ἐστι, τίς ἡμῶν ἐστι κύριος; ἐγὼ δὲ, ἀναγινώσκων τὸν Ἰούλιον Πολυδεύκην, εὗρον ἐν τῷ δευ- B τέρῳ βιβλίῳ τῶν ὀνομαστικῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ, ὀνομάζοντα μυρτοχλίδας, καὶ κρημνώματα, καὶ πτερυγώματα τὰ ἔνθεν κἀκεῖθεν μέρη καὶ μέλη τῆς γυναικείας αἰσχύνης, καὶ ὁ σοφώτατος δὲ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ περὶ ζώων μορίων φυσιολογίᾳ αὐτοῦ, χείλη ταῦτα κατονομάζει. καὶ πολλοὶ δὲ ἐρωτικὰ μουσουργοῦντες συγγράμματα κεχηνέναι ταῦτά φασι καὶ ἀποπτύειν, καὶ ἐπιγλωττίοις σεμνύνεσθαι. νομίζω οὖν ὅτι ὁ διὰ τοιούτου χείλεος ὁπωσδήποτε μιανθεὶς ἱερωμένος, ὡς μὲν ἔχθιστον ἐργασίαν C πεποιηκὼς πρὸς καιρὸν ἀφορισθήσεται. ὡς δὲ τέλειον ἁμάρτημα διὰ συνουσιασμοῦ μὴ ποιησάμενος, οὐ καθαιρεθήσεται. ἐπεὶ δή τινες λέγουσι τὸν ἐν χείλεσι μιανθέντα καὶ ἐξομολογησάμενον, ὀφείλειν καθαιρεῖσθαι διὰ τὸ λέγειν τὸν ἅγιον μὴ λειτουργεῖν τοῦτον, φαμὲν ὅτι ἀβούλητόν ἐστι τοῦτο τῷ ἁγίῳ. κἂν γὰρ ἐμφαίνεται δριμυτέραν εἶναι τὴν τιμωρίαν τοῦ ἐν χείλεσι μιανθέντος ἐκ τοῦ μὴ ὁρισθῆναι καιρὸν τῇ ἐπισχέσει D τῆς λειτουργίας, ἀλλ' οὐκ ἤδη καὶ καθαίρεσις ἀναφαίνεται. ἐκεῖνον γὰρ ὁρίζεται καθαιρεῖσθαι, τὸν καὶ πλέον τι ἔργον διὰ συνουσιασμοῦ πεποιηκότα.

Κανὼν οα'.

Ὁ συνεγνωκὼς ἑκάστῳ τῶν προειρημένων ἁμαρτημάτων, καὶ μὴ ὁμολογήσας, ἀλλ' ἐλεγχθεὶς, τοῦ τοσούτου χρόνου εἰς ὃν ὁ ἐργάτης τῶν κακῶν ἐπιτετίμηται, καὶ αὐτὸς ἔσται ἐν ἐπιτιμίῳ.

Ἑρμηνεία.

Τοὺς συνειδότας τισὶν ἁμαρτάνουσιν οἷα δήτινα ἁμαρτήματα, καὶ μὴ ὁμολογοῦντας αὐθαιρέτως ταῦτα τοῖς ἐπισκόποις, ἀλλὰ συγκαλύπτοντας αὐτὰ, διορίζεται ὁ ἅγιος μετ' ἔλεγχον πάντως νόμιμον παρομοίως τοῖς ἡμαρτηκόσι τὰ κακὰ ἐπιτιμᾶσθαι.

συνεγνωκότα δὲ ἐνταῦθα μὴ εἴπῃς τὸν ἔχοντα εἴδησιν μόνην, καὶ μὴ δυνάμενον κωλῦσαι, μηδὲ τὸν συμβουλευσάμενον χωρὶς κακοθελοῦς διαθέσεως, ἀλλὰ τὸν συμπράξαντα, ἢ συναράμενον, ἢ συμβουλευσάμενον μετὰ δόλου, ἢ ἔχοντα εἴδησιν, καὶ δυνάμενον κωλῦσαι, καὶ μὴ κωλύσαντα. φησὶ γὰρ τὸ β΄. θέμα τοῦ μη. κεφ. τοῦ ια΄. τίτλου τοῦ ξ΄. βιβλίου, ὅτι ὁ γινώσκων τὸν κλέπτην, κἂν μὴ καταμηνύσῃ αὐτὸν, οὐκ ἔστι κλέπτης. ὁ δὲ κρύπτων τὸν κλέπτην κλέπτης ἐστί. καὶ τὸ β΄. θέμα τοῦ ν΄. κεφ. τοῦ αὐτοῦ βιβλίου, καὶ τίτλου, σπουδὴ καὶ συμβουλὴ γίνεται, ὅταν διὰ τὴν ἔχθραν γένηται τοῦ κλεπτομένου. ὥσπερ γὰρ ἡ κλοπὴ, οὕτως καὶ ἡ σπουδὴ χωρὶς δόλου κακοῦ οὐ γίνεται. καὶ συμβουλεύει μὲν ὁ τὴν κλοπὴν ὑποτιθέμενος, σπουδάζει δὲ ὁ ὑπηρεσίαν τινὰ καὶ βοήθειαν ἐπὶ τῇ παρεχόμενος, καὶ ξγ΄. κεφ. ὁ δείξας τῷ φυγόντι τὴν ὁδὸν, οὐκ ἔστι κλέπτης. καὶ κεφ. γ΄. τοῦ ς΄. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου, ὁ ἀδόλως συμβουλεύσας, οὐκ ἐνέχεται, οὔτε ὁ παιγνικῶς. καὶ ὁ παλαιὸς τοῦ ια΄. κεφ. τοῦ αὐτοῦ βιβλίου καὶ τίτλου· ἀπὸ μόνης γὰρ συμβουλῆς οὐ τίκτεται φούρτι. καὶ ὁ ἱεροψάλτης δὲ Δαβὶδ οὐ κολάζει τὸν θεωροῦντα κλέπτην, ἢ μοιχὸν, ἀλλὰ τὸν συντρέχοντα, ἤγουν συμπράττοντα τῷ κλέπτῃ, καὶ τὸν συμμεριζόμενον, τουτέστι κοινοποιούμενον μετὰ τοῦ μοιχοῦ τὸ ἁμάρτημα. ὁ γοῦν εἴδησιν μόνην ἔχων τοῦ κακοῦ, καὶ μὴ δυνάμενος κωλῦσαι, καὶ ὁ συμβουλευσάμενος χωρὶς κακοθελοῦς διαθέσεως, οὐκ ἐπιτιμηθήσονται. ὁ δὲ εἰδὼς, καὶ δυνάμενος κωλῦσαι, καὶ μὴ κωλύσας, καὶ ὁ κακοθελῶς συμβουλευσάμενος, πολλῷ δὲ πλέον ὁ συμπράξας, τιμωρηθήσεται. σημείωσαι δὲ ὅτι πανταχοῦ ἡ ἐξομολόγησις κουφίζει τὴν κόλασιν. ὁ δὲ ἔλεγχος μεγαλύνει αὐτήν.

A Conscium autem hic ne dixeris eum qui solam habet conscientiam, & prohibere non potest: nec eum qui consuluit absque improba affectione, sed eum qui opem & auxilium tulit vel dolosè consuluit: vel eum qui scit, & potest prohibere, nec prohibuit. Dicit enim ij. thema xlviiij. cap. xj. tit. lx. lib. Qui nouit furem, etiam si eum non reuelauerit, fur non est. Qui autem furem occultat, fur est. Et ij. thema l. cap. eiusdem libri & tit. studium, & consilium fit, quando fit propter odium eius cui B furto quid aufertur, sicut furtum, ita & studium non fit sine dolo malo. Et consulit quidem, qui furtum suadet: studet autem, qui operam aliquam, & auxilium ad furtum præbet. Et lx. cap. Qui ei qui fugit viam ostenderit, fur non est. Et cap. iij. vj. tit. eiusdem lib. Qui sine dolo consuluit, non tenetur, nec qui per ludum. Antiqua quoque xj. cap. eiusdem libri & tit. Ex solo enim consilio furti actio non nascitur. sacer quoque psaltes Dauid non punit eum qui furem vel adulterum aspectat, sed C eum qui currit cum fure, vel ei fert auxilium, & eum qui diuidit, hoc est commune facit cum adultero peccatum. Qui ergo mali tantum habet scientiam, & non potest prohibere, & qui consuluit absque improba affectione non punietur. Qui autem sciuit, & cum prohibere posset non prohibuit, & qui malo animo consuluit, multo autem magis qui opem tulit, punientur. Nota autem quòd vbique confessio leuat pœnam, probatio autem eam auget.

D

Κανὼν οβ΄.

Ὁ μάντεσιν ἑαυτὸν ἐπιδοὺς, ἤ τισι τοιούτοις, τὸν χρόνον τῶν φονέων καὶ αὐτὸς ἐπιτιμηθήσεται.

Ἑρμηνεία.

Ἐν τῷ κε΄. κεφ. τοῦ θ΄. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τῷ κ΄. κεφ. τοῦ θ΄. τίτλου τοῦ παρόντος, διάφορα ἐγράψαμεν περὶ μάντεων, μάγων, καὶ τῶν ὁμοίων, καὶ ἀνάγνωθι ταῦτά τε, καὶ τοὺς ἐν τοῖς αὐτοῖς κεφ. δηλουμένους κανόνας, τε καὶ νόμους, καὶ μάθῃς ὅπως οὗτοι κολάζονται πολιτικῶς τε, καὶ ἐκκλησιαστικῶς.

CANON LXXII.

Qui se vatibus, vel eiusmodi alijs tradit, ipse quoque homicidarum tempore punietur.

SCHOL. BALS. In xxv. cap. ix. tit. Nomocan. Photij, & in xx. cap. xiij. tit. multa scripsimus de vatibus, magis, & similibus, & lege ea, & quæ in iis declarantur, canones scilicet, & leges, & scies quomodo hi puniantur ciuiliter, & ecclesiasticè.

Nunc autem sanctus decernit eos qui se eiusmodi hominibus dedunt homicidarum quoque tempore puniri. Quia autem nonnulli præsentem canonem interpretantes dicebant, eos sic quoque puniri debere qui ad mulieres accedunt, quæ cum ordeo se quædam incerta, & futura reuelare profitentur, dico esse differentiam vatum, & incãtatricum vetularum quæ per incantationes simpliciores seducunt. Illi enim dæmones inuocant. Hæ verò virtutem potius, & sanctificationem simulantes, cum diuinis canticis futura nonnunquam describunt, & quę sunt obscura per ordeum proferunt, vt faciunt & quæ dicuntur κρίτειαι, & qui saccos, pannosque induunt promissa barba & coma monachi. Ij enim & seducentes, & seducti futura vaticinantur, tanquam ab angelica renunciatione edocti. Debẽt itaque, qui non Deum negarunt, sed per improbitatem sanctitatem simulant, mitius, & non instar eorum qui Deum negauerunt, puniri. Sin autem dixeris ordei latrices, & incantatrices aniculas dæmones inuocare, eæ quoque necessario vt magi & vates, extremo supplicio punientur. lege & lxxxiij. can. præsentis sancti, & quæ in eo sunt.

Canon LXXIII.

Qui Christum negauit, & salutis mysterium transgressus est, eum toto vitæ suæ tempore deflere, & confiteri conuenit, in tempore quo è vita excedit, sacramento dignum habitum, propter fidem diuinæ clementiæ.

Schol. Bals. Canon quidem clarus est: statuit enim vt qui Christum dominum nostrum negauerunt, & eius quæ in carne fuit œconomiæ mysterium non susceperunt, defleant & confiteantur toto tempore vitæ suæ, in sola autem extrema respiratione digni habeantur sacramẽtorum participatione. Cùm autem Ancyrana synodus, & sacrosanctus Martyr Petrus extremo excommunicationis supplicio neminẽ subijciant, & præsenti canoni veluti aduersentur, dic quod patres statuerũt pœnas suis tẽporibus cõuenietes.

ἀρτίως δὲ ὁ ἅγιος διορίζεται τοὺς ἀνατιθεμένους ἑαυτοὺς τοιούτοις τισὶ κατὰ τοὺς χρόνους τῶν φονέων ἐπιτιμᾶσθαι. ἐπειδή τινες ἑρμηνεύοντες τὸν παρόντα κανόνα εἶπον ὀφείλειν οὕτως ἐπιτιμᾶσθαι καὶ τοὺς προσερχομένους γυναιξὶ μετὰ κριθῶν ἐπαγγελλομέναις ἀνακαλύπτειν ἄδηλά τινα, ἢ καὶ μέλλοντα, λέγω ὅτι διαφορά ἐστι μάγων, καὶ γοητευτειῶν γραιῶν διὰ ἐπασμάτων τοὺς ἁπλουστέρους ἀπατωσῶν. οἱ μὲν γὰρ δαίμονας ἐπικαλοῦνται, αἱ δὲ μᾶλλον ἀρετὴν καὶ ἁγιασμὸν ὑποκρινόμεναι, μετὰ θείων ψαλτῳδημάτων ἐνίοτε χαρτογραφοῦσι τὰ μέλλοντα, καὶ κριθοφοροῦσι τὰ ἄδηλα, καθὼς ποιοῦσι καὶ αἱ λεγόμεναι κρίτειαι, καὶ οἱ σακκενδυτοῦντες, καὶ οἱ ῥακενδυτοῦντες ἠΰγλυφοι, ἠΰκομοι, μοναχοί. καὶ οὗτοι γὰρ πλανῶντές τε καὶ πλανώμενοι, τὰ μέλλοντα προφοιβάσουσιν, ὡς ἐξ ὑποφητείας ἀγγελικῆς. διά τοι τοῦτο ὀφείλουσιν οἱ μὴ ἀρνησάμενοι τὸν θεὸν, ἀλλὰ διὰ λεξουρείαν, ἁγιωσύνην ὑποκρινόμενοι, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, μετριωτέρως καὶ μὴ κατὰ τοὺς ἀρνησιθέους κολάζεσθαι. εἰ δὲ εἴπῃς τὰ κριθοφόρα, καὶ γοητευτικὰ γραΐδια δαίμονας ἐπικαλεῖσθαι, ἐξ ἀνάγκης καὶ αὗται κατὰ τοὺς μάντεις καὶ μάγους ἐσχάτως ἐπιτιμηθήσονται. ἀνάγνωθι καὶ τὸν πγ΄. κανόνα τοῦ παρόντος ἁγίου, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ.

Κανὼν ογ΄.

Ὁ τὸν Χριστὸν ἀρνησάμενος, καὶ παραβὰς τὸ τῆς σωτηρίας μυστήριον, ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ τῆς ζωῆς αὐτοῦ προσκλαίειν ὀφείλει, καὶ ἐξομολογεῖσθαι χρεωστεῖ, ἐν τῷ καιρῷ ᾧ ἐκβαίνει τοῦ βίου τῶν ἁγιασμάτων ἀξιούμενος πίστει τῆς παρὰ θεοῦ φιλανθρωπίας.

Ἑρμηνεία.

Ὁ μὲν κανὼν σαφής ἐστι. διορίζεται γὰρ τοὺς ἀρνησαμένους τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ μὴ δεξαμένους τὸ μυστήριον τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας αὐτοῦ, προσκλαίειν καὶ ἐξομολογεῖσθαι παρ' ὅλον τὸν τῆς ζωῆς αὐτῶν χρόνον· κατὰ μόνας δὲ τὰς τελευταίας ἀναπνοὰς ἀξιοῦσθαι τῆς τῶν ἁγιασμάτων μεταλήψεως. τῆς δὲ ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου, καὶ τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Πέτρου, μηδένα τοιοῦτον καθυποβαλλόντων ἐσχάτῳ ἐπιτιμίῳ ἀκοινωνησίας, καὶ διὰ τοῦτο ἐναντιουμένων τῷ παρόντι κανόνι, εἰπὲ ὅτι ἀνάλογα ἔθεντο οἱ πατέρες τὰ ἐπιτίμια πρὸς τοὺς ἰδίους καιρούς.

οἱ μὲν ἦσαν ἐν καιροῖς σφοδρῶν διωγμῶν, ὅτε καὶ ἡ πίστις ἀστήρικτος ἦν, καὶ διὰ τοῦτο τοῖς παραπίπτουσι μετριώτερον προσεφέροντο, συγκαταβαίνοντες διὰ τὴν ἀνάγκην τῶν διωκτῶν. ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐν καιρῷ τυγχάνων ὅτε ἡ πίστις ἐπλατύνθη καὶ βεβαιοτέρα ἐγένετο, σφοδρότερον προσεφέρετο τοῖς ἀρνουμένοις τὴν πίστιν. ἢ εἰπὲ ὅτι οἱ μὲν πατέρες διετάξαντο περὶ τῶν κατὰ βίαν τυραννικὴν ἀρνησαμένων τὸν Χριστὸν, καὶ διὰ τοῦτο κουφίζουσι τὰ ἐπιτίμια· ὁ δὲ παρὼν κανὼν διατάττεται περὶ τῶν ἑκουσίως καὶ χωρὶς ἀνάγκης τινὸς ἀρνησαμένων τὸν Χριστὸν, καὶ διὰ τοῦτο βαρεῖαν κόλασιν ἐπάγει αὐτοῖς. τὸ δὲ προσκλαίειν τούτους καὶ ἐξομολογεῖσθαι δι' ὅλης τῆς οἰκείας ζωῆς, λέγουσί τινες μὴ ἐκλαμβάνεσθαι εἰς τὸ ἵστασθαι αὐτοὺς καὶ εἰς τὸν τόπον τῶν προσκλαιόντων. τοῦτο γὰρ φασὶν ἔξω τῆς συμπαθείας ἐστὶ τοῦ ἁγίου καὶ τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας τῆς νικώσης πᾶσαν ἁμαρτίαν, διὸ καὶ ἀξιοῦσι προσκλαίειν μὲν τούτους, καὶ ἐξομολογεῖσθαι τὸ ἁμάρτημα δι' ὅλης τῆς οἰκείας ζωῆς, τοὺς τόπους δὲ τῶν ἐπιτιμίων ἀνύειν κατὰ τοὺς κανόνας τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου· τῆς μέντοι μεταλήψεως τῶν ἁγιασμάτων οὐκ ἀξιωθήσονται, εἰ μὴ ἐν ταῖς τελευταίαις ἀναπνοαῖς. ταύτῃ δὲ τῇ γνώμῃ συντίθεται καὶ αὐτὸς, ὡς φιλανθρωποτέρᾳ, καὶ ὅτι οὐδὲ ἀπὸ τῶν ῥημάτων τοῦ ἁγίου ἀναφαίνεται τὸ ἵστασθαι τὸν οὕτως ἡμαρτηκότα εἰς τὸν τόπον τῶν προσκλαιόντων.

Qui enim erant tempore vehementium persecutionum, quando fides etiam non erat valde stabilis, proptérea in eos qui labebantur, se mitius gerebant, concedentes propter persecutorũ necessitatem. Magnus autem Basilius qui erat eo tempore quo fides dilatata firmiórque facta est, fuit vehemẽtior in eos qui fidem negabant. Vel dic, quòd patres quidem de ijs statuerunt qui per vim tyrannicam Christum negarunt, & ideò pœnas mitigãt. Præsens autem can. de iis decernit qui sua sponte, & sine aliqua necessitate Christum negauerunt, & propterea grauem illis pœnam inflixit. Illos autem deflere, & per totam vitam confiteri, dicunt nonnulli, non accipi ad hoc vt ponãtur in loco deflentium. Hoc enim inquiunt, est à sancti misericordia, & Dei clemẽtia, quæ vincit omne peccatum, aliena; & ideo volũt eos quidem deflere, & peccatum confiteri toto vitæ tempore, sed loca pœnarũ peragrare secundum canones Ancyranæ syn. sed sacramentorum communione digni non habebuntur, nisi in extrema respiratione. Ei autem sententiæ assentior & ipse, vt humaniori, & quòd nec ex sancti quidem verbis apparet eum qui sic peccauit statui in loco peccatorum deflentium.

Κανὼν οδ'.

Ἂν μέντοι ἕκαστος τῶν ἐν τοῖς προγεγραμμένοις ἁμαρτήμασι γενομένων, σπουδαῖος γένηται ἐξομολογούμενος, ὁ πιστευθεὶς τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας λύειν καὶ δεσμεῖν, εἰ φιλανθρωπότερος γένοιτο, τὸ ὑπερβάλλον τῆς ἐξομολογήσεως ὁρῶν τοῦ ἡμαρτηκότος, εἰς τὸ ἐλαττῶσαι τὸν χρόνον τῶν ἐπιτιμίων, οὐκ ἔστι καταγνώσεως ἄξιος, τῆς ἐν ταῖς γραφαῖς ἱστορίας γνωριζούσης ἡμῖν, τοὺς μετὰ μείζονος πόνου ἐξομολογουμένους ταχέως τὴν τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν καταλαμβάνειν.

Canon LXXIIII.

Sin autem vnusquisque eorum qui in prædictis peccatis fuêre, confessus bonus euaserit, & is cui à Dei benignitate ligandi & soluendi credita est potestas, si fiat clementior, videns summam eius, qui peccauit confeßionem ad diminuendum pœnarum tempus, non erit dignus damnatione, cùm quæ est in scripturis, nobis historia significet, quòd qui cum maiori labore confitentur, Dei misericordiam celeriter apprehendant.

Ἑρμηνεία.

Ἵνα μή τις ἀκηδιάσῃ διὰ τὸ ἐπιτεταμένον τῶν χρονικῶν ἐπιτιμίων, φησὶν ὁ ἅγιος, ὡς ὁ κατὰ χώραν ἀρχιερεὺς ὁ κατὰ τὸν ἐν ἀποστόλοις κορυφαιότατον Πέτρον τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἐμπιστευθεὶς,

Schol. Bals. Ne quis propter temporalium pœnarum longitudinem tristitia afficiatur, dicit sanctus quod regionis pontifex, cui quemadmodum & summo inter Apostolos Petro regni cælorum à Deo claues creditæ fuerunt,

ligandique & soluendi potestatem accepit, si viderit eum qui propter aliquod peccatum pœna affectus est cum gratiarum actione pœnarum medelam suscepisse, & ardentiore studio pœnitentiam ostendere, tempus pœnæ diminuet, non timens condemnationem tanquam qui vtique canonicam temporis pœnarum definitionem transgrediatur. Docet enim nos scriptura, quòd qui iam maiori labore confitentur, eos Dei misericordia celeriter apprehendit. Et in his quidem can. Tu autem lege xxxix. cap. ix. tit. Nomocan. Photij, & leges quæ in ea sitæ sunt, & ex his scies quòd est differentia iudicum, qui pronunciant corporales punitiones aduersus eos qui sunt criminibus obnoxij, & Episcopos qui decernunt pœnas ecclesiasticas aduersus eos qui animæ peccata confitentur. Illi enim pœnas à lege constitutas nec possunt augere, nec minuere sine iussu Imperatoris. Hi verò nostrorum peccatorum onera suscipientes, tanquam Deo pro nobis rationes reddituri, pro suo arbitratu pœnas & augent, & minuunt, & ideo in eorum est potestate non solum pœnarum tempora minuendi, sed etiam pœnas commutandi. Etsi enim constitutum est, vt qui peccauit, hanc carnem non comedat nec cum fidelibus consistat, similiter nec sit diuinorum sacramentorum particeps: qui tamen confessionem suscepit pro personæ cui pœna imponitur qualitate, & eius cōfessionis vehementia, & pœnitentiæ studio, has quidem pœnas moderabitur, illas verò multiplicabit. Quare non est accipiendus hic canon vt nonnulli dicebant, ad solam temporis pœnarum diminutionem, sed ad omne pœnæ genus. Cum autem quidam miles in voluntariæ cædis crimen incidisset, & à quodam antistite, post valde modicum tempus, datis scriptis, absolutus esset, potens & sanctus noster Imperator, & dominus, id factum agrè ferens, statuit tempore sanctissimi illius patriarchæ domini Lucæ, vt synodaliter consideraretur,

καὶ ἐξουσίαν λαβὼν δεσμεῖν καὶ λύειν, ἐὰν ἴδῃ τὸν διά τι ἁμάρτημα ἐπιτιμηθέντα μετ' εὐχαριστίας τῶν ἐπιτιμίων τὴν θεραπείαν δεξάμενον, καὶ μετὰ θερμοτέρας σπουδῆς τὴν μετάνοιαν ἐπιδεικνύμενον, ἐλαττώσει τοὺς χρόνους τῶν ἐπιτιμίων, μὴ πτοούμενος κατάγνωσιν, ὡς δῆθεν παραβαίνων τὴν περὶ τῶν χρόνων τῶν ἐπιτιμίων κανονικὴν ἀκρίβειαν. διδάσκει γὰρ ἡμᾶς ἡ γραφή, ὅτι εἰς τοὺς μετὰ μείζονος πόνου ἐξομολογουμένους, ταχέως ἡ φιλανθρωπία καταλαμβάνει τοῦ θεοῦ. καὶ ὁ μὲν κανὼν ἐν τούτοις. σὺ δὲ ἀνάγνωθι τὸ λθʹ. κεφ. τοῦ θʹ. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ καταστρωθέντας νόμους, καὶ μάθῃς ὅτι διαφορά ἐστι τῶν ἀποφαινομένων δικαστῶν κολάσεις σωματικὰς κατὰ τὰ τῶν γεγονότων ὑπευθύνων ἐγκλήματα, καὶ τῶν ὁριζόντων ἐπισκόπων ἐπιτίμια ἐκκλησιαστικὰ κατὰ τῶν ἐξομολογουμένων ἁμαρτήματα ψυχικά. οἱ μὲν γὰρ τὰς ὁρισθείσας ἀπὸ τοῦ νόμου ποινὰς οὔτε αὔξειν οὔτε μειοῦν δύνανται χωρὶς βασιλικῆς κελεύσεως. οἱ δὲ τὰ φορτία τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν ἀναδεχόμενοι, ὡς καὶ λόγους ὑπὲρ ἡμῶν τῷ θεῷ μέλλοντες δοῦναι, κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς καὶ αὔξουσι καὶ μειοῦσι τὰ ἐπιτίμια, διά τοι τοῦτο καὶ ἐξουσίαν ἔχουσι μὴ μόνους τοὺς χρόνους τῶν ἐπιτιμίων ἐλαττοῦν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐπιτίμια μεταμείβειν. κἂν γὰρ ἐπὶ τελείαν τυχὸν ὁρισθῇ τὸν ἡμαρτηκότα τὸ δεῖ τι, μὴ κρεωφαγῆσαι, μηδὲ συστῆναι τοῖς πιστοῖς, ὡσαύτως μηδὲ μεταλαβεῖν τῶν θείων ἁγιασμάτων, ἀλλ' ὁ τὴν ἐξομολόγησιν δεξάμενος πρὸς τὴν ποιότητα τοῦ ἐπιτιμουμένου προσώπου καὶ τὴν θερμότητα τῆς ἐξομολογήσεως αὐτοῦ, καὶ τὴν σπουδὴν τῆς μετανοίας, τὰ δὲ μὲν τῶν ἐπιτιμίων μετριάσαι δύναται, ἕτερα δὲ πολλαπλασιάσαι, ὥστε μὴ ἐκληπτέον τὸν κανόνα, καθὼς τινες εἶπον, εἰς μόνην ἐλάττωσιν τοῦ χρόνου τῶν ἐπιτιμίων, ἀλλὰ καὶ εἰς ἅπαν εἶδος ἐπιτιμίου. τινὸς δὲ στρατιώτου περιπεσόντος ἑκουσίου φόνου ἐγκλήματι, καὶ παρὰ ἀρχιερέως τινὸς μετὰ μέτριον πάνυ καιρὸν ἐγγράφως ἀθωωθέντος, ὁ κραταιὸς καὶ ἅγιος ἡμῶν βασιλεὺς δυσχεράνας ἐπὶ τῷ γινομένῳ, διωρίσατο ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου κυροῦ Λουκᾶ, σκοπηθῆναι συνοδικῶς,

εἰ καλῶς τῷ στρατιώτῃ ἐπεφιλοτιμήθη ἡ τῶν ἐπιτιμίων ἀθώωσις, κατεσπουδασμένως οὕτω καὶ οἷον εἰπεῖν, οὐ συμπαθῶς, ἀλλὰ προσπαθῶς. τοῦ δὲ ἀρχιερέως τὸν παρόντα κανόνα προβαλλομένου καὶ ἑτέρους μετεωρίζοντας τάχα τὴν ἐπιφορτιζομένην αὐτῷ βαρεῖαν κουφότητα, ἡ ἁγία σύνοδος τοὺς κανόνας ὀρθοτομήσασα κατὰ τὴν ἐνοῦσαν αὐτοῖς ἐκ τοῦ παναγίου πνεύματος θειοτάτην ἔλλαμψιν, τὸν μὲν στρατιώτην καὶ αὖθις ἀλυκτοπέδαις ἐπιτιμίων κανονικῶν καθυπέβαλε· τὸν δὲ ἀρχιερέα μετρίῳ ἀφορισμῷ ἀλειτουργησίας ἐστενοχώρησεν, εἰποῦσα, ὡς τοῖς ἀρχιερεῦσι μὲν ἔξεστιν αὔξειν καὶ μειοῦν τὰ κανονικὰ ἐπιτίμια. ἀραχνιαίοις δὲ μίτοις δεσμεῖν τὰ καλωδίοις ἐν τρισὶ καταδεσμεῖσθαι ὀφείλοντα, οὐκ ἐνεδόθη. λέγεται δὲ ὅτι καὶ διὰ τὴν τοῦ τοιούτου στρατιώτου ὑπόθεσιν ἐξέθετο ὁ κράταιος καὶ ἅγιος ἡμῶν Βασιλεὺς τὴν περὶ τῶν ἑκουσίων φονέων νεαράν. ἣν καὶ ἀνάγνωθι ὄπισθεν κατεστρωθεῖσαν, καὶ διαλαμβάνουσαν μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ταῦτα. περὶ δὲ τῶν γινομένων ἐπ' αὐτοῖς μετὰ τὸ προσδραμεῖν τῇ ἁγιωτάτῃ τοῦ θεοῦ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, ἡ μὲν βασιλεία μου ἀκριβῶς οὐκ οἶδεν· ἀκούει δὲ ὅμως οὐκ ἀγαθά.

Κανὼν οε'.

Ὁ ἀδελφῇ ἰδίᾳ ἐκ πατρὸς ἢ ἐκ μητρὸς συμμιανθείς, εἰς οἶκον προσευχῆς μὴ ἐπιτρεπέσθω παρεῖναι, ἕως ἂν ἀποστῇ τῆς παρανόμου καὶ ἀθεμίτου πράξεως, μετὰ δὲ τὸ ἐλθεῖν εἰς συναίσθησιν τῆς φοβερᾶς ἁμαρτίας, τριετίαν προσκλαιέτω, τῇ θύρᾳ τῶν εὐκτηρίων οἴκων παρεστηκώς, καὶ δεόμενος τοῦ λαοῦ εἰσιόντας ἐπὶ τὴν προσευχήν, ὥστε ἕκαστον μετὰ συμπαθείας ὑπὲρ αὐτοῦ ἐκτενεῖς ποιεῖσθαι πρὸς κύριον τὰς δεήσεις. μετὰ δὲ τοῦτο ἄλλην τριετίαν εἰς ἀκρόασιν μόνην παραδεχθήτω, καὶ ἀκούων τῆς γραφῆς καὶ τῆς διδασκαλίας ἐκβαλλέσθω, καὶ μὴ καταξιούσθω προσευχῆς. ἔπειτα εἴπερ μετὰ δακρύων ἐξεζήτησεν αὐτήν, καὶ προσέπεσε τῷ κυρίῳ μετὰ συντριμμοῦ καρδίας καὶ ταπεινώσεως ἰσχυρᾶς, διδόσθω αὐτῷ ὑπόπτωσις ἐν ἄλλοις τρισὶν ἔτεσι. καὶ οὕτως ἐπειδὰν τοὺς καρποὺς τῆς μετανοίας ἀξίους ἐπιδείξηται, τῷ δεκάτῳ ἔτει εἰς τὴν τῶν πιστῶν εὐχὴν δεχθήτω, χωρὶς προσφορᾶς. καὶ δύο ἔτη συστὰς εἰς τὴν εὐχὴν τοῖς πιστοῖς, οὕτω λοιπὸν καταξιούσθω τῆς τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνίας.

an rectè illi militi concessa esset à pœnis absolutio, tanto in eum studio & per quandam non misericordiam, sed potius animi affectionem. Cum enim antistes præsentem canonem proponeret, & alios moderantes vtique eam quæ illi obiiciebatur nimiam pœnæ leuitatem, sancta syn. canones limitibus circumscribens, secundum diuinissimam inspirationem, quæ ex sancto illis spiritu inerat, militem quidem canonicarum pœnarum rursus compedibus subiecit: antistitem autem ad aliquantum temporis ab officij ac ministerij suspensione puniuit, dicens quod antistitibus quidem licet pœnas canonicas augere, & diminuere: aranearum autem filis ligare, quæ debent tribus rudentibus alligari, non concessum est. Dicitur autem, quod etiam propter illius militis causam edidit potens & sanctus noster Imperator de voluntariis homicidiis Nouellam, quam etiam lege retro sitam, & hæc quoque cum aliis tractantem. De iis autem quæ ab illis fiunt, postquam ad sanctissimam Dei magnam ecclesiam confugerint, imperialis mea maiestas non scit perfectè, audit tamen quæ non bona sunt.

CANON LXXV.

Qui cum propria ex patre, vel ex matre sorore pollutus est, in domum orationis ne permittatur accedere, donec ab iniqua & nefaria actione desistat. Postquam autem in horrendi peccati sensum & animaduersionem venerit, triennio defleat, stans propter fores domus oratoriæ, & rogans populum ingredientem ad orationem, vt vnusquisque pro ipso misericorditer ad dominum intensas fundat preces. Postea autem alio triennio ad solam auditionem admittatur, & scripturam ac doctrinam audiens eiiciatur, & nec oratione dignus habeatur. Deinde si quidem illam cum lacrymis exquisiuit, & Domino cum cordis contritione, & valida humiliatione supplex procidit, detur ei substratio in aliis tribus annis: & sic postquam pœnitentiæ fructus dignos ostenderit, x. anno in fidelium orationes suscipiatur sine oblatione, & cum duobus annis vnà cum fidelibus ad orationem substiterit, sic deinceps dignus habeatur boni communione.

Canon LXXVI.

Idem est decretum in eos quoque qui suas nurus accipiunt.

Schol. Bals. Duo præsentes decernunt canones, quomodo punitur qui cum sua sorore rem habet, etiamsi non ex ambobus ei parentibus coniuncta sit, sed ex vno, quæ Græcè ἑτεροθαλὴς dicitur, & quomodo punitur qui cum sua nuru polluitur, & dicit eos quidem debere extrudi ab ecclesia donec à peccato abstinuerint: postquam autem destiterint distribui in quatuor loca, eorum qui agunt pœnitentiã: & sic sancta communione dignos haberi. Quatuor autem loca xij. annis perficiuntur, lege & ij. caput xiiij. tit. Nomoc. Photij, & nota quòd iis qui desistũt, non iis qui perseuerant in peccato, dãtur pœnæ canonicæ. His enim nihil quod sit fidelium, penitus communicatur.

Canon LXXVII.

Qui mulierem quidem sibi legitimè copulatam dimittit, & aliam ducit, secundum domini sententiam, adulterij iudicio subijcitur, & à patribus nostris canonicè statutum est, vt ij anno defleant, biennio audiãt, triennio substernantur: septimo cum fidelibus consistant: & ita oblatione digni habeãtur, si cum lacrymis pœnitentiam egerint.

Canon LXXVIII.

Eadem autem forma obseruetur, & in iis qui duas sorores in matrimonio accipiũt, etsi diuersis temporibus.

Canon LXXIX.

Ii autem qui in suas nouercas insaniunt, sunt eidem canoni obnoxij, cui & ij qui in suas sorores insaniunt.

Schol. Bals. Eum qui in suam ex altero germine sororem vel suam nurum polluit, xij. annis puniendum statuit sanctus in lxxv. & lxxvj. canone. Nunc autem scilicet in lxxvij. lxxviij. & lxxix. can. iubet, vt qui suas consortes dimittunt, & alias ducunt in matrimonium, quinetiam ij qui duas sorores in matrimonium accipiunt, scilicet post vnius mortem,

Κανὼν ος'.

Ὁ αὐτὸς τύπος καὶ περὶ τῶν τὰς νύμφας ἑαυτῶν λαμβανόντων.

Ἑρμηνεία.

Οἱ παρόντες δύο κανόνες διατάττονται ὅπως ἐπιτιμᾶται ὁ συμφθειρόμενος ἀδελφῇ ἰδίᾳ, κἂν μὴ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν γονέων συνάπτηται αὐτῇ, ἀλλὰ ἐξ ἑνὸς (ἥτις λέγεται καὶ ἑτεροθαλής) καὶ ὅπως ἐπιτιμᾶται ὁ μιανθεὶς μετὰ τῆς νύμφης αὐτοῦ. καὶ φασὶ τούτους ἐξωθεῖσθαι μὲν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας μέχρις ἂν τῆς ἁμαρτίας ἀπόσχωνται. μετὰ δὲ τὸ ἀποστῆναι οἰκονομεῖσθαι εἰς τοὺς δ'. τόπους τῶν ἐπιτιμίων, καὶ οὕτως ἀξιοῦσθαι τῆς ἁγίας μεταλήψεως. οἱ δὲ δ'. τόποι ἀνύονται διὰ χρόνων δώδεκα. ἀνάγνωθι καὶ τὸ δεύτερον κεφ. τοῦ ιγ'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. καὶ σημείωσαι ὅτι τοῖς ἀφισαμένοις οὐχὶ τοῖς ἔτι ἐμμένουσι τῇ ἁμαρτίᾳ δίδονται τὰ ἐπιτίμια. τούτοις γὰρ ἀκοινώνητα παντελῶς εἰσι τὰ τῶν πιστῶν.

Κανὼν οζ'.

Ὁ μέντοι καταλιμπάνων τὴν νομίμως συναφθεῖσαν αὐτῷ γυναῖκα, καὶ ἑτέραν ἀγόμενος κατὰ τὴν τοῦ κυρίου ἀπόφασιν τῷ τῆς μοιχείας ὑποκεῖται κρίματι. κεκανόνισται δὲ παρὰ τῶν πατέρων ἡμῶν τοὺς τοιούτους ἐνιαυτὸν προσκλαίειν, διετίαν ἐπακροᾶσθαι, τριετίαν ὑποπίπτειν, τῷ ἑβδόμῳ συνίστασθαι τοῖς πιστοῖς, καὶ οὕτω τῆς προσφορᾶς καταξιοῦσθαι, ἐὰν μετὰ δακρύων μετανοήσωσιν.

Κανὼν οη'.

Ὁ αὐτὸς κρατείτω τύπος καὶ ἐπὶ τῶν δύο ἀδελφὰς λαμβανόντων εἰς συνοικέσιον, εἰ καὶ κατὰ διαφόρους χρόνους.

Κανὼν οθ'.

Οἱ δὲ ταῖς μητρυιαῖς ἑαυτῶν ἐπιμαινόμενοι τῷ αὐτῷ ὑπόκεινται κανόνι ᾧ καὶ οἱ ταῖς ἑαυτῶν ἀδελφαῖς ἐπιμαινόμενοι.

Ἑρμηνεία.

Τὸν εἰς ἑτεροθαλῆ ἀδελφὴν ἢ οἰκείαν μιανθέντα ἐπὶ δωδεκαετίαν ἐπιτιμᾶσθαι διωρίσατο ὁ ἅγιος ἐν τῷ οε'. καὶ ος'. κανόνι. ἀρτίως δὲ ἤγουν ἐν τῷ οζ'. ἐν τῷ οη'. καὶ ἐν τῷ οθ'. κανόνι, παρακελεύεται τοὺς καταλιμπάνοντας τὰς ἑαυτῶν συμβίους, καὶ ἑτέρας πρὸς γάμον ἀγομένους, ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς λαμβάνοντας εἰς συνοικέσιον δύο ἀδελφὰς πάντως μετὰ θάνατον τῆς μιᾶς,

καὶ τοὺς μιαινομένους μετὰ τῶν μητρυιῶν αὐτῶν, ὡς μοιχοὺς ἐπιτιμᾶσθαι. προστίθησι δὲ ἐν τῷ ος'. κανόνι, τὸν καταλιμπάνοντα τὴν οἰκείαν γυναῖκα, καὶ συναπτόμενον μεθ' ἑτέρας, ἐπὶ ἑπταετίαν ἐπιτιμᾶσθαι παρὰ τῶν πατέρων, καὶ οὕτως ἐὰν μετὰ δακρύων μετανοήσωσι τῆς ἁγίας μεταλήψεως ἀξιοῦσθαι. τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐρεῖ τις ὡς τοῦ νη'. κανόνος ἐν ιε'. ἔτεσι τὸν μοιχὸν ἐπιτιμῶντος, καὶ τοῦ παρόντος κανόνος ἐν ζ'. ἔτεσι λέγοντος ἐπιτιμᾶσθαι παρὰ τῶν πατέρων τοὺς καταλιμπάνοντας τὰς οἰκείας γυναῖκας, καὶ ἑτέραις συναπτομένους, τίνι προσέχειν ὀφείλομεν; Λύσις. τοῖς ἐν τῷ νη'. κανόνι περιεχομένοις. ἐνταῦθα γὰρ οὐχ ὡς ὅρον ἔθετο ὁ ἅγιος τὴν τῶν πατέρων διατύπωσιν, ἀλλ' ὡς ἀνάμνησιν, καὶ ἵνα γινώσκωμεν τίτε παρ' ἐκείνων προώρισται, καὶ τί παρὰ τούτου μεθώρισται, καὶ δηλοῦται τοῦτο ἐκ τοῦ εἰπεῖν τὸν ἅγιον ὀφείλειν τούτους ἐπιτιμᾶσθαι κατὰ μοιχούς. Εἰ δέ τις ἐρεῖ νόμιμον γενικὸν λέγον, κρατεῖν τὰ ἐκπεφωνημένα παρὰ τὰ σεσιωπημένα, ἀκουσάτω ὅτι εἰ μὲν ἑτέρου ἦν ἁγίου κανὼν ὁ ἐπὶ ιε'. ἔτη τοὺς μοιχοὺς ἐπιτιμῶν, ἴσως ἂν εἶχε τὸ λόγον τὸ λεγόμενον. ἐπεὶ δὲ τοῦ αὐτοῦ ἁγίου καὶ ἀμφότεροι οἱ κανόνες εἰσίν, ἐξ ἀνάγκης τῷ παρὰ τούτου μεταγενεστέρως ὁρισθέντι προσέχειν ὀφείλομεν, ὡς εἰ δὴ καὶ ἐκφωνηθέντι, διὰ τοῦ νη'. κανόνος. περὶ δὲ τῶν καταλιμπανόντων τὰς οἰκείας γυναῖκας, ἀνάγνωθι καὶ τὸν μη'. κανόνα τοῦ παρόντος ἁγίου πατρὸς, καὶ τὸ παρατέλευτον θέμα τοῦ τελευταίου κεφαλαίου τοῦ λζ'. τίτλου τοῦ ξ'. βιβλίου λέγον, ὁ δύο γυναῖκας ἔχειν πειρασθεὶς οὐ νόμῳ ἀλλὰ φάκτῳ προαιρέσεως, καλῶς ὑποκείσεται τῷ τῆς μοιχείας ἐγκλήματι. ἡ δὲ εἰς ὕστερον αὐτῷ γαμηθεῖσα, εἰ ἠγνόει αὐτὸν ἔχειν νόμιμον γαμετὴν, συγγνωσθήσεται. ἀνάγνωθι καὶ τὸν β'. κανόνα τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου λέγοντα, τοὺς τοιούτους ἐξωθεῖσθαι τῆς ἐκκλησίας μέχρι θανάτου. καὶ μὴ ἐναντιωθῇ σοι, ἀλλ' εἰπὲ τὸν μὲν τῆς διαληφθείσης συνόδου κανόνα ὁροθετηθῆναι περὶ τῶν ἐχομένων τοῦ κακοῦ. τὸν δὲ παρόντα περὶ τῶν ἀποστάντων καὶ ἐξομολογησαμένων. καὶ διὰ τοῦτο, ἐκεῖνοι μὲν ἀκοινωνησίᾳ παντελεῖ κατακρίνονται. οὗτοι δὲ πεντεκαίδεκα ἔτεσιν ἐπιτιμῶνται. σημείωσαι δὲ ἀπὸ τῶν παρόντων κανόνων

& qui cum suis nouercis polluuntur, vt adulteri puniantur. Addit autem lxxvj. canon, vt qui suam vxorem relinquit, & alij coniungitur, à patribus septennio puniatur: & sic si cum lacrimis pœnitentiam egerit, sancta communione dignus habeatur. Hæc cum ita se habeant, dicit quispiam quod cum lviij. can. in quindecim annis puniat adulterum, & præsens canon dicat septem annis puniri eos qui suas vxores dimittunt, & aliis coniunguntur, quid nobis sit sequendum? Sol. Ea B quæ in lviij. can. continentur. Hic enim sanctus patrum definitionem, non vt decretum, sed vt in memoria reuocationem adduxit, & vt sciamus quid ab illis prius statutum est, & quid ab ipso contra statutum: & hoc significatur, ex eo quod dicit sanctus debere eos puniri, vt adulteros: si quis autem dicat generale iuris dictum seruari, Expressa plus valere quàm tacita, audiet: quod si esset quidam alius sancti can. qui xv. annis puniret adulteros, rationem fortasse haberet C quod dicitur. Quia autem sunt etiam eiusdem sancti vtrique canones, necessario, quod ab eo posterius cautum est, attendi debet, vt quod iam esset editum per lviij. canonem. De iis autem qui suas vxores relinquunt, lege etiam xxxviij. canonem præsentis sancti patris: & antepenultimum thema vlt. cap. xxxvij. tit. lx. lib. quod dicit, Qui duas vxores habere tentauit, non lege, sed facto voluntatis, rectè adulterij crimini subiicitur. Quæ autem illi D nupsit posterior, si nesciret eum habere vxorem legitimam, ei venia dabitur. lege & ij. canonem Neocæsar. synodi, qui dicit eos ab ecclesia ad mortem vsque expelli, & ne tibi contrarius esse videatur, sed dic ante dictæ quidem synodi canonem statutum esse de iis qui in modo persistunt: præsentem vero de iis qui destiterunt, & confessi sunt, & propterea illi quidem perfecta excommunicatione damnantur: hi vero quindecim annis puniuntur. Nota autem ex præsentibus canonibus

quod non solum in his peccatis, sed etiam in reliquis cessatio dat locum pœnis. Qui enim in malo perseuerat, etiamsi millies punitus fuerit, & toties bonum fecerit, habet vulnus immedicabile, quod vinculis quæ cicatricem inducunt non constringitur. Nota præterea, quod quæ præsenti canone continentur, præterea quæ ab ecclesia apertè suscepta sunt, exoluere, & qui eis vtitur, iudaizat. Ecce enim apparet, quod etiam apud sanctos patres leges susceptæ sunt quæ ratione cognationis matrimonia prohibent. Porro lex quoque antiqua, quæ permittit vt frater defuncti eius vxorem accipiat, vt fratri semen suscitet, in vsu non est. Porrò Latini quoque qui matrimonia, quæ ratione cognationis vetita sunt, indiscriminatim contrahunt, in canonem impingunt.

Canon XC.

Patres polygamiam silentio prætermisere, vt beluinam, & penitus ab hominum genere alienam. Nobis autem probatur eam maius esse fornicatione peccatum, & ideo consentaneum est vt ij canonibus subijciantur, vt scilicet postquam anno fleuerint, & tribus substrati fuerint, sic suscipiantur.

Schol. Bals. Cum sanctus in iiij. can. de trigamis, & polygamis ea definisset, quæ spiritus sanctus per eius manum dextram pulchrè describenda curauit, nunc dicit, quòd patres quidem nihil de polygamia dixerunt, sed eam de industria silentio prætermiserunt, vt beluinam, & ab hominum instituto alienam: sibi autem videtur eam esse fornicatione deteriorem. Quare & eũ qui polygamiæ impuritate propter rationis inopiam alligatus est, canonicis esse pœnis subiiciendum decreuit: scilicet vt stet anno cum deflentibus, tribus annis sit in substratione, & cùm catechumenis ingrediatur, & sic admittatur. Rogauerit autem quispiam, cùm prædictus iiij. canon contineat trigamiam & polygamiam castigatam fornicationem esse à patribus nominatam, eásque in omnibus exequet: quomodo dicit præsens canon fuisse polygamiam à patribus silẽtio prætermissam & eius peccatum fornicationem superare?

ὅτι οὐ μόνον εἰς ταῦτα τὰ ἁμαρτήματα, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ λοιπὰ ἡ ἀπόστασις δίδωσι χώραν τοῖς ἐπιτιμίοις· ὁ γὰρ ἐπιμένων τῷ κακῷ, κἂν μυριάκις ἐπιτιμηθῇ, καὶ τοσαυτάκις ἀγαθοεργήσῃ, ἀΐατον ἔχει τραῦμα, μὴ συσφιγγόμενον καταδέσμοις οὐλωτικοῖς. ἔτι σημείωσαι ὅτι τὰ τοῦ παλαιοῦ νόμου αὐτῶν ὧν ῥητῶς ἐδέξατο ἡ ἐκκλησία, ἐκόλασεν, καὶ ὁ χρώμενος τούτοις, Ἰουδαΐζει. Ἰδοὺ γὰρ ἀναφαίνεται ὅτι καὶ παρὰ τοῖς ἁγίοις πατράσιν οἱ νόμοι ἐδέχθησαν, οἱ τοὺς ἐξ ἀγχιστείας γάμους κωλύοντες, καὶ ὁ νόμος ὁ παλαιὸς ὁ ἐπιτρέπων τὸν τοῦ τελευτήσαντος ἀδελφὸν λαμβάνειν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, ὥστε ἀναστήσῃ σπέρμα τῷ ἀδελφῷ, ἠπράκτησε, καὶ οἱ Λατῖνοι δὲ, οἱ τὰ ἐξ ἀγχιστείας συνοικέσια ἀδιαφόρως συναλλάττοντες, τῷ κανόνι προσκρούουσιν.

Κανὼν ϟ'.

Τὴν πολυγαμίαν οἱ πατέρες ἀπεσιώπησαν, ὡς κτηνώδη, καὶ παντελῶς ἀλλοτρίαν τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων. ἡμῖν δὲ παρίσταται πλεόν τι πορνείας εἶναι τὸ ἁμάρτημα, διὸ εὔλογον τοὺς τοιούτους ὑποβάλλεσθαι τοῖς κανόσι. δηλονότι ἐνιαυτὸν προσκλαύσαντας, καὶ ἐν τρισὶν ὑποπεσόντας, οὕτω δεκτοὺς εἶναι.

Ἑρμηνεία.

Ἐν τῷ δ'. κανόνι, περὶ τριγάμων καὶ πολυγάμων ὁρθητήσας ὁ ἅγιος, ὅσα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τῆς αὐτοῦ ἐκαλλιγράφησε δεξιᾶς, ἄρτι φησὶν ὡς οἱ μὲν πατέρες οὐδὲν περὶ πολυγαμίας εἰρήκασιν, ἀλλὰ τῷ τῆς ἀφασίας σκότει ταύτην ἐκάλυψαν, ὡς κτηνώδη, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης ἀπεξενωμένην διαγωγῆς. αὐτῷ δὲ δοκεῖ ταύτην εἶναι χείρονα τῆς πορνείας. διὸ καὶ τὸν τῇ τῆς πολυγαμίας ἀκαθαρσίᾳ ἐξ ἀλόγου καταδεθέντα κανονικοῖς ἐπιτιμίοις καθυποβάλλεσθαι διωρίσατο. δηλονότι ἐπὶ ἐνιαυτὸν μετὰ τῶν προσκλαιόντων ἵστασθαι, ἐπὶ τρισὶν ἐνιαυτοῖς ἐν ὑποπτώσει εἶναι, καὶ μετὰ τῶν κατηχουμένων ἐξιέναι, καὶ οὕτω δέχεσθαι. ἐρωτήσει δέ τις, ὡς τοῦ διαληφθέντος τετάρτου κανόνος διαλαμβάνοντος τὴν τριγαμίαν πορνείαν κεκολασμένην παρὰ τῶν πατέρων ὀνομασθῆναι, καὶ ἐξισοῦντος ἐν πᾶσι ταύτας, πῶς ὁ παρὼν κανὼν φησιν, ἀποσιωπηθῆναι τὴν πολυγαμίαν παρὰ τῶν πατέρων, ὑπερκεῖσθαι δὲ καὶ τῆς πορνείας τὸ ταύτης ἁμάρτημα;

Λύσις.

Λύσις. τριγαμία μὲν τῷ νόμῳ ἐπιγινώσκεται. A τετραγαμία δὲ καὶ ἐφεξῆς, οὔτε τοῖς κανόσιν, οὔτε τοῖς νόμοις ἐδέχθη. πᾶν οὖν γαμικὸν συνάλλαγμα τοὺς ὅρους ὑπερβαῖνον τῆς τριγαμίας πολυγαμία ὀνομάζεται. ἐκεῖσε τοίνυν περὶ τριγαμίας ὁρισθητὴν, ὠνόμασεν οὐ τὴν πολυγαμίαν κεκολασμένην πορνείαν, ἀλλὰ τὴν τριγαμίαν, διὰ τὸ ἐπιγινώσκεσθαι ταύτην καὶ τῷ νόμῳ καὶ μὴ διασπᾶσθαι παρὰ τῆς ἐκκλησίας, καθὼς τοῦτό φησιν ὁ κανών. ἐντεῦθεν δὲ περὶ πολυγαμίας διαταττόμενος, εἴρηκε ταύτην καὶ πορνείας εἶναι χείρονα. καὶ B εἰκότως. ὁ μὲν γὰρ πορνεύων ἑαυτὸν καὶ μόνον ἀδικεῖ, ὡς εἰς τὸν ἀκολασίας δυσιέξιτον βόθυνον ἐπιρρίπτων ἑαυτὸν ἑκοντί· ὁ δὲ τέταρτον ἢ πέμπτον γάμον ποιησάμενος καταπορχεῖται μὲν τῶν θείων κανόνων, καὶ νόμων τῶν κωλυσάντων τὸ ἀθέμιτον τοῦτο ἔργον· ἀδικεῖ δὲ καὶ τοὺς γνησίους παῖδας τούτου, ὡς τοῖς γνησίοις ἀδελφοῖς αὐτοῦ ὑποσπείρων νόθων παραχαραττόντων ζιζάνια. ἵνα οὖν ἀπόσχωνται οἱ πιστοὶ τῶν τοιούτων ἀθέσμων γάμων, ὥρισεν ὁ ἅγιος ἐπὶ πλέον τῶν πορνευ- C σάντων τοὺς τοιούτους κολάζεσθαι μετὰ τὴν ἐξομολόγησιν καὶ τοῦ κακοῦ τὴν ἀπόστασιν. ἔτι ἐρωτήσει τις, ὡς τῆς πορνείας ἐπὶ ἑπταετίαν ἐπιτιμωμένης, καθὼς τοῦτο παρίσταται ἀπὸ τοῦ νθ΄. κανόνος, πῶς ὁ παρὼν κανὼν ὀνομάζων τὴν πολυγαμίαν χείρονα τῆς πορνείας, ἐπιτιμᾷ αὐτὴν ἐπὶ δ΄. ἐνιαυτοῖς; Λύσις. τινὲς λύοντες τὸ ἀμφίβολον ἐπὶ τετραετίαν εἶπον κολάζεσθαι τοὺς πόρνους, χρώμενοι καὶ τῷ κβ΄. κανόνι τοῦ ἁγίου πατρὸς. σὺ δὲ ἀνάγνωθι τὸν θ΄. κανόνα, καὶ τὴν ἑρμηνείαν αὐτοῦ, καὶ εἰπὲ ὅτι ὁ μὲν πόρνος ἐπὶ ἑπταετίαν D ἐπιτιμᾶται, ὁ δὲ πολυγαμήσας, καὶ ὑπὲρ ἑπταετίαν. ἐπεὶ γὰρ δ΄. εἰσὶ τόποι τῶν ἐπιτιμίων, καὶ ὡρίσθη τοῦτον ἐπὶ ἐνιαυτὸν προσκλαίειν, καὶ ἐν τρισὶν ὑποπίπτειν ἀναλόγως καὶ τοὺς λοιποὺς τόπους δουλεῦσαι ἀναγκασθήσεται, δῆλον ὅτι τὸν τοῦ ἀκροωμένου, καὶ τὸν τοῦ συνεστῶτος, καὶ εἰ μὴ εἰς πλέον ἐστὶν οὗτοι παρεκτεῖνωσιν, ἀλλά γε τέως εἰς τετραετίαν συμποσωθήσονται, ὡς εἶναι τοὺς ὅλους χρόνους τοῦ ἐπιτιμίου ὀκτώ. ὅτι δή τινες πολυγαμίαν ἐντεῦθεν τὴν ἀδιάφορον πορνείαν ὠνόμασαν,

A Sol. Trigamia quidem à lege agnoſcitur, Tetragamia autem, & deinceps, nec canonibus, nec legibus admiſſa eſt. Omnis ergo matrimonialis contractus, qui trigamiæ limites excedit, nominatur polygamia. Illic itaque ſanctus de trigamia ſtatuens, eam caſtigatam fornicationem nominauit, ſed non polygamiam, quoniam illa quidem à lege agnoſcitur, & non ab eccleſia diuellitur, quemadmodum dicit canon decimus. Hic autem de polygamia decernens, dixit eam eſſe fornicatione deteriorem, & merito: Qui enim fornicatur, ſe ipſum atque adeo ſolũ iniuria afficit: vt qui ſe in profundiſſimum intemperantiæ antrum ſua ſponte iniiciat. Qui autem quartum vel quintum matrimonium contrahit, is legibus & canonibus inſultat, qui nefarium hoc opus prohibuerũt. ſuos quoque germanos filios iniuria afficit, vt qui germanis eorum ſatis adultera deprauatorum ſeminum zizania adſeminet. vt ergo fideles ab eiuſmodi illicitis matrimoniis abſtineant, ſtatuit ſanctus, vt ij pluſquam fornicatores puniantur, poſtquam confeſſi fuerint, & à malo deſtiterint. Præterea interrogauerit quiſpiam, cùm fornicatio ſeptennio puniatur, vt hoc ex lix. canone probatur, quomodo præſens canon, qui polygamiam fornicatione deteriorem nominat, punit eam quatuor annis? Sol. Nonnulli quidem dubitationem ſoluentes fornicatores quadriennio puniendos eſſe dixerunt, vtentes etiam xxij. can. ſancti patris. Tu autem lege ix. can. & eius interpretationem, & dic quòd fornicator quidem ſeptennio punitur, Polygamus autem etiam pluſquam ſeptennio. Quoniam autem quatuor ſunt loca pœnarum, & ſtatutũ eſt vt ij quatuor annis defleãt, & in tribus ſubſternantur, cõuenienter in reliquis quoque locis ſeruire cogentur, audientis ſcilicet, & conſiſtentis, & ſi ea non in maius tempus deducantur, ad quatuor quidem certe annorum quantitatem ſaltem redigẽtur, vt ſint omnes anni pœnæ, octo. Quia autem nonnulli polygamiam indiſcriminatim peruadentem fornicationem nominarunt,

audiant quod matrimonium non est A solum coniungi confusiore modo loquendi, sed viri & mulieris coniunctio, & totius vitæ consortium, diuinique & humani iuris societas, & quòd matrimonium non ex sola coniunctione consistit, sed etiam ex eorum qui contraxerunt, affectione. Dicit autem iiij. cap. iiij. tit. 51. lib. Dotem quidem efficit matrimonium, sed dos matrimonium non facit: sed eorum qui simul habitant mutua affectio. De trigamia autem lege & superius positam vnionis de- B cisionem, quæ facta est tempore Constantini Porphyrogennetæ Imperatoris.

Canon LXXX.

Qui in barbarorum incursione fidem in Christum violarunt, factis sacramentis gentilibus & quibusdam nefariis, quæ idolis magicis oblata sunt ab eis gustatis, ij secundum leges à patribus iam editas, & canones dispensentur. Qui enim grauem necessitatem ex tormentis sustinuerunt, & non ferentes labores ad negationem tracti sunt, tribus annis sint non recipiendi, & in duobus audiant, & cum tribus C annis substrati fuerint, sic ad communionem admittantur. Qui autem sine magna necessitate fidem in Christum prodiderunt, & demoniorum mensam attigerunt, & Græca sacramenta iurarunt, tribus quidem annis eiiciantur, duobus audiant, postquam autem in substratione tribus annis orauerint, & in aliis tribus fidelibus ad orationem se substrauerint, sic admittantur ad boni communionem.

Schol. Balsam. Ancyrana synodus satis definiit quid debeat iis fieri qui vi tyrannica idolis sacrificarunt, vel etiam execranda comederunt. His ergo consequenter dicit magnus Basilius, quomo- D do debeant puniri qui hoc fecerunt, vel vt qui supra modum tormentis affecti sint, vel vt qui sine vi magna fidem in Christum prodiderunt. Quia autem in lxxiij. canone eum qui Christum negauit, & salutis mysterium transgressus est, sanctus per totam vitam deflere constituit, morientem autem sacramentis dignum haberi:

ἀκουσάτωσαν ὅτι γάμος, οὐ τὸ συμφθαρῆναι μόνον ἐστὶ κατὰ τὴν κοινοτέραν διάλεκτον, ἀλλὰ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συνάφεια καὶ συγκλήρωσις τοῦ βίου παντὸς, θείου τε καὶ ἀνθρωπίνου δικαίου κοινωνία· καὶ ὅτι ὁ γάμος, οὐκ ἀπὸ μόνης τῆς συναφείας συνίσταται· ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς διαθέσεως τῶν συναλλαξάντων. φησὶ γὰρ τὸ δ'. κεφ. τοῦ δ'. τίτλου τοῦ μα'. βιβλίου· προῖκα μὲν ἀπὸ γάμος, γάμον δὲ προῖκες οὐ ποιοῦσιν, ἀλλ' ἡ τῶν συνοικούντων ἀμοιβαία διάθεσις. περὶ δὲ τριγαμίας ἀνάγνωθι καὶ τὸν ὄπισθεν καταστρωθέντα τόμον τῆς ἑνώσεως τὸν γεγονότα ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ βασιλέως κυρίου Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου.

Κανὼν πα'.

Ἐπειδὴ πολλοὶ ἐν τῇ βαρβάρων καταδρομῇ παρέβησαν τὴν εἰς θεὸν πίστιν, ὅρκους ἐθνικοὺς τελέσαντες, καὶ ἀθεμίτων τινῶν γευσάμενοι τῶν ἐν τοῖς εἰδώλοις τοῖς μαγικοῖς προσενεχθέντων αὐτοῖς, οὗτοι κατὰ τοὺς ἤδη παρὰ τῶν πατέρων ἐξενεχθέντας νόμους, καὶ κανόνας οἰκονομείσθωσαν. οἱ μὲν γὰρ ἀνάγκην χαλεπὴν ἐκ βασάνων ὑπομείναντες, καὶ μὴ φέροντες τοὺς πόνους, καὶ ἑλκυσθέντες πρὸς τὴν ἄρνησιν, ἐν τρισὶν ἔτεσιν ἄδεκτοι ἔστωσαν, καὶ ἐν δυσὶν ἀκροάσθωσαν, καὶ ἐν τρισὶν ὑποπεσόντες, οὕτω δεκτοὶ γενέσθωσαν εἰς τὴν κοινωνίαν. οἱ δὲ ἄνευ ἀνάγκης μεγάλης προδόντες τὴν εἰς Θεὸν πίστιν καὶ ἁψάμενοι τῆς τραπέζης τῶν δαιμονίων, καὶ ὀμόσαντες ὅρκους Ἑλληνικοὺς ἐκβαλλέσθωσαν μὲν ἐν τρισὶν ἔτεσι, καὶ ἐν δυσὶν ἀκροάσθωσαν, ἐν ὑποπτώσει δὲ εὐξάμενοι, ἐν τρισὶν ἔτεσι, καὶ ἐν ἄλλοις τρισὶ συστάντες τοῖς πιστοῖς εἰς τὴν δέησιν, οὕτω δεκτοὶ ἔστωσαν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνίᾳ.

Ἑρμηνεία.

Ἡ ἐν Ἀγκύρᾳ σύνοδος ἱκανῶς διωρίσατο τί ὀφείλει γίνεσθαι εἰς τοὺς ἀπὸ βίας τυραννικῆς θύσαντας τοῖς εἰδώλοις, ἢ καὶ μιαροφαγήσαντας, ἀκολούθως οὖν ἐκείνοις, φησὶ, καὶ ὁ μέγας Βασίλειος, πῶς ὀφείλουσιν ἐπιτιμᾶσθαι οἱ τοιοῦτόν τι ποιήσαντες, ἢ ὡς ἄμετρα βασανισθέντες, ἢ ὡς χωρὶς μεγάλης βίας προδόντες τὴν εἰς θεὸν πίστιν. ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ ογ'. κανόνι ἀρνησάμενον τὸν Χριστὸν καὶ παραβάντα τὸ τῆς σωτηρίας μυστήριον, διὰ βίου προσκλαίειν ὁ ἅγιος ὥρισε, θνήσκοντα δὲ ἀξιοῦσθαι τῶν ἁγιασμάτων

καὶ δοκοῦσιν οἱ κανόνες ἐναντιοῦσθαι, εἰπὲ ὅτι οὐκ ἔστι ταὐτὸν τὸ ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, καὶ τὸ θῦσαι τοῖς δαιμονίοις, ἢ εἰδωλοθύτων γεύσασθαι, ἢ ὅρκους Ἑλληνικοὺς ὀμόσαι. τὸ μὲν γὰρ τῆς πίστεως ἀθέτησίς ἐστι παντελὴς, ταῦτα δὲ μίασμα καὶ δόκησις ἀθετήσεως, καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ πλέον τὸ πρότερον κολάζεται. ἢ ὅτι ἐν ἐκείνῳ μὲν τῷ κανόνι περὶ τῶν αὐτομολησάντων εἰς τὴν ἄρνησιν, καὶ ἄνευ ἀνάγκης ἀθετησάντων τὴν πίστιν, διετάξατο ὁ ἅγιος. ἐν τούτῳ δὲ περὶ τῶν ἡττηθέντων τῇ τῶν βασάνων σφοδρότητι, καὶ περὶ τῶν βίαν παθόντων, κἂν μὴ πάνυ σφοδρὰν, καὶ ἐνδεδωκότων, ὅθεν καὶ μετριώτερον ἐνταῦθα ὑπετύπωσεν ἐπιτίμια. Εἰ τάχα δὲ λέγουσί τινες τὰ τοῦ παρόντος κανόνος σχολάσαι διὰ τὸ τὴν πίστιν τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι ἐπὶ πέτραν ὀρθοδοξίας ἀσφαλῶς στηρίξεσθαι καὶ τοὺς τυράννους λιθοβοληθῆναι παρεμβόλοις μαρτυρικοῖς πρὸ χρόνων πολλῶν, ἀλλὰ καὶ σήμερον πολλοὶ ταῖς τῶν ἀθέων Ἀγαρηνῶν χερσὶν ἁλώσιμοι γινόμενοι, καὶ βασανιζόμενοι τῇ μὲν τὴν ὀρθόδοξον πίστιν ἐξόμνυνται, τῇ δὲ τὴν ἄθεον θρησκείαν τοῦ Μωάμεθ διόμνυνται, ἄλλοι δὲ καὶ ἑκόντι ἑαυτοὺς ἐπιρρίπτουσιν εἰς τὸν τῆς ἀπιστίας βόθρον, οἱ δὴ πάντες κατὰ τὸν παρόντα κανόνα θεραπευθήσονται μετὰ ἐξομολόγησιν, καὶ προσήκουσαν μετάνοιαν. περὶ δὲ μιαροφαγησάντων ἀνάγνωθι τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου διαφόρους κανόνας, καὶ μάθῃς ὅπως καὶ οὗτοι ἐπιτιμῶνται.

Κανὼν πβ'.

Καὶ περὶ τῶν ἐπιορκησάντων εἰ μὲν ἐκ βίας καὶ ἀνάγκης παρέβησαν τοὺς ὅρκους, κουφοτέροις ὑπόκεινται ἐπιτιμίοις, ὥστε μετὰ ἓξ ἔτη πάντως αὐτοὺς δεκτοὺς εἶναι. οἱ δὲ ἄνευ ἀνάγκης προδόντες ἑαυτῶν τὴν πίστιν ἐν δυσὶν ἔτεσι προσκλαυσάμενοι, καὶ ἐν δυσὶν ἀκροασάμενοι, καὶ ἐν πέμπτῳ ἐν ὑποπτώσει εὐξάμενοι, καὶ ἐν δυσὶν ἄλλοις δίχα προσφορᾶς εἰς τὴν κοινωνίαν τῆς προσευχῆς παραδεχθέντες, οὕτω τελευταῖον ἀξιόλογον δηλαδὴ μετάνοιαν ἐπιδειξάμενοι, ἀποκατασταθήσονται εἰς τὴν κοινωνίαν τοῦ σώματος τοῦ κυρίου.

Ἑρμηνεία.

Οἱ καταστρωθέντες νόμοι ἐν τῷ ιθ'. κεφαλ. τοῦ ιγ'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος ἀρκοῦσιν εἰς τὸ παραστῆσαί σοι ποῖοι ὅρκοι ἀναψηλαφῶνται, καὶ ἐντεῦθεν μαθήσῃ τίνες εἰσὶν οἱ ἐπίορκοι,

A & videntur canones inter se pugnare, dic non esse idem negare Christum, & idolis sacrificare, quod Idolis immolata gustare vel Græca sacramenta iurare. Illud enim est perfecta fidei abrogatio, hæc vero inquinamentum & abrogationis existimatio, & propterea primum magis punitur. Vel quod in illo quidem canone, de iis qui abnegationem sua sponte transfugerunt, & sine necessitate fidem contemptui habuere, sanctus decernit: in hoc vero, de iis qui barbarorum vehementia victi sunt, & de iis qui vim passi sunt, licet non valde vehementem, & cesB serunt. Vnde & mitiores hic pœnas descripsit. Sinautem dicunt fortasse nonnulli ea quæ præsenti canone continentur, locum non habere, quòd fides dei gratia supra rectæ opinionis petram apte stabiliatur, & tyranni pluribus ab hinc annis coniectis à martyribus lapidibus obruti sunt: sed tamen multi quoque hodie impiis Agarenorum manibus capti, & torti, aliquando quidem fidem orthodoxam abiurant, aliquando vero in impiam Mohameti religionem iurant. Alij vero sua etiam sponte se in infidelitatis speluncam proiiciut.
C Qui quidem omnes ex hoc præsenti canone curabuntur, post confessionem, & conuenientem pœnitentiam. De iis autem qui execranda comederunt, lege diuersos canones syn. Ancyranæ, & scies quomodo ij puniantur.

CANON LXXXII.

De iis etiam qui peierarunt, si vi quidem & necessitate iuramenta transgressi sunt, leuioribus pœnis subiiciuntur, ut post sex an-
D *nos possint suscipi. Qui autem sine necessitate suam fidem prodiderunt, cum duobus annis defleuerint, & duobus annis audiuerint, & in quinto in substratione fuerint, & in duobus aliis sine oblatione in orationis communionem suscepti extiterint, ita tandem condigna scilicet pænitentia ostensa, in corporis Christi communionem recipientur.*

SCHOL. BALS. Leges sitæ in xviij. can. xiij. tit. præsentis operis sufficiunt ad ostendendum quænam iuramenta retractantur, & ex eis intelliges quinam sint periurii

lxiiij. autem canon & hic præsens magni huius sancti, non docet, quæ nam retractentur sacramenta, sed quomodo puniantur, qui peierarunt. Et in lxiiij. quidem canone indefinitè sanctus pœnæ excommunicationis periurum ad decennium subiecit: hic autem facit diuisionem periurorum: & eos quidem qui peierare necessitate coacti sunt, post sex annos suscipiendos decreuit; eos autem qui sine necessitate, post duodecim condigna ostensa pœnitentia. Atque in his quidem consistit canon. Tu autem dic illos periuros ex hoc canone castigari, qui sua sponte, & per confessionem de peccato triumpharunt, & medelam petiuerunt: non autem illos qui ex aliorum accusatione periurij condemnati sunt. Illi enim cum pœna pecuniaria ab ecclesia quoque magis punientur. Probatio enim, vt superius dictum est, debitum peccati duplicat, & pœnitentia pœnæ trutinam eleuat. Scias autem, quòd periurij peccatum est multiplex, & propterea curatu difficile. Aliter enim punitur qui per contēptum iurauit, & peierauerit, aliter qui per vim, aliter qui per pœnitentiam, aliter qui propter vindictam, aliter qui per dolum, aliter qui iuramentum soluit, quod propter ludicrum quippiam vel etiam abiiciendum factum est: aliter qui corporale iusiurandum transgressus est, aliter qui quod scriptis mandatum est. Et vt semel dicam, in illius qui confessionem suscepit prudentia ac iudicio sita est periurij medela. Ego enim vidi multos qui Hierosolyma proficisci iurauerant ac peierauerant, nulla pœna affectos conseruatos fuisse, & alios qui sine scriptis in caput Imperatoris iurauerāt, acriter fuisse castigatos, & alios qui vi iurauerant, nullo modo punitos. Vidi autem aliquot amoris insania percitos, qui sine periculo sua sacramenta conculcarunt, & ideo opus est ea exactè examinare, & vt decet curare.

ὁ δὲ ξδʹ. κανὼν, καὶ ὁ παρὼν τοῦ μεγάλου τούτου ἁγίου οὐ διδάσκουσι ποῖοι ἀναψηλαφῶνται ὅρκοι, ἀλλὰ πῶς ἐπιτιμῶνται οἱ ἐπιορκήσαντες. καὶ ἐν μὲν τῷ ξδʹ. κανόνι, ἀπαραδιορίστως ὁ ἅγιος ἀκοινωνησίας ἐπιτιμίῳ ἐπὶ δεκαετίᾳ τὸν ἐπίορκον καθυπέβαλεν. ἐνταῦθα δὲ διαίρεσιν ποιεῖται τῶν ἐπιόρκων, καὶ τοὺς μὲν ἐξ ἀνάγκης βιασθέντας ἐπιορκῆσαι, μετὰ ἓξ ἔτη δέχεσθαι διωρίσατο, τοὺς δὲ χωρὶς ἀνάγκης μετὰ δώδεκα, ἐπιδειξαμένους μετάνοιαν ἀξιόλογον. καὶ ὁ μὲν κανὼν ἐν τούτοις. σὺ δὲ ἐκείνους τοὺς ἐπιόρκους εἰπὲ κατὰ τὸν παρόντα κανόνα κολάζεσθαι, τοὺς ἑκόντι καὶ διὰ ἐξομολογήσεως τὸ ἁμάρτημα θριαμβεύσαντας, καὶ θεραπείαν αἰτήσαντας· οὐ μὴν τοὺς ὡς ἐπιόρκους κατακριθέντας ἀπὸ κατηγορίας ἑτέρων· ἐκεῖνοι γὰρ σὺν τῇ χρηματικῇ ποινῇ, καὶ πλειόνως παρὰ τῆς ἐκκλησίας ἐπιτιμηθήσονται· ὁ γὰρ ἔλεγχος, ὡς πολλάκις εἴρηται, διπλασιάζει τὸ τοῦ ἁμαρτήματος ὀφείλημα· καὶ ἡ μετάνοια κουφίζει τῆς τιμωρίας τὴν πλάστιγγα. ἔστω δὲ εἰδὼς ὡς τὸ τῆς ἐπιορκείας ἁμάρτημα πολυειδές ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ δυσθεράπευτον. ἄλλως γὰρ ἐπιτιμᾶται ὁ κατὰ ὀλιγωρίαν ὀμόσας, καὶ ἐπιορκήσας, ἄλλως ὁ κατὰ βίαν, ἄλλως ὁ ἐκ μεταμέλου, ἄλλως ὁ διὰ ἄμυναν, ἄλλως ὁ κατὰ δόλον, ἄλλως ὁ ἀθετήσας ὅρκον γεγονότα, διά τι παιγνιῶδες, ἢ καὶ ἀπόβλητον, ἄλλως ὁ σωματικὸν ὅρκον παραβὰς, ἄλλως ὁ ἔγγραφον. καὶ ἁπλῶς εἰς τὴν διάκρισιν τοῦ δεξαμένου τὴν ἐξομολόγησιν, ἀνάκειται ἡ θεραπεία τῆς ἐπιορκίας. ἐγὼ δὲ εἶδον πολλοὺς ὀμόσαντας ἀπελθεῖν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ ἐπιορκήσαντας, καὶ ἀνεπιτιμήτους συντηρηθέντας· καὶ ἄλλους ἀγράφως ὀμόσαντας εἰς τὴν κεφαλὴν τοῦ βασιλέως, καὶ πικρῶς κολασθέντας· καὶ ἄλλους κατὰ βίαν ὀμόσαντας, καὶ μηδὲ ὅλως κολασθέντας. ἐρωτομανοῦντας δὲ πόσους εἶδον ἐπομοσαμένους καὶ τοὺς ὅρκους ἀκινδύνως καταπατήσαντας· διὸ χρεὼν ἐστὶ τὰ περὶ τούτων ἀκριβῶς ἐξετάζεσθαι, καὶ ἀξίως θεραπεύεσθαι.

Canon LXXXIII.

Qui vaticinantur & gentium consuetudinem sequuntur, & aliquos in ædes suas introducunt ad veneficiorum inuentionem, & eorum expurgationem, cadant in canonem sexennij

Κανὼν πγʹ.

Οἱ καταμαντευόμενοι, καὶ ταῖς συνηθείαις τῶν ἐθνῶν ἀκολουθοῦντες, ἢ εἰσάγοντές τινας εἰς τοὺς ἑαυτῶν οἴκους ἐπὶ ἀνερευνήσει φαρμακειῶν καὶ καθάρσει, ὑπὸ τὸν κανόνα πιπτέτωσαν τῆς ἑξαετίας

ἐνιαυτὸν προσκλαύσαντες καὶ ἐνιαυτὸν ἀκροασάμενοι, καὶ ἐν τρισὶν ἔτεσιν ὑποπίπτοντες, καὶ ἐνιαυτὸν συστάντες τοῖς πιστοῖς, οὕτω δεχθήτωσαν.

Ἑρμηνεία.

Πολλάκις τινὲς τῶν ἁπλουστέρων καὶ ἀσυνετωτέρων χαλεπῶς νοσηλευόμενοι καὶ μὴ εὐκαίρως θεραπευόμενοι, νομίζουσιν ἀπὸ μαγικῆς μαγγανείας ἤτοι φαρμακείας πάσχειν. διὸ καὶ προσέρχονταί τισιν ἐθνικοῖς διϊσχυριζομένοις εἰς τοὐμφανὲς ἀγαγεῖν τὰς φαρμακείας κρυπτομένας καὶ τὴν σωματικὴν ὑγείαν λῃστευούσας τοῦ πάσχοντος, καὶ οὕτω καθάραι τὸν νοσοῦντα ἐκ τοῦ μιάσματος. τοὺς γοῦν οὕτω καταμαντευομένους, καὶ μὴ πιστεύοντας διὰ τῆς ἐπικλήσεως τοῦ ὀνόματος τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς θεομήτορος καὶ πάντων τῶν ἁγίων, πᾶσαν νόσον, καὶ πᾶσαν μαλακίαν θεραπεύεσθαι, καὶ πᾶσαν φαρμακείαν καὶ μαγγανείαν σατανικὴν τῇ δυνάμει καὶ προστασίᾳ τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, ἐκδιώκεσθαι ἀπὸ τῶν πιστῶν, ἀλλ' ἐξακολουθοῦντας μᾶλλον τοῖς τερατολόγοις, καὶ μαγγανοποιοῖς, καὶ ταῖς τῶν ἐθνῶν συνηθείαις, καὶ εἰσάγοντας τοιούτους τινὰς ἐν τοῖς οἴκοις διὰ καθαρισμὸν τάχα τῆς ἀπὸ τῆς φαρμακείας νοσηλείας, φησὶν ὁ ἅγιος, ἐπὶ ἑξαετίαν ἐπιτιμᾶσθαι. ἐπεὶ δή τις ἐναντιοῦσθαι τὸν παρόντα κανόνα τῷ ξε'. κανόνι καὶ τῷ οβ'. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ διορίζονται τοὺς τοιούτους ὡς φονέας ἐπιτιμᾶσθαι, ἤτοι ἐπὶ εἴκοσιν ἐνιαυτοῖς οἰκονομεῖσθαι κατὰ τοὺς ἑκουσίους φονεῖς, ἢ ἐπὶ δέκα ἔτεσι κατὰ τοὺς ἀκουσίους· ὁ δὲ παρών, ἐπὶ ἕξ. οἶμαι δέ, ὅτι διαφορά ἐστι τῶν κανόνων. ὁ μὲν γὰρ ξε'. κανὼν περὶ αὐτουργῶν ἤτοι μάγων καὶ φαρμακῶν ὁροθετεῖ, ὡσαύτως καὶ ὁ οβ'. περὶ τῶν ἐπιδιδόντων ἑαυτοὺς μάντεσιν, ἤτοι φρονούντων ὁμοίως αὐτοῖς. ὁ δὲ παρὼν κανὼν περὶ ἀνθρώπων διέξεισι κατὰ πλάνην ἀκολουθησάντων τοῖς διϊσχυριζομένοις θεραπεύειν καὶ λύειν τὰ μαγικὰ δεσμὰ καὶ νοσήματα, μηκέτι δὲ ἀπὸ τῆς πίστεως μεταστάντων. ὥστε διαφορά ἐστι τῶν αὐτουργησάντων καὶ καταπροδόντων ἑαυτοὺς τοῖς γόησιν, ὥστε καὶ τὴν πίστιν ἀρνήσασθαι. καὶ τῶν μὴ ἀποστάντων μὲν ἀπὸ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, ὀλισθησάντων δὲ διὰ τὸ ὅλως προσελθεῖν τοιούτοις τισίν,

A *& postquam anno defleuerint & anno audierint, in tribus annis substrati, & anno cum fidelibus consistentes, sic admittantur.*

SCHOL. BALSAM. Sæpe quidem simpliciores, & imprudentiores grauius ægrotantes, & non commode curati, existimant se ex magica impostura, vel veneficio ita affici, & ideo ad aliquos etiam gentiles accedunt, asserentes se occulta veneficia in apertum prolaturos, quæ corporalem laborantis sanitatem euertant, & ita se ægrotum ab illo B maleficio purgaturos. Eos ergo qui vaticinantur, & non credunt per inuocationem nominis domini, & dei & seruatoris nostri Iesu Christi, & dei matris, & omnium sanctorum omnem morbum, & omnem ægritudinem curari, omnéque veneficium, & imposturam satanicam, virtute & præsentia præciosæ & viuificæ crucis à fidelibus expelli, sed potius miraculorum ostentatores, præstigiatorésque & gentium consuetudines sequuntur, & eos in ædes suas introducunt ad purgandam forte ægritudinem, quæ ex C veneficio oritur, dicit sanctus esse sexennio puniendos. Dicit autem quispiam hunc canonem aduersari lxv. canoni & lij. Illi enim decernunt, vt ij tanquam homicidæ puniantur, scilicet vt vel xx. annis pœna eis imponatur instar voluntariorum homicidarum, vel decem annos instar inuoluntariorum: hic verò vt sex. Existimo autem esse inter canones differentiam. lxv. enim canon de ipsis opificibus, seu de magicis, & veneficis decernit. Similiter & lxxij. de iis qui se tradunt vatibus, seu de iis qui eadem cum illis sentiunt. Præsens autem canon dis- D serit de hominibus, qui eos per errorem secuti sunt, qui afferunt se magica vincula ac ægritudines soluere & curare, non tamen à fide desciuerunt. Est itaque differentia eorum qui per se exercent, eorúmque qui se tradunt præstigiatoribus, vt fidem etiam negent, & eorum, qui ab orthodoxa fide non defecerunt, lapsi autem sunt quòd ad eos accesserunt.

Et ideo illi quidem longiori tempore puniuntur, hi vero breuiori. Lege etiam ij. can. sancti Gregorij Nyceni ex epistola ad Latoium, qui ea ita diuidit. Ex eo autem, quod canon meminit hominum qui vaticinantur, apparet, vt existimo, quod qui malo abusi sunt, sexennio punientur. Qui autem semel forte errauerunt, & desciuerunt, mitius curabuntur. Cum enim beatæ in domino vitæ coniux pij & religiosi illius domini Alexij Comneni filij incliti imperatoris in grauem morbum incidisset, & medici de eius sanitate desperassent propter multiplicum morborum contrarietatem, quidam ethnici se eam curaturos professi, vt pote quæ magicis artificiis laboraret, effecerunt vt multæ & admirandæ eius fœminæ, & viri etiam examinarentur. Clam autem proiiciebant imagines ex cera factas, & satanicè eorum contrectationem & inuentionem significabant, atque etiam multa alia grauia fecerunt in dei contemptum, & multorum hominum supplicium. Et ipsi quidem impij cum rem efficere non potuissent, euanuerunt. Nobilissima autem illa mulier non modo nihil adiumenti adepta est, sed etiam diuturno morbo vexata vita excessit, malo à se suscepto viatico, diuinorum scilicet canonum aduersus se indignatione, quam deus propter alia eius bona opera alleuare dignetur. post eius autem mortem tempore sanctissimi patriarchæ domini Leonis Stuppæ, nonnulli quidem eius cognati, & etiam subditi, grauiter puniti sunt, vt qui sæpissime vaticinati essent, & satanicæ nefariæ operationi toto animo credidissent. Alij autem mediocri supplicio curati sunt, vt qui non sæpe, nec ex animo malum illud secuti essent. Est itaque canon attendendus, & dei iudicio relinquenda ægrotãtium cura, qui solo verbo dissolutas carnes astringit & colligat, nec se tradere oportet satanicis imposturis, quæ non solam corporum sanitatem auferunt, sed etiam animarum. lege & xx. cap. xiij. tit. præsentis operis, & xxv. cap. ix. tit. & xxiiij. can. syn. Ancyranæ.

καὶ διὰ τοῦτο, ἐκεῖνοι μὲν ἐπὶ πλείοσι χρόνοις ἐπιτιμῶνται. οὗτοι δὲ, ἐπὶ ἥττοσιν. ἀνάγνωθι καὶ τὸν β'. κανόνα τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Νύσσης ἐκ τῆς πρὸς Λητόϊον ἐπιστολῆς οὕτω ταῦτα διαιροῦντα. ἀπὸ δὲ τοῦ μεμνῆσθαι τὸν κανόνα ἀνθρώπων καταμαντευομένων, ἀναφαίνεται ὡς νομίζω, ὅτι οἱ καταχρησάμενοι τῷ κακῷ, ἐπὶ ἑξαετίαν ἐπιτιμηθήσονται· οἱ δὲ ἅπαξ τυχὸν πλανηθέντες καὶ ἀποστάντες μετρίως θεραπευθήσονται). εἶδον γὰρ τοῦτο καὶ πραγματικῶς γεγονός. τῆς γὰρ μακαρίτιδος σεβαστῆς κυρᾶς Ζωῆς, τῆς συμβίου τοῦ πανευσεβεστάτου σεβαστοῦ ἐκείνου κυροῦ Ἀλεξίου κυροῦ Κομνηνοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀοιδίμου σεβαστοκράτορος, νόσῳ περιπεσούσης βαρείᾳ, καὶ τῶν ἰατρῶν ἀπαγορευσάντων τὴν θεραπείαν αὐτῆς διὰ τὴν τῶν πολυειδῶν νοσημάτων ἐναντιότητα, ἐθνικοί τινες ἐπαγγειλάμενοι θεραπεῦσαι αὐτὴν, ὡς δῆθεν ἀπὸ μαγικῶν μαγγανειῶν νοσηλευομένην, συνωθήσαν ἀδίκως ἐτασθῆναι πολλὰς καὶ θαυμαστὰς γυναῖκας αὐτῆς. ἔτι μὴν καὶ ἄνδρας. ἔρριπτον δὲ κρύφα ἐν γωνίαις κηρόπλαστα εἴδωλα, καὶ σατανικῶς παρεμήνυον τὴν τούτων ἀναψηλάφησιν καὶ εὕρεσιν. καὶ ἄλλα δὲ μυρία δεινὰ διεπράξαντο εἰς καταφρόνησιν τοῦ θεοῦ καὶ τιμωρίαν ἀνθρώπων πολλῶν. καὶ αὐτοὶ μὲν οἱ ἄθεοι ἀπρακτήσαντες, ἀφανεῖς ἐγεγόνεισαν. ἡ δὲ πανευγενεστάτη ἐκείνη γυνὴ, οὐ μόνον οὐκ ἀπώνατό τι, ἀλλὰ καὶ τῇ νόσῳ χρονίως προσταλαιπωρηθεῖσα, ἐκ τοῦ βίου μετέστη, κακὸν ἐφόδιον ἐπιφορτισθεῖσα τὴν ἀπὸ τῶν θείων κανόνων κατ' αὐτῆς ἀγανάκτησιν, ἣν ἐπικουφίσαι κύριος ὁ θεὸς διὰ τὰς ἄλλας ἀγαθοεργείας αὐτῆς. μετὰ θάνατον δὲ ταύτης λαχθέντων ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ Λέοντος τοῦ Στυπῶν, τινὲς μὲν τῶν προσγενῶν καὶ τῶν ὑπουργείων αὐτῆς βαρέως ἐπετιμήθησαν, ὡς πλειστάκις καταμαντευσάμενοι. καὶ ὁλοψύχως τῇ σατανιώδει δημιουργίᾳ πιστεύσαντες· ἕτεροι δὲ, διὰ μετρίου ἐπιτιμίου ἐθεραπεύθησαν. ὡς μὴ πλειστάκις μηδὲ ἐνθύμως τῷ κακῷ ἀκολουθήσαντες· προσεκτέον οὖν τῷ κανόνι, καὶ εἰς θεὸν ἀναθετέον τὰς τῶν νοσηλευομένων θεραπείας, τῷ λόγῳ μόνῳ παραλελυμένας σάρκας συσφίγξαντα. καὶ μὴ προδοτέον ἑαυτοὺς εἰς μαγγανείας σατανικὰς, ἀφαιρουμένας μὴ μόνην τὴν τῶν σωμάτων ὑγείαν, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχῶν. ἀνάγνωθι καὶ τὸ κ'. κεφάλαιον τοῦ ιγ'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. καὶ τὸ κε'. κεφ. τοῦ θ'. τίτλου, καὶ τὸν κδ'. κανόνα τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου.

A

Κανὼν πδ'.

Πάντα δὲ ταῦτα γράφομεν, ὥστε τοὺς καρποὺς δοκιμάζεσθαι τῆς μετανοίας. οὐ γὰρ πάντως τῷ χρόνῳ κρίνομεν τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ τῷ τρόπῳ τῆς μετανοίας προσέχομεν. ἐὰν δὲ δυσαποσπάστως ἔχωνται τῶν ἰδίων ἐθῶν, καὶ ταῖς ἡδοναῖς τῆς σαρκὸς μᾶλλον δουλεύειν θελήσωσιν, ἢ τῷ κυρίῳ καὶ τὴν κατὰ τὸ εὐαγγέλιον ζωὴν μὴ παραδέχωνται, οὐδεὶς ἡμῖν πρὸς αὐτοὺς κοινὸς λόγος. ἡμεῖς γὰρ ἐν λαῷ ἀπειθεῖ καὶ ἀντιλέγοντι δεδιδάγμεθα ἀκούειν ὅτι σώζων σῶζε τὴν σεαυτοῦ ψυχήν.

CANON LXXXIIII.

Hæc autem omnia scribimus, vt pœnitentiæ eorum fructus probetur. non enim hoc omnino tempore iudicamus. sed modum pœnitentiæ attendimus. Quòd si qui à propriis moribus non facilè auellantur, & carnis voluptatibus potiúsque deo seruire voluerint, vitámque ex euangelio institutam non admittant, nulla est nobis cum illis communis ratio. Nos enim in inobediente, & contradicente populo audire docti sumus, Seruans serua animam tuam.

B

Ἑρμηνεία.

Ἐν μὲν τῷ οδ'. κανόνι, ὡροθέτησεν ὁ ἅγιος μετριάζεσθαι τὸν χρόνον τοῦ ἐπιτιμίου, εἰς τοὺς ἐπιμελῶς μετανοοῦντας. ἐνταῦθα δέ φησιν ἀπὸ τοῦ ἐπιτιμίου μὴ ἀπολύεσθαι τοὺς ἀμελῶς τοῖς ἐπιτιμίοις δουλεύσοντας. κατὰ τούτων γὰρ διορίζεται τὰ ἐπιτίμια ἐπιτείνεσθαι. τοὺς μέντοι μὴ ἀποστάντας μετὰ ἐξομολόγησιν ἀπὸ τοῦ κακοῦ, ἀλλ' ἐξεχομένους αὐτοῦ, παρακελεύεται μηδὲ λόγου ἀξιοῦσθαι. ἀκούομεν γάρ φησιν ἐκ τῆς γραφῆς, ὅτι σώζων σῶζε τὴν σεαυτοῦ ψυχήν, ἤγουν ὅρα μὴ καὶ σεαυτὸν ἀπολέσῃς ἀδιορθώτοις συγκοινωνῶν. σημείωσαι οὖν δύο κάλλιστα ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος, ὅτι ὥσπερ ἐλαττοῦνται τὰ ἐπιτίμια εἰς τοὺς ἐπιμελῶς δουλεύσοντας τῇ ἐξομολογήσει, οὕτως ἐπιτείνονται εἰς τοὺς ἀμελεῖς. καὶ ὅτι ἐκεῖνοι ἐπιτιμῶνται οἱ ἀφιστάμενοι τοῦ κακοῦ. οἱ γὰρ ἐπιμένοντες ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῶν, ἀκοινωνησίᾳ παντελεῖ κατακρίνονται.

SCHOL. BALS. In lxxiiij. can. definiit sanctus esse moderandum pœnitentiæ tempus in iis qui pœnitentiam sollicitè & diligenter agunt. Hic autem dicit à pœna non liberandos qui pœnis negligenter seruiunt. statuitur enim vt in eos pœnæ aggrauentur, eorum verò qui à malo non desistunt post confessionem, sed in eo perseuerant, iubet nullam haberi rationem. Audimus enim, inquit, ex scriptura, Seruans serua animam tuam. Vide scilicet ne te ipsum perdas cum iis conuersans qui corrigi nequeunt. Nota ergo duo pulcherrima ex præsenti canone, quòd quemadmodum pœnæ iis minuuntur qui confessioni diligenter seruiunt, ita etiam in negligentibus intenduntur, & quòd illi puniuntur qui à malo desistunt. Qui enim in suis cupiditatibus permanent, absoluta excommunicatione condemnantur.

C

Κανὼν πε'.

D

Μὴ τοίνυν καταδεξώμεθα συναπόλλυσθαι τοῖς τοιούτοις, ἀλλὰ φοβηθέντες τὸ βαρὺ κρίμα καὶ τὴν φοβερὰν ἡμέραν τῆς ἀνταποδόσεως τοῦ κυρίου πρὸ ὀφθαλμῶν λαβόντες μὴ θελήσωμεν ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις συναπόλλυσθαι. Εἰ γὰρ μὴ ἐπαίδευσεν ἡμᾶς τὰ φοβερὰ τοῦ κυρίου, μηδὲ αἱ τηλικαῦται πληγαὶ εἰς αἴσθησιν ἡμᾶς ἤγαγον, ὅτι διὰ τὴν ἀνομίαν ἡμῶν ἐγκατέλιπεν ἡμᾶς ὁ κύριος καὶ παρέδωκεν εἰς χεῖρας βαρβάρων, καὶ ἀπήχθη αἰχμάλωτος εἰς τοὺς πολεμίους ὁ λαὸς καὶ παρεδόθη τῇ διασπορᾷ, διότι ταῦτα ἐτόλμων, οἱ τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ περιφέροντες,

CANON LXXXV.

Ne itaque cum eis perire in animum inducamus, sed graue iudicium formidantes, & terribilem dei retributionis diem præ oculis habentes, ne velimus vnà cum alienis peccatis perire. si enim nos non docuerunt terribilia dei: nec tot plagæ nos in sensum deduxerunt, quòd propter nostram iniquitatem nos dereliquit dominus & tradidit in manus barbarorum, & populus ad hostes captiuus adductus est, & dispersioni traditus, eo quòd ea audebant qui dei nomen circumferebant,

si non nouerunt, nec intellexerunt, quòd propter hæc venit in nos ira dei, quæ est nobis communis cum his ratio? sed & noctu & interdiu, & publicè, & priuatim ipsis testificari debemus: cum eorum autem improbitatibus abire nolumus, eos quidem lucrifacere optantes, & à mali laqueo eripere. Sin autem hoc non possumus, studeamus nostras animas ab æterna condemnatione seruare.

SCHOL. BALS. Hæc verba suasoria sunt ad antistites, & omnes qui habent potestatem ligandi, & soluendi. Hortatur enim ipsos ne peccatis consentiant, nec eorum communionem sustineant qui in peccatis perseuerant, & ideo cum illis pereant. Sed eos perpetuo admoneant, vt à malo desistant & orent pro eorum salute. Sin autem, inquit, eos corrigere non possitis, studete nos ab eis alienare, & sic ab æterno supplicio seruemini.



EIUSDEM EX ALIA EPISTOLA AD AMPHILOCHIUM de differentia ciborum.



EGREGIIS autem Encratitis ad præclaram eorum obiectionem, cur nos quoque non omnia comedimus, illud dicatur, quod etiam excrementa nostra abominamur. Nam dignitate quidem olera nobis carnes sunt: quod verò ad eorum quæ sunt vtilia attinet discretionem, sicut & in oleribus id quod est noxium discernimus. Nā olus quidē est cicuta, quemadmodum & vulturina caro, caro est: tamen nec quis hyoscyamum attigerit, si capiat, nec canem attigerit, nisi magna vrgente necessitate. Quamobrem qui comedit non inique fecit.


SCHOL. BALSAM. Encratitæ, qui continentiam forte persequebantur, vesci carnibus abhorrebant, & cum eis diceretur id non rectè à se fieri, opponebant orthodoxis, Vos quoque nonnullos cibos abhorretis, & ideo ab eis abstinetis. Ad hoc dicit sanctus, Non est mirum si ab aliquibus abstinemus, vel aliqua abominamur:

εἰ μὴ ἔγνωσαν μηδὲ συνῆκαν, ὅτι διὰ ταῦτα ἦλθεν ἐφ' ἡμᾶς ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ, τίς ἡμῖν κοινὸς πρὸς τούτους λόγος; ἀλλὰ διαμαρτύρεσθαι αὐτοῖς καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας καὶ δημοσίᾳ καὶ ἰδίᾳ ὀφείλομεν· συναπάγεσθαι αὐτῶν ταῖς πονηρίαις, μὴ καταδεχώμεθα προσευχόμενοι· μάλιστα μὲν κερδῆσαι αὐτοὺς καὶ ἐξελέσθαι τῆς παγίδος τοῦ πονηροῦ. ἐὰν δὲ τοῦτο μὴ δυνηθῶμεν, σπουδάσωμεν τὰς γοῦν ἑαυτῶν ψυχὰς τῆς αἰωνίου κατακρίσεως περισώσασθαι. Ἑρμηνεία.

Ταῦτα παραινετικὰ ῥήματά εἰσι πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ πάντας τοὺς δυναμένους δεσμεῖν καὶ λύειν. παρακαλεῖ γὰρ αὐτοὺς μὴ συναινεῖν τοῖς ἁμαρτάνουσι, μηδὲ ἀνέχεσθαι τὴν κοινωνίαν τῶν ἐπιμενόντων ταῖς ἁμαρτίαις, κἀντεῦθεν τούτοις συναπόλλυσθαι. ἀλλὰ διηνεκῶς νουθετεῖν αὐτοὺς χάριν τοῦ ἀποστῆναι τοῦ κακοῦ, καὶ προσεύχεσθαι ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τούτων. εἰ δὲ πολλάκις οὐ δυνηθῆτε φησὶ διορθώσασθαι τούτους, σπουδάσατε ἑαυτοὺς ἐκ τούτων ἀποξενῶσαι· καὶ οὕτω περισωθείητε καὶ ἐκ τῆς αἰωνίου κολάσεως.



ΠΕΡΙ ΕΓΚΡΑΤΕΥΤΩΝ.



ΤΟΙΣ δὲ κομψοῖς ἐγκρατευταῖς πρὸς τὸ σεμνὸν αὐτῶν πρόβλημα, διὰ τί καὶ ἡμεῖς οὐχὶ πάντα ἐσθίομεν, ἐκεῖνα λεγέσθω, ὅτι καὶ τὰ περιττώματα ἡμῶν βδελυσσόμεθα. κατὰ μὲν γὰρ τὴν ἀξίαν λάχανα χόρτου ἡμῖν ἐστὶ τὰ κρέα, κατὰ δὲ τὴν τῶν συμφερόντων διάκρισιν ὡς καὶ ἐν λαχάνοις τὸ βλαβερὸν τοῦ καταλλήλου διακρίνομεν. ἐπεὶ λάχανον ἐστὶ καὶ τὸ κώνειον, ὥσπερ κρέας ἐστὶ καὶ τὸ γύπειον, ἀλλ' ὅμως οὔτε ὑοσκύαμον φάγοι ἄν τις γοῦν ἔχων, οὔτε κυνὸς ἅψαιτο μὴ μεγάλης ἀνάγκης κατεπειγούσης, ὥστε φαγὼν οὐκ ἠνόμησεν.

Ἑρμηνεία.

Οἱ ἐγκρατῖται, ὡς τάχα μετιόντες ἐγκράτειαν, ἐβδελύσσοντο τὸ σαρκοφαγεῖν, καὶ ἀκούοντες μὴ καλῶς ποιεῖν, ἀντεπῆγον τοῖς ὀρθοδόξοις ὅτι καὶ ὑμεῖς ἔνια τῶν βρωμάτων βδελύττεσθαι, διὸ καὶ ἀπέχεσθε αὐτῶν. πρὸς τοῦτο οὖν ὁ ἅγιος λέγει, ὅτι οὐ θαυμαστὸν εἰ τινῶν ἀπεχόμεθα ἢ βδελυσσόμεθα αὐτά· ὅτι

ὅτι καὶ τὰ περιττώματα ἡμῶν βδελυττόμεθα, καίτοι ἐκ τῆς οὐσίας ὄντα τῆς ἡμετέρας σαρκός· περιττώματα δέ εἰσι τὰ οὖρα, τὰ σκύβαλα, οἱ χυμοί, τὰ διὰ στόματος καὶ ῥινῶν κενούμενα ὑγρά, καὶ ὅσα τοιαῦτα. ὡς οὖν ἐκεῖνα ἐκτρεπόμεθα, οὕτω καί τινα τῶν βρωμάτων οὐ προσιέμεθα. πάντα μὲν γὰρ λάχανα χόρτου τὰ κρέα ἡμῖν λογίζονται, κατὰ τὸ φάγεσθαι πάντα ὡς λάχανα χόρτου, διακρίνοντες δὲ καὶ χωρίζοντες τὸ βλαβερὸν χρώμεθα τῷ μὴ βλάπτοντι. καὶ ὥσπερ ἐν τοῖς λαχάνοις λάχανόν ἐστι καὶ τὸ κώνειον, καὶ ὁ ὑοσκύαμος, ἀλλὰ βλαβερὰ ὄντα φευγόμεν αὐτά. οὕτω καὶ ἐν τοῖς κρέασι, κρέας ἐστὶ καὶ τὸ γύπιον καὶ τὸ τοῦ κυνός. ἀλλ' οὐκ ἄν τις γεύσαιτο κυνός, εἰ μὴ σφόδρα λιμώττει. ὁ δὲ γευσάμενος ἐκ βίας, οὐκ ἠνόμησεν.

nam & nostra excrementa abhorremus, etsi sint ex nostræ carnis substantia. sunt autem excrementa, vrinæ, stercora, humores qui per os, & nares emittuntur, & quæcunque eiusmodi. Quemadmodum ergo illa auersamur, ita cibos quoque aliquos non admittimus. Omnia enim olera carnes à nobis existimantur, quòd omnia comedamus vt olera. Discernentes autem, & separantes id quod est noxium, eo quod non lædit, vtimur, & quemadmodum in oleribus est cicuta, & hyoscyamus, tamen quia sunt noxia, ea fugimus, ita & in carnibus, caro est, caro vulturina, & caro canis: sed tamen nemo gustauerit, nisi valde esuriat. Qui autem per vim gustauit, non egit inique.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΡΟΣ Διόδωρον ἐπίσκοπον Ταρσοῦ· περὶ τοῦ δύο ἀδελφὰς ἀγομένου εἰς γάμον.



ΤΗΣ ἐπιστολῆς ταύτης ἐμνήσθη ὁ ἅγιος ἐν τῷ κγ'. κανόνι αὐτοῦ. ἀπεστάλη δὲ πρὸς Διόδωρον Ταρσοῦ ἐπίσκοπον, ὃς ἐρωτηθεὶς πρός τινος, εἰ δύναιτο τῆς γυναικὸς αὐτοῦ θανούσης τὴν ἐκείνης ἀδελφὴν ἀγαγέσθαι πρὸς γάμον, ἀπεκρίνετο ἐγγράφως μὴ κωλύεσθαι. τοῦ δὲ μεγάλου Βασιλείου ἀπαγορεύοντος τὸν τοιοῦτον γάμον, ἡ τοῦ Διοδώρου ἔγγραφος ἀπόκρισις ἐνεφανίσθη αὐτῷ, ἡ τὸν εἰρημένον ἐπιτρέπουσα γάμον. ὅθεν ἀπέστειλεν αὐτῷ ταῦτα.

Ἀφῖκεν πρὸς ἡμᾶς γράμματα τὴν ἐπιγραφὴν ἔχοντα Διοδώρου, τὰ δὲ ἐφεξῆς ἄλλου τινὸς πρέποντα εἶναι ἢ Διοδώρου. δοκεῖ μοι γάρ τις τῶν τεχνικῶν, τὸ σὸν πρόσωπον ὑποδύς, οὕτως ἑαυτὸν ἀξιόπιστον ἐθελῆσαι ποιῆσαι τοῖς ἀκροωμένοις. ὅς γε ἐρωτηθεὶς ὑπό τινων, εἰ θεμιτὸν αὐτὸν πρὸς γάμον τῆς τελευτησάσης αὐτῷ γυναικός, τὴν ἀδελφὴν ἀγαγέσθαι, οὐκ ἔφριξε τὴν ἐρώτησιν,

EIVSDEM AD DIODORVM, DE EO QVI duas sorores duxit in matrimonio.



HVIVS epistolæ meminit sanctus in xxiij. suo canone. missa est autem ad Diodorum Tarsensem episcopum, qui ab aliquo interrogatus, an posset vxore sua mortua sororem illius ducere in matrimonio, in scriptis respondit eum non prohiberi. Cum autem magnus Basilius eiusmodi matrimonium prohiberet, scriptis mandata Diodori responsio illi ostensa est, quæ prædictum matrimonium permittebat.

Venerunt ad nos literæ Diodori inscriptionem habentes: quæ autem deinceps sequuntur, ea alius potius quam Diodori esse conuenit. Videtur enim vafer quispiam tuam personam subiisse, vt se sic auditoribus fide dignum efficeret, qui ab aliquibus interrogatus, an fas sit mortua eius vxore sua sororem in matrimonium ducere, interrogationem non horruit,

sed auditionem æquo animo tulit, & ad salacem eius cupiditatem valde illi strenuè, magnáque contentione auxilium tulit: si ipse itaque literas haberem, eas ad te misissem, ipseque ad te & veritatem defendendam suffecisses. Quia autem is qui ostendit rursus abstulit, & aduersus nos qui ab initio prohibueramus, veluti trophæum circuntulit, dicendo se scriptis mandatam habere potestatem, nunc ad te scripsi, vt manu duplici, ad illam adulterinam orationem veniamus, & nullas ei vires relinquamus, ne possit eos facile lædere, in quos incidit.

SCHOL. BALSAM. Quæ à Diodoro scripta sunt, confutaturus sanctus, confutationem artificiosè adgreditur, & eius dictum ita proponit, vt non videatur ipsum concedere, & ita eum ad insistendum acriorem efficiat, & dicit, Literæ quidem sub tuo nomine scriptæ fuerant. Mihi autem videtur aliquis eorum qui ad hæc machinanda & excogitanda apti sunt, volens efficere vt quod à se diceretur fide dignum esset, literis tuum nomen subscripsisse. Qui interrogatus an fas esset, seu legitimum, sororem, vxore sua mortua, in matrimonium ducere, ei qui interrogauit, in impia interrogatione auxilium tulit, pro eo quod est intemperantiam, & libidinem permittendo, ipse quoque videtur fuisse actionis particeps. Si itaque, inquit, literas habuissem, eas ad te misissem, téque & veritatem defendisses, seu tibi auxilium tulisses, vt falso accusatus, quòd nefaria diceres, & scriberes, quod te & veritatem tangit. Veritatem quidem, cum falsum illi prælatum fuerit: te autem, vt qui quæ non decet permiseris. Quia autem is qui ostendit, rursus abstulit, & tanquam aliquod trophæum aduersus nos circuntulit. Est autẽ trophæum, signum, quod ei datur, qui vincit in bello, vt ex eo sit manifestũ, quæ pars aduersario vicerit. Vnde à versis hostibus trophæum nominatum est, à verbo Græco τρέπω, quod verto significat. Quia ergo nõ habeo literas, nunc ad te scripsi vt adgrediamur, vt duplici manu, tua scilicet, & mea, cõtendamus aduersus adulterinã illius orationẽ, alienã & cõ-

A ἀλλὰ καὶ προθύμως ἤνεγκε τὴν ἀκοὴν καὶ τὸ ἀσελγὲς ἐπιθύμημα πάνυ γενναίως αὐτῷ καὶ ἀγωνιστικῶς συγκατέπραξεν. εἰ μὲν οὖν εἶχόν μοι τὸ γράμμα αὐτὸ ἂν ἀπέστειλα καὶ ἐξήρκες σαυτῷ τε ἀμῦναι, καὶ τῇ ἀληθείᾳ· ἐπεὶ δὲ ὁ δείξας πάλιν ἀφείλετο. καὶ ὥσπερ τι τρόπαιον καθ' ἡμῶν περιέφερε κεκωλυκότων τὸ ἐξ ἀρχῆς, ἔγγραφον· λέγων ἔχων τὴν ἐξουσίαν, ἀπέστειλα νῦν σοι ὥστε διπλῇ τῇ χειρὶ ἡμᾶς ἐλθεῖν ἐπὶ τὸν νόθον ἐκεῖνον λόγον καὶ μηδεμίαν αὐτῷ ἰσχὺν καταλιπεῖν. ἵνα μὴ ἔχῃ βλάπτειν ῥᾳδίως τοὺς
B ἐντυγχάνοντας.

Ἑρμηνεία.

Ἀνατρέψαι τὰ παρὰ τοῦ Διοδώρου μέλλων ὁ ἅγιος, τεχνικῶς μέτεισι τὴν ἀνατροπήν, καὶ προκαθίστᾳ τὸν οἰκεῖον λόγον, ἵνα μὴ δοκῇ ἐντρέπειν αὐτόν, καὶ οὕτως ἐνστατικώτερον αὐτὸν ἀπεργάσηται, καὶ φησὶ· ὅτι τὸ γράμμα εἰς ὄνομα μὲν σὸν ἐπεγέγραπτο, δοκεῖ δέ μοι ὅτι ἄλλος τῶν τὰ τοιαῦτα τεχνάζεσθαι καὶ μηχανᾶσθαι ἐπιτηδείων, θέλων ἀξιόπιστον ποιῆσαι τὸν οἰκεῖον λόγον, ἐπέγραψε τῷ γράμματι
C τὸ σὸν ὄνομα. ὅστις ἐρωτηθεὶς εἰ θεμιτόν, ἤγουν εἰ νόμιμον ἢ δίκαιόν ἐστι τὴν ἀδελφὴν τῆς τελευτησάσης ἰδίας γυναικὸς ἀγαγέσθαι πρὸς γάμον, τὸ ἀσεβὲς ἐρώτημα τῷ ἐρωτήσαντι συγκατέπραξεν, ἀντὶ τοῦ, διὰ τὸ ἐπιτρέψαι τὴν ἀσέλγειαν κἀκεῖνος δοκεῖ κοινωνῆσαι τῆς πράξεως. Εἰ μὲν οὖν εἶχον, φησί, τὸ γράμμα, ἔπεμψα ἂν σοι αὐτό, καὶ ἤμυνας ἂν ἑαυτῷ καὶ τῇ ἀληθείᾳ, ἤτοι ἐβοήθησας ἂν ὡς ψευδῶς τάχα κατηγορηθεὶς εἰπεῖν καὶ γράψαι ἀθέμιτα, ὅπερ καὶ σοῦ καθάπτεται καὶ τῆς ἀληθείας· τῆς μὲν ἀληθείας ὡς τοῦ ψεύδους ἐκεί-
D νης προτιμηθέντος, σοῦ δὲ ὡς ἐπιτρέψαντος ἃ μὴ ἐχρῆν. ἐπεὶ δὲ ὁ δείξας πάλιν ἀφείλετο, καὶ ὥσπερ δὲ τρόπαιον καθ' ἡμῶν περιέφερε· τρόπαιον δέ ἐστι σημεῖόν τι τῷ νικήσαντι ἐν πολέμῳ διδόμενον, ἵν' εἴη δήλη ἐκ τούτου ἡ τρέψασα μοῖρα τοὺς πολεμίους· ὅθεν ὠνόμασται τρόπαιον, ἐκ τοῦ τροπὴν τῶν πολεμίων γενέσθαι, τρεψάντων τὰ νῶτα τοῖς ἐναντίοις. ἐπεὶ οὖν γράμμα οὐκ ἔχω, ἐπέστειλα νῦν σοι, ἵνα ἐπέλθωμεν, ἵνα ἀνταγωνισώμεθα διπλῇ τῇ χειρί, τῇ ἐμῇ δηλαδή, καὶ τῇ σῇ, κατὰ τοῦ νόθου ἐκείνου λόγου τοῦ ξένου, τοῦ πεπλασμένου,

καὶ μὴ ἐάσωμεν αὐτῷ δύναμιν, ἵνα μὴ εὐκόλως A βλάπτῃ τοὺς ἐντυγχάνοντας, καὶ ἀναγινώσκοντας.

Πρῶτον μὲν οὖν ὃ μέγιστον ἐπὶ τῶν τοιούτων ἐστὶ τὸ παρ' ἡμῖν ἔθος ὃ ἔχομεν προβάλλειν νόμου δύναμιν ἔχον διὰ τὸ ὑπὸ ἁγίων ἀνδρῶν τοὺς θεσμοὺς ἡμῖν παραδοθῆναι. τοῦτο δὲ τοιοῦτόν ἐστιν· ἐάν τις πάθει ἀκαθαρσίας ποτὲ κρατηθεὶς ἐκπέσοι πρὸς δυοῖν ἀδελφῶν ἄθεσμον κοινωνίαν, μήτε γάμον ἡγεῖσθαι τοῦτο, μήθ' ὅλως εἰς ἐκκλησίας πλήρωμα παραδέχεσθαι πρότερον ἢ διαλῦσαι αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων. ὥστε εἰ καὶ μηδὲν εἰπεῖν ἦν ἕτερον, ἐξήρκει τὸ ἔθος πρὸς τὴν τοῦ κακοῦ φυλακήν. B ἐπεὶ δὲ ὁ τὴν ἐπιστολὴν γράψας ἐπιχειρήματι κιβδήλῳ κακὸν τοσοῦτον ἐπειράθη τῷ βίῳ ἐπαγαγεῖν, ἀνάγκη μηδὲ ἡμᾶς τῆς ἐκ τῶν λόγων βοηθείας ἀπέχεσθαι, καίτοι ἐπὶ τῶν σφόδρα ἐναργῶν μείζων ἐστὶ τοῦ λόγου ἡ παρ' ἑκατέρῳ πρόληψις. γέγραπται, φησιν, ἐν τῷ Λευιτικῷ· γυναῖκα ἐπ' ἀδελφῇ αὐτῆς οὐ λήψῃ ἀντίζηλον ἀποκαλύψαι τὴν ἀσχημοσύνην αὐτῆς ἐπ' αὐτῇ ἔτι ζώσης αὐτῆς. δῆλον οὖν ἐκ τούτου εἶναι φησὶν, ὅτι συγχωρεῖται λαμβάνειν τελευτησάσης. πρὸς δὴ τοῦτο C πρῶτον μὲν ἐκεῖνο ἐρῶ, ὅτι ὅσα ὁ νόμος λέγει τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ. ἐπεὶ οὕτω γε, καὶ περιτομῇ καὶ σαββάτῳ, καὶ ἀποχῇ βρωμάτων ὑποκεισόμεθα. οὐ γὰρ δὴ ἐὰν μέν τι εὕρωμεν συντρέχον ἡμῶν ταῖς ἡδοναῖς τῷ ζυγῷ τῆς δουλείας τοῦ νόμου ἑαυτοὺς ὑποθήσομεν. ἐὰν δέ τι φανῇ τῶν νομίμων βαρὺ, πρὸς τὴν ἐν Χριστῷ ἐλευθερίαν ἀποδραμούμεθα. ἠρωτήθημεν εἰ γέγραπται λαμβάνειν γυναῖκα ἐπ' ἀδελφῇ, εἴπομεν ὅπερ ἀσφαλὲς ἡμῖν, καὶ ἀληθὲς, ὅτι οὐ γέγραπται. τὸ δ' ἐκ τῆς ἀκολούθου ἐπιφορᾶς τὸ σιωπηθὲν λογίζεσθαι νομοθετοῦντος ἐστὶν οὐ τὰ τοῦ νόμου λέγοντος. ἐπεὶ οὕτω γε ἐξέσται τῷ βουλομένῳ κατατολμῆσαι καὶ ἔτι ζώσης τῆς γυναικὸς λαμβάνειν τὴν ἀδελφήν. τὸ γὰρ αὐτὸ τοῦτο σόφισμα καὶ D ἐπ' ἐκείνῳ ἁρμόζει. γέγραπται γάρ φησιν, οὐ λήψῃ ἀντίζηλον· ὡς τήν γε ἔξω τοῦ ζήλου λαβεῖν οὐκ ἐκώλυσεν. ὁ δὲ συνηγορῶν τῷ πάθει ἄζηλον τὸ ἦθος εἶναι διισχυρίζεται τῶν ἀδελφῶν. ἀνῃρημένης οὖν τῆς αἰτίας δι' ἣν ἀπηγόρευσε τὴν ἀμφοτέρων συνοίκησιν, τί τὸ κωλῦον ἔσται λαμβάνειν τὰς ἀδελφάς; ἀλλ' οὐ γέγραπται ταῦτα, φήσομεν· ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖνο ὥρισται. ἡ δὲ ἔννοια τῆς ἀκολουθίας ὁμοίως ἀμφοτέροις τὴν ἄδειαν δίδωσιν. ἔδει δὲ μικρὸν ἐπὶ τὰ κατόπιν τῆς νομοθεσίας ἐπαναδραμόντα ἀπηλλάχθαι

fictam, & vires ei non relinquamus, vt non facile eos lædat, qui in eas incidunt, & legunt.

Primum ergo maximum est in iis quæ sunt eiusmodi, quam apud nos habemus consuetudinem præponere legis vires habentem, eo quòd à sanctis viris sunt nobis ritus traditi. Ea autem est eiusmodi, Si quis vnquã impuritatis perturbatione superatus, lapsus sit ad nefariam duarum sororum societatem, nec hoc matrimonium existimet, nec eos ad ecclesiæ cõplementũ prius admittat, quàm ipsos à se inuicẽ separauerit. Quare & si nihil aliud dici posset, sufficere cõsuetudo ad mali vitationem. Sed quia is qui epistolam scripsit, adulterino argumento hoc malum in vitam inducere conatus est, necesse est nec nos quidem à rationum auxiliis abstinere: etsi in valde euidẽtibus ratione maior est vniuscuiusque præsumptio. Scriptum enim est, inquit, in Leuitico, Mulierem super sororem suam non accipies in zelo aduersariam, ad reuelandam turpitudinẽ eius super ipsam, ipsa adhuc viuente. Ex hoc ergo clarũ esse dicit, quòd ea mortua accipere permittitur. Ad hoc itaque primum quidẽ illud dicam, quòd quæcunque lex dicit, iis qui in lege sunt, dicit. Nam sic quidem, & circuncisione, & sabbato, & ciborũ abstinentia includentur. Neque enim si aliquid inuenerimus, quod nostris volupatibus congruat, nos ipsos seruitutis legis iugo submittemus. Sin autem eorum quæ sunt in lege graue aliquid apparuerit, tunc ad libertatem in Christo recurremus. Interrogati sumus, an scriptũ sit accipere licere vxorem post sororẽ, diximus id quod est tutum & verum, quòd non scriptum est: ex consequenti autẽ illatione, quod non dictum est colligere, est eius qui legem imponit, non eius qui quæ legis sunt dicit. Nam sic quoque licebit volenti, adhuc viuente vxore, sororem accipere. Idem enim sophisma in illo quoque conuenit. Scriptum est enim, Non accipies in zelo aduersariam. Quare eam quæ est à zelotypia aliena, accipere non prohibuit. Qui itaque suæ perturbationi fauet, dicet mores sororum esse à zelotypia alienas. Sublata ergo causa, propter quam ambarum cohabitatio est prohibita, quid vetabit quominus sorores accipiantur? Sed hæc nõ scripta sunt, inquiemus. Sed nec illud diffinitum est. Consequentiæ tamen intelligẽtia dat similiter vtrisque potestatẽ. Oportebat autẽ ad ea quæ paulo ante in lege dicta erant reuerti, & ea molestia liberari.

Videtur enim legiſlator non quoduis peccati genus comprehendere, ſed ſeparatim Ægyptiorum peccata prohibere, vnde abierat Iſraël, & Chananæorum, ad quos tranſierat. Ita enim habet dictio, Secundum ſtudia Ægypti in qua habitaſtis, non facietis, & ſecundum ſtudia regionis Chanaan, ad quam ego deducam vos, illic non facietis, & in legitimis eorum non ambulabitis. Quare conſentaneum eſt hoc peccati genus non fuiſſe vſitatum apud gentes, & ideo nec legiſlatorem illius cautione opus habuiſſe, ſed non docta conſuetudine ad abbominationis criminationem contentum fuiſſe. Quomodo ergo cum id quod maius eſt, prohibuiſſet, quod minus eſt ſilentio prætermiſit? Quoniam exiſtimabat fore vt permulti libidinoſi, & carnis amantes, ad hoc vt cum viuentibus ſororibus cohabitarent, patriarchæ exemplum aſpicerent. Nos autem quid facere oportet, quæ ſcripta ſunt dicere, an quæ ſilentio prætermiſſa ſunt, curioſè perſcrutari? Iam enim non licere patrem, & filium vna amica vti, in legibus quidem non ſcriptum eſt: ſed apud prophetas maximè accuſatur. Filius enim, inquit, & pater ad eandem puellam ingrediebantur. Quæcunque autem ſunt alia immundarum animi perturbationum genera, dæmoniorum ſchola inuenit, diuina autem ſcriptura ſilentio præteriit, maieſtatem ſuam turpium rerum nominibus nolens polluere. Sed generalibus nominibus immunditias complexa eſt, ſicut Apoſtolus dicit, Fornicatio autem, & omnis immunditia ne nominetur quidem in vobis, ſicut ſanctis conuenit, immũditiæ nomine nefanda maſculorum & fœminarum flagitia comprehendens. Quare non omnino ſilentium dat libidinoſis poteſtatem. Ego verò hanc partem ne ſilentio quidem fuiſſe prætermiſſam exiſtimo, ſed etiam legiſlatorem valde prohibuiſſe. Illud enim, Non ingredieris ad quenuis conſanguineum carnis tuæ, ad reuelandam eorum turpitudinem, hoc quoque conſanguinitatis genus comprehendit. Quid enim eſſe poſſit homini ſua vxore magis conſanguineum, vel potius ſua carne? nõ ſunt enim amplius duo, ſed vna caro. Quare per vxorem ſoror eius tranſiit ad conſanguinitatem. Quemadmodum enim vxoris matrem non accipiet, nec eius filiam, quoniam nec ſuam matrem, nec ſuam filiam: ſic nec ſororem vxoris, quoniam nec ſuam ſororem:

παραγγελμάτων. ἔοικε γὰρ οὐ πᾶν εἶδος ἁμαρτημάτων περιλαμβάνειν ὁ νομοθέτης. ἀλλ' ἰδίως ἀπαγορεύειν τὰ τῶν Αἰγυπτίων, ὅθεν ἀπῆρεν ὁ Ἰσραήλ. καὶ τὰ τῶν Χαναναίων πρὸς οὓς μετῴκισαν. ἔχει γὰρ οὕτως ἡ λέξις· κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα τῆς Αἰγύπτου ἐν ᾗ παρῳκήσατε ἐπ' αὐτῆς οὐ ποιήσετε· καὶ κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα γῆς Χαναὰν εἰς ἣν ἐγὼ εἰσάξω ὑμᾶς, ἐκεῖ οὐ ποιήσετε· καὶ τοῖς νομίμοις αὐτῶν οὐ πορεύσεσθε· ὥστε τοῦτο εἰκός που τὸ εἶδος τῆς ἁμαρτίας μὴ ἐμπολιτεύεσθαι τότε παρὰ τοῖς ἔθνεσι· διὸ μηδὲ τῆς ἐπ' αὐτῆς φυλακῆς προσδεηθῆναι τὸν νομοθέτην· ἀλλ' ἀρκεσθῆναι τῷ ἀδιδάκτῳ ἔθει πρὸς τὴν τοῦ μύσους διαβολήν. πῶς οὖν τὸ μεῖζον ἀπαγορεύσας, τὸ ἔλαττον ἀπεσιώπησεν; ὅτι ἐδόκει πολλοὺς τῶν φιλοσάρκων πρὸς τὸ ζώσαις ἀδελφαῖς συνοικεῖν, τὸ ὑπόδειγμα βλάπτειν τοῦ πατριάρχου. ἡμᾶς δὲ τί χρὴ ποιεῖν, τὰ γεγραμμένα λέγειν, ἢ τὰ σιωπηθέντα περιεργάζεσθαι; αὐτίκα τὸ μὴ δεῖν μιᾷ ἑταίρᾳ κεχρῆσθαι πατέρα καὶ υἱόν, ἐν μὲν τοῖς νόμοις τούτοις οὐ γέγραπται. παρὰ δὲ τῷ προφήτῃ μεγίστης κατηγορίας ἠξίωται. υἱὸς γάρ φησι καὶ πατὴρ πρὸς τὴν αὐτὴν παιδίσκην ἠσεπορεύοντο. πόσα δὲ εἴδη ἄλλα τῶν ἀκαθάρτων παθῶν τὸ μὲν τῶν δαιμονίων διδασκαλεῖον ἐξεῦρεν. ἡ δὲ θεία γραφὴ ἀπεσιώπησε τὸ σεμνὸν ἑαυτῆς ταῖς τῶν αἰσχρῶν ὀνομασίαις καταρυπαίνειν οὐχ αἱρουμένη, ἀλλὰ γενικοῖς ὀνόμασι τὰς ἀκαθαρσίας διέλαβεν. ὡς ὁ ἀπόστολος Παῦλος φησί. πορνεία δὲ καὶ ἀκαθαρσία πᾶσα, μὴ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν καθὼς πρέπει ἁγίοις. τῷ τῆς ἀκαθαρσίας ὀνόματι τάς τε τῶν ἀρρένων ἀρρητοποιΐας, καὶ τὰς θηλειῶν περιλαμβάνων. ὥστε οὐ πάντως ἡ σιωπὴ ἄδειαν φέρει τοῖς φιληδόνοις· ἐγὼ δὲ οὐδὲ σεσιωπῆσθαι τὸ μέρος τοῦτο φημί· ἀλλὰ καὶ πάνυ σφοδρῶς ἀπηγορευκέναι τὸν νομοθέτην. τὸ γὰρ οὐκ εἰσελεύσῃ πρὸς πάντα οἰκεῖον σαρκός σου ἀποκαλύψαι ἀσχημοσύνην αὐτῶν, ἐμπεριεκτικόν ἐστι καὶ τούτου τοῦ εἴδους τῆς οἰκειότητος· τί γὰρ ἂν γένοιτο ἀνδρὶ οἰκειότερον τῆς ἑαυτοῦ γυναικός, μᾶλλον δὲ τῆς ἑαυτοῦ σαρκός; οὐ γάρ ἔτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ σὰρξ μία· ὥστε διὰ τῆς γυναικὸς ἡ ἀδελφὴ αὐτῆς πρὸς τὴν τοῦ ἀνδρὸς οἰκειότητα μεταβαίνει· ὡς γὰρ μητέρα γυναικὸς οὐ λήψεται, οὐδὲ θυγατέρα ταύτης. διότι μηδὲ τὴν ἑαυτοῦ μητέρα μηδὲ τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα· οὕτως, οὐδὲ ἀδελφὴν ἑαυτοῦ καὶ τὸ ἀνάπαλιν· οὐδὲ τῇ γυναικὶ ἔξεστι τοῖς οἰκείοις τοῦ ἀνδρὸς συνοικεῖν.

κοινὰ γὰρ ἐπ' ἀμφοτέρας τῆς συγγενείας τὰ δίκαια. ἐγὼ δὲ παντὶ τῷ περὶ γάμου βουλευομένῳ διαμαρτύρομαι· ὅτι παράγει τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου καὶ ὁ καιρὸς συνεσταλμένος ἐστὶν, ἵνα καὶ οἱ ἔχοντες γυναῖκας ὡς μὴ ἔχοντες ὦσιν. ἐὰν δέ μοι παραναγινώσκοι τὸ, αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καταγελῶ τοῦ τὸν νομοθετῶν τοὺς καιροὺς μὴ διακρίνοντος· πορνείας παραμύθιον ὁ δεύτερος γάμος, οὐχὶ ἐφόδιον εἰς ἀσέλγειαν, εἰ οὐκ ἐγκρατεύονται γαμησάτωσαν φησίν· οὐχὶ δὲ καὶ γαμοῦντες, παρανομείτωσαν· οἱ δὲ οὐδὲ πρὸς τὴν φύσιν ἀποβλέπουσιν οἱ τὴν ψυχὴν λημῶντες τῷ πάθει τῆς ἀτιμίας πάλαι διακρίνασαν τὰς τοῦ γένους προσηγορίας ἐκ ποίας συγγενείας τοὺς γεννηθέντας προσαγορεύουσιν, ἀδελφοὺς αὐτοὺς ἀλλήλων ἢ ἀνεψιοὺς προσεροῦσιν· ἀμφότερα γὰρ αὐτοῖς προσαρμόσει διὰ τὴν σύγχυσιν. μὴ ποιήσῃς ὦ ἄνθρωπε τὴν θείαν μητρυιὰν τῶν νηπίων. μηδὲ τὴν ἐν μητρὸς τάξει περιθάλπειν ὀφείλουσαν, ταύτην ἐφοπλίσῃς ταῖς ἀμειλίκτοις ζηλοτυπίαις· μόνον γὰρ τὸ μῖσος τῶν μητρυιῶν καὶ μετὰ θάνατον ἐλαύνει τὴν ἔχθραν· μᾶλλον δὲ οἱ μὲν ἄλλως πολέμιοι τοῖς τεθνηκόσιν ἀπένδονται, αἱ δὲ μητρυιαὶ τοῦ μίσους μετὰ θάνατον ἄρχονται· κεφάλαιον δὲ τῶν εἰρημένων· εἰ μὲν νόμῳ τις ὁρμᾶται πρὸς γάμον, ἀνέῳκται πᾶσα ἡ οἰκουμένη· εἰ δὲ ἐμπαθὴς αὐτῷ ἡ σπουδὴ διὰ τοῦτο καὶ πλέον ἀποκλειέσθω ἵνα μάθῃ τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος κτᾶσθαι ἐν ἁγιασμῷ μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας· πλείονά με λέγειν ὡρμημένον τὸ μέτριον ἐπέχει τῆς ἐπιστολῆς. εὔχομαι δὲ ἢ τὴν παραίνεσιν ἡμῶν ἰσχυροτέραν τοῦ πάθους ἀποδειχθῆναι, ἢ μὴ ἐπιδημῆσαι τῇ ἡμετέρᾳ τὸ ἄγος τοῦτο, ἀλλ' ἐν οἷς ἂν ἐτολμήθη τόποις ἐναπομεῖναι.

A *sunt enim in vtrisque communia cognationis iura. Ego autem cuilibet de matrimonio consultanti testificor, quòd præterit figura mundi huius: & tempus breue est, vt & qui habent vxores sint tanquam non habentes. Sinautem nihil illud alleget, Crescite & multiplicamini, rideo eum qui legislatorum tempora non discernit. Fornicationis remedium est secundum matrimonium, non ad intemperantiam viaticum. Sin autem non continent, inquit, vxores ducant: non autem etiam vxores ducentes contra legem faciant. Qui autem nec ad naturam respiciunt, ignominiæ perturbatione animo cæcutientes, quæ quidem generis* B *appellationes discreuit, ex quanam cognatione eos qui geniti fuerint appellabunt. Ipsorum inuicem fratres, vel consobrinos appellabunt. Vtraque enim eis propter cognationem adaptabuntur. Ne feceris ergo ô homo amitam infantium nouercam, nec eam quæ matris loco eos debet fouere, ac recreare, implicabilibus æmulationibus armaueris. Solum enim nouercarum odium inimicitias etiam post mortem persequitur, & quod magis est, alij quidem inimici mortuis reconciliantur. Nouercæ autem post mortem odisse incipiunt. Eorum autem quæ dicta sunt summa est. Si quis lege quidem matrimonium appetit, patet vniuersus terrarum orbis. Sinautem est* C *illi studium animi perturbatione incitatum, propterea magis excludatur, vt discat vas suum in sanctificatione possidere, non in cupiditatis perturbatione. Plura me scribere cupientem modus retinet epistolæ. Opto etiam vt vel nostra suasio animi perturbatione potentior euadat, vel ne hoc scelus in nostra regione versetur, sed in quibus cœptum est locis remaneat.*

Ἑρμηνεία.

Η πρὸς Διόδωρον ἐπιστολὴ τοῦ μεγάλου πατρὸς, κἂν πάσης σοφίας καὶ ἀληθοῦς ῥητορείας πεπλησμένη ἐστὶ, καὶ τῇ κινύρᾳ τοῦ παναγίου πνεύματος ὑποφθέγγηται, ἀλλ' οὐκ ἔστι ζητητέα ἐν ταῖς παρούσαις ἡμέραις. ὁροθετεῖ γὰρ μηδένα λαμβάνειν πρὸς κοινωνίαν γάμου ἀδελφὰς δύο, ὅπερ τοῦ χάριτι σήμερον οὐδὲ εἰς ἐνθύμησιν ὅλως ἔρχεται ἀνθρώπου χριστιανοῦ. καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ πλείονος ἑρμηνείας ἐδεήθη. ἔχε δὲ ταύτην τὴν θείαν ἐπιστολὴν διηνεκῶς ἐπὶ μνήμης. κἂν γὰρ τὸ ὁροθέτημα ταύτης οὐ πρακτίζεται, ἀλλὰ τὰ ἐν ταύτῃ περιεχόμενα,

SCHOL. BALSAM. Magni patris ad Diodorum epistola, omni sapientia, & arte dicendi plena est: D & sancti spiritus inspiratione dictatur. Sed non est hoc tempore quærenda. Decernit enim ne in matrimonij societate duæ sorores accipiantur, quod dei gratia hodie ne in mentem quidem venit hominis Christiani, & propterea nec ampliore interpretatione opus habuit. Habe autem hanc diuinam epistolam assiduè in memoria, etsi enim id non tractatur quod in ea diffinitum est, quæ tamen in ea comprehenduntur

epicheremata, enthymemata, & epethymemata, vel potius quæcunque ex veteri, & ex magno Paulo & composita, & opposita fuerunt, in aliis causis multum conferunt. Nota autem ex ea, quòd ecclesiastici etiam non scripti mores, sicut scripti canones, refutari non possunt, & quòd leges Mosaicæ non sunt attendendæ. Nota etiam multa alia ex hac epistola quæ sunt imprimis necessaria, & maximè vtilia.

ἐπιχειρήματα, ἐνθυμήματά τε καὶ ἐπενθυμήματα, καὶ μᾶλλον ὅσα ἀπό τε τῆς παλαιᾶς καὶ τοῦ μεγάλου ἀποστόλου Παύλου συνετέθησάν τε καὶ ἀνετέθησαν, μεγάλως συντελοῦσιν ἐπὶ ἑτέραις ὑποθέσεσι. σημείωσαι δὲ ἀπὸ ταύτης ὅτι καὶ τὰ ἔγγραφα ἐκκλησιαστικὰ ἔθη, ὡς οἱ ἔγγραφοι κανόνες τὸ ἀπαρεγχείρητον ἔχουσι. καὶ ὅτι ταῖς Μωσαϊκαῖς νομοθεσίαις προσέχειν οὐκ ὀφείλομεν. καὶ ἕτερα δὲ πολλὰ παρασημείωσαι ἐκ ταύτης τῆς ἐπιστολῆς, ἀναγκαιότατά τε καὶ χρησιμώτατα.



EIVSDEM AD GREGORIVM PRESBYTERVM, vt separetur à muliercula cum qua habitat.

LEGI tuas literas cum omni patientia & longanimitate, & miratus sum quomodo cum posses per res ipsas nobis breuiter & facile respondere, in iis quidem quorum accusaris persistere malueris, prolixa autem oratione, quæ sunt immedicabilia curare volueris. Nec primi, nec soli, ô Gregori, statuimus, ne mulieres cum viris cohabitarent. sed lege canonem qui à sanctis patribus nostris Nicææ editus est, qui apertè prohibet, ne sint introductitiæ. In hoc autem situm est cælibatus decus & honestas, quòd separatus sit à consuetudine & consortio mulierum. Si quis enim verbo profitens, reuera ea faciat, quæ qui cum mulieribus cohabitant, apertè ostendit se virginitatis quidem laudem nomine tantum prosequi, sed à turpi voluptate non recedere. Tanto magis ergo oportebat te nostræ postulationi facile acquiescere, quod dicis te ab omni corporali perturbatione liberum. Neque enim credo eum qui septuaginta annos natus est cum muliere animi perturbatione commotum habitare: nec tanquam propter turpem aliquam actionem, quæ facta fuerit, statuimus ea quæ statuimus: sed quia ab Apostolo docti sumus, fratri non esse ponendum offendiculum, vel scandalum. Scimus autem quòd id quod rectè & sanè fit ab aliquibus, erit aliis occasio ad peccatum. ea de causa decreuimus, sanctorum patrum constitutionem sequentes, vt à muliere separeris. Quid ergo chorepiscopum incusas, & vete-



ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΡΟΣ Γρηγόριον πρεσβύτερον, ὥστε χωρισθῆναι αὐτὸν τῆς συνοίκου γυναικός.

ΕΝΕΤΥΧΟΝ σου τοῖς γράμμασι μετὰ πάσης μακροθυμίας καὶ ἐθαύμασα πῶς δυνάμενος ἡμῖν συντόμως καὶ εὐκόλως ἀπολογήσασθαι διὰ τῶν πραγμάτων, τοῖς μὲν κατηγορουμένοις ἐπιμένειν καταδέχῃ, λόγοις δὲ μακροῖς θεραπεύειν ἐπιχειρεῖς τὰ ἀνίατα. οὔτε πρῶτοι οὔτε μόνοι, ὦ Γρηγόριε, ἐνομοθετήσαμεν γυναῖκας ἀνδράσι μὴ συνοικεῖν. ἀλλὰ ἀνάγνωθι τὸν κανόνα τὸν ἐξενεχθέντα παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν ἐν τῇ συνόδῳ Νικαίας ὃς φανερῶς ἀπηγόρευται συνεισάκτους μὴ εἶναι. ἀγαμία δὲ ἐν τούτῳ ἔχει τὸ σεμνὸν ἐν τῷ κεχωρίσθαι τῆς μετὰ γυναικῶν διαγωγῆς. ὡς ἐὰν ἐπαγγελλόμενός τις τῷ ὀνόματι, ἔργῳ τὰ τῶν ταῖς γυναιξὶ συνοικούντων ποιῇ, δῆλός ἐστι τὸ μὲν τῆς παρθενείας σεμνὸν ἐν τῇ προσηγορίᾳ διώκων. τοῦ δὲ καθ' ἡδονὴν ἀπρεποῦς μὴ ἀφιστάμενος· τοσούτῳ οὖν μᾶλλον ἐχρῆν σε εὐκόλως εἶξαι ἡμῶν τῇ ἀξιώσει· ὅσονπερ λέγεις ἐλεύθερος εἶναι παντὸς σωματικοῦ πάθους. οὔτε γὰρ τὸν ἑβδομηκονταετῆ γεγονότα πείθομαι ἐμπαθῶς γυναικὶ συνοικεῖν, οὔτε ὡς ἐπὶ γενομένῃ τινὶ ἀτόπῳ πράξει, ὡρίσαμεν ἃ καὶ ὡρίσαμεν. ἀλλ' ἐπειδὴ ἐδιδάχθημεν παρὰ τοῦ ἀποστόλου μὴ τιθέναι πρόσκομμα τῷ ἀδελφῷ ἢ σκάνδαλον, οἴδαμεν δὲ ὅτι τὸ παρά τινων ὑγιῶς γινόμενον ἄλλοις ἀφορμὴ πρὸς ἁμαρτίαν ὑπάρξει· τούτου ἕνεκα προσετάξαμεν ἑπόμενοι τῇ διαταγῇ τῶν ἁγίων πατέρων χωρισθῆναί σε τοῦ γυναίου. τί οὖν ἐγκαλεῖς τῷ χωρεπισκόπῳ καὶ παλαιᾶς

ἔχθρας μέμνησαι; τί δὲ ἡμᾶς καταμέμφῃ ὡς εὐκόλους ἀκοὰς ἔχοντας εἰς τὸ τὰς διαβολὰς παραδέχεσθαι· ἀλλ' οὐχὶ σεαυτῷ τῷ μὴ ἀνεχομένῳ ἀποστῆναι τῆς πρὸς τὴν γυναῖκα συνηθείας; ἔκβαλε τοίνυν αὐτὴν ἀπὸ τοῦ οἴκου σου καὶ κατάστησον αὐτὴν ἐν μοναστηρίῳ. ἔστω ἐκείνη μετὰ παρθένων καὶ ὑπηρετοῦ ὑπὸ ἀνδρῶν, ἵνα μὴ τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ δι' ὑμᾶς βλασφημῆται. ἕως ἂν ταῦτα ποιῇς αἱ μυριάδες ἅσπερ σὺ γράφεις διὰ τῶν ἐπιστολῶν, οὐδέν ὠφελήσουσί σε· ἀλλὰ τελευτήσεις ἀργῶν καὶ δώσεις τῷ κυρίῳ λόγον τῆς ἑαυτοῦ ἀργίας. ἐὰν δὲ τολμήσῃς μὴ διορθωσάμενος σεαυτὸν ἀντέχεσθαι τῆς ἱερωσύνης, ἀνάθεμα ἔσῃ παντὶ τῷ λαῷ· καὶ οἱ δεχόμενοί σε ἐκκήρυκτοι κατὰ πᾶσαν ἐκκλησίαν γενήσονται.

Ἑρμηνεία.

Γρηγόριός τις πρεσβύτερος γύναιον εἶχεν ὑπηρετοῦν αὐτῷ· ὃ μαθὼν ὁ ἅγιος ἀπῄτει τὸν πρεσβύτερον ἐκσεῖσαι τῆς κατοικίας αὐτοῦ τὸ γύναιον. ὁ δὲ ἔγραψε περὶ τούτου πρὸς αὐτὸν ἀπολογούμενος, καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἀντέγραψε πρὸς τὸν πρεσβύτερον. ἔοικε δὲ τὸν πρεσβύτερον ἐν τῇ ἐπιστολῇ αὐτοῦ ἀξιῶσαι τὸν ἅγιον μακροθύμως ἀναγνῶναι τὰ γράμματα· πρὸς ὃν ἀντέγραψεν ὁ πατήρ, ὅτι μετὰ πάσης μακροθυμίας ἐνέτυχον σου τοῖς γράμμασι καὶ ἐθαύμασα, ὅτι δυνάμενος συντόμως ἀπολογήσασθαι διὰ πραγμάτων, ἤγουν διὰ τοῦ ἀποπέμψασθαι τὴν γυναῖκα τοῖς μὲν κατηγορουμένοις, ἤτοι τοῖς πράγμασιν αὐτοῖς, δι' ἃ ἡ κατηγορία, ἐπιμένεις· διὰ δὲ λόγων ἀπολογίας ποιεῖς. εἶτά φησιν, ὅτι οὔτε πρῶτοι οὔτε μόνοι ἡμεῖς ὡρίσαμεν μὴ συνοικεῖν ἀνδράσιν ἱερωμένοις, δηλαδὴ γυναῖκας, ἀλλ' ἀνάγνωθι τὸν κανόνα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, ὃς ἀπηγόρευσε συνεισάκτους μὴ εἶναι. συνεισάκτους δὲ λέγει ὁ κανὼν, ὅς τρίτος ἐστὶ τῆς εἰρημένης συνόδου τὰς εἰς κατοικίας ἱερωμένων ἀζύγων συνεισαγομένας καὶ κατοικούσας σὺν αὐτοῖς. οἱ δὲ ἐπαγγελλόμενοι ἀγαμίαν ἔχουσί φησι, τὸ σεμνὸν, ἤγουν τὸ ἐπὶ σωφροσύνῃ εὔφημον, ἐν τῷ κεχωρίσθαι ἀπὸ γυναικῶν. ἐὰν δέ τις ἐπαγγέλληται παρθενίαν, συνοικῇ δὲ γυναιξὶν, ὄνομα μόνον ἔχει, οὐ μὴν καὶ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα. ἐπεὶ οὖν φησὶ, λέγεις ἐλεύθερος εἶναι παντὸς σωματικοῦ πάθους, διὰ τοῦτο μᾶλλον εὐκόλως ὑποταγῆναι τῇ ἀξιώσει ἡμῶν, καὶ ἀποπέμψασθαι τὸ γύναιον. οὐκ εἶπε, τῇ κελεύσει, ἢ τῇ προστάξει, ἀλλὰ τῇ ἀξιώσει, διὰ μετριοφροσύνην,

A *ris simultatis recordaris? Quid autem nos insimulas, quod aures ad admittēdas calumnias faciles præbeamus, non autem te ipsum, qui à consuetudine cum muliere non potes recedere? Eiice eam à domo tua, & statue ipsam in monasterio, sit illa cum virginibus, & viri tibi seruiant: ne nomen dei per vos blasphemetur. Quandiu hæc feceris, Myriades quas scribis in epistolis, nihil tibi proderunt. Sed ociosus morieris, deóque reddes rationem tui ocii: sin autem non correctus ausus fueris sacerdotium apprehendere, eris toti populo anathema, & qui te susceperint, erunt in omni ecclesia abdicati.*

B SCH. BALS. Gregorius quidā presbyter habebat quandā mulierculam ei inseruientē. Quod cum sanctus intellexisset, petiuit à presbytero vt mulierem domo sua expelleret. Is verò ad ipsum de ea re se ipsum defendens rescripsit. Magnus quoque Basilius rescripsit ad presbyterum: est autem verisimile presbyterum in sua epistola sanctum rogasse, vt literas cum longanimitate legeret, ad quem rescripsit pater, Cum omni longanimitate tuas literas legi, & admiratus sum, quòd cum posses per res breui-C ter respondere, scilicet per mulieris amandationem, in iis quorum accusaris, rebus scilicet ipsis propter quas accusatio instituta est, permanes: verbis autem te defendis. Deinde dicit, Nos nec primi, nec soli statuimus, ne mulieres cum viris scilicet sacratis cohabitarent, sed lege can. syn. Nicenæ, qui prohibuit ne sint introductitiæ. Eas autem introductitias appellat tertius dictæ synodi canon, quæ introducantur in ædes sacratorum homi-D num, qui vxores non duxerunt, & cum eis cohabitant. Qui autem cœlibatum professi sunt, laudem, & gloriam ob continentiam habebunt, si à mulieribus separentur. Si quis autem virginitatem profiteatur, cum mulieribus verò cohabitet, habet solum nomen, non autem & rem ipsam. Quia ergo, inquit, dicis te esse liberum ab omni perturbatione corporali, eo te facilius oportebat nostræ postulationi submittere, & mulierculam dimittere. Non dixit autem iussui vel mandato nostro, sed nostræ postulationi, modestiæ causa.

Non enim tanquam, inquit, in muliercula amatoriè affectus sis, & propter turpem actionem decreuimus vt eam eiiceres. Non enim credo eũ qui septuaginta annos natus est amatoriè affectum cum muliere cohabitare, sed propter id quod ab Apostolo dictum est, non esse fratri dandum offendiculum, vel scandalum. Quod enim ab aliis sanè fit, & absque vlla animi perturbatione, erit aliis peccati occasio. Tu enim, inquit, fortasse cũ muliere nequaquã in eã affectus cohabitas. Alius verò tuum exemplum secutus cum muliere cohabitabit, nõ sine amatoria animi perturbatione: vel non bonam de te existimationem habebit: & erit hoc in sacerdotij dedecus. Quid ergo, inquit, chorepiscopum accusas? Est ergo verisimile chorepiscopum de introductitia muliercula iudicasse. Quid ergo nos accusas, tãquam qui calũnias facilè admittamus, & nõ potius te ipsũ, qui vt à muliere separeris, nõ possis in animũ inducere? Statue ergo, inquit, eã in monasterio, & tibi viri ministrent. Quandiu hæc facis, ea quæ tu multa esse scribis, nihil te iuuabũt, sed ociosus morieris, pro eo quod est, vsque ad finẽ vitæ non operaberis vt sacerdos, cũ sis segregatus, & domino rationem tui ocij reddes, vtpote quòd tibi ex hac causa iniunctũ sit. Sin autẽ nõ correctus sacrificare ausus fueris, eris anathema, & qui te sacrificantẽ suscipiũt, ab omni fideliũ cœtu abdicabuntur. Et hæc quidẽ sic habent. Sed quia nõnulli tertiũ primę synodi canonẽ afferẽtes, & verba huius epistolæ, volũt episcopos, & clericos nõ cohabitare cũ suis cognatis personis à suspicione alienis, quæ habent alias sibi deseruiẽtes, dicentes circũscribi canones, si sub nomine cognatæ non suspectæ, ij qui sunt sacrati fideles offendant per cohabitationem cum aliis mulieribus, dicimus, quòd episcopi quidem à Iustiniani nouella, quæ à nobis sita est in interpretatione tertij canonis prima syno. prohibentur cum quauis muliere cohabitare. Clericos autem vellem quidem & ipsos sanctè viuere, & omnino abstinere ab habitatione cum vllis mulieribus. Sin autem hoc non possunt, vt mihi quidem videtur, cũ matribus,

A οὐ γὰρ ὡς ἐμπαθῶς σου, φησί, ἔχοντος πρὸς τὸ γύναιον, καὶ διὰ πρᾶξιν ἄτοπον ὡρισάμεθα ἐκβαλεῖν αὐτό (οὐ γὰρ τὸν ἑβδομήκοντα ζήσαντα χρόνοις πιστεύω ἐμπαθῶς συνοικεῖν γυναικί) ἀλλὰ διὰ τὸ εἰρημένον τῷ ἀποστόλῳ, τὸ μὴ τιθέναι πρόσκομμα τῷ ἀδελφῷ, ἢ σκάνδαλον. τὸ γὰρ παρὰ ἄλλων ἀπαθῶς ἢ ἁγίως γινόμενον ἄλλοις πρόφασις ἔσται πρὸς ἁμαρτίαν. σὺ μὲν γάρ, φησιν, ἴσως ἀπαθῶς συνοικεῖς τῷ γυναίῳ, ἕτερος δὲ ὑπόδειγμα λαβών σε, συνοικήσει γυναίῳ οὐκ ἀπαθῶς, ἢ καὶ κατὰ σοῦ σχοίη B ὑπολήψεις οὐκ ἀγαθάς· καὶ ἔσται τοῦτο εἰς ἀτιμίαν τῆς ἱερωσύνης. τί οὖν ἐγκαλεῖς τῷ χωρεπισκόπῳ; ἔοικεν οὖν παρὰ τοῦ χωρεπισκόπου μηνυθῆναι τῷ ἁγίῳ τὰ περὶ τοῦ ἐπισάκτου γυναίου. τί δὲ αἰτιᾷ ἡμᾶς, ὡς εὐκόλως τὰς διαβολὰς προσδεχομένους, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἑαυτόν, μὴ ἀνεχόμενον ἀποστῆναι τῆς γυναικός; κατάστησον οὖν, φησί, αὐτὴν ἐν μονῇ, καὶ σὺ ὑπηρετοῦ παρὰ ἀνδρῶν· ἕως ταῦτα ποιεῖς, ἃ γράφεις πολλὰ ὄντα, οὐδὲν ὠφελήσουσί σε, ἀλλὰ τελευτήσεις ἀργῶν, ἀντὶ τοῦ ἕως τέλους τῆς ζωῆς σου οὐκ ἐνεργήσεις C ὡς ἱερεύς, ἀφωρισμένος ὤν, καὶ δώσεις λόγον τῷ κυρίῳ τῆς ἑαυτοῦ ἀργείας, ὡς ἐξ αἰτίας σου ταύτης σοι ἐπενηνεγμένης. ἐὰν δὲ μὴ διορθωσάμενος τολμήσῃς ἱερουργεῖν, ἀνάθεμα ἔσῃ, καὶ οἱ δεχόμενοί σε ἱερουργοῦντα πάσης ὁμηγύρεως πιστῶν ἐκκηρυχθήσονται. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως. ἐπεὶ δέ τινες χρώμενοι τῷ τρίτῳ κανόνι τῆς α΄. συνόδου, καὶ τοῖς ῥήμασι τῆς παρούσης ἐπιστολῆς, θέλουσι μὴ συνοικεῖν τοὺς ἐπισκόπους, καὶ τοὺς κληρικοὺς μετὰ τῶν συγγενικῶν αὐτῶν ἀνυπόπτων προσώπων ἐχόντων γύναια ὑπουργικά, λέγοντες περιγράφεσθαι D τοὺς κανόνας, ἐὰν τῷ ὀνόματι τῆς ἀνυπόπτου προσγενοῦς οἱ ἱερωμένοι τοὺς πιστοὺς σκανδαλίζουσι διὰ τῆς μετὰ τῶν λοιπῶν γυναίων συνοικήσεως, φαμέν, ὅτι οἱ μὲν ἐπίσκοποι ἀπὸ τῆς Ἰουστινιανείου νεαρᾶς τῆς παρ' ἡμῶν καταστρωθείσης εἰς τὴν ἑρμηνείαν τοῦ γ΄. κανόνος τῆς α΄. συνόδου, κωλύονται συνοικεῖν οἱᾳδήτινι γυναικί. τοὺς δὲ κληρικούς, ἤθελον μὲν καὶ αὐτοὺς ἁγιοπρεπῶς ζῆν καὶ πάντη ἀπέχεσθαι τῆς μετὰ γυναικῶν οἱωνδήτινων συνοικήσεως. εἰ δὲ τοῦτο οὐ δύνανται, οὗτοι, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἀκινδύνως συνοικοῦσι μετὰ μητέρων,

A *ac disciplina vnicuique morbo se applicat) ita cùm multa sit in morbo quoque animæ affectionum varietas, multiformis quoque necessario fuerit medica curatio ad affectionis rationem medicinam exercens. Vt sit autem arte aliqua procedens propositæ quæstionis methodus, rem ita tractabimus. Tria sunt quæ in anima nostra considerantur secundum primam diuisionem: ratio, concupiscentia, & ira. In iis sunt & recte facta eorum qui ex virtute viuunt, & delicta casúsque eorum qui ad vitium dilabuntur. Quamobrem oportet eum qui ægrotanti animæ parti conuenientem medelam* B *est adhibiturus, prius quidem considerare in quónam consistit affectio, deinde sic laboranti conuenientem medelam applicare, ne propter medicæ disciplinæ ignorantiam, alia quidem sit pars quæ ægrotat, alia verò cui est adhibita medela, sicut certè multos videmus medicos, qui propter primo affectæ partis ignorationem morbum suis medicamentis adaugent. Cùm enim sæpe existat morbus propter dominationem & exuperationem calidi: quoniam iis qui propter nimiam frigidi abundantiam male affecti sunt, vtile est quod calefacit, & confouet* C *id quod illis ex ratione adhibitum confert, idem iis qui immoderata caliditate succenduntur applicantes, efficiunt vt sit morbus curatu difficillimus. Quemadmodum ergo medicis imprimis necessaria existimata est elementorum proprietatis cognitio, vt vniuscuiusque eorum quæ bene vel malè constituta sunt, id quod præter naturam affectum est, corrigatur. Sic & nos ad hanc recurrentes diuisionem, quæ est eorum quæ in anima considerantur, principium & fundamentum conuenientis affectionum curationis, generalem faciamus contemplationem. Trifariam ergo, vt diximus, diuisa pro-* D *prietate motionum animæ, in rationem, concupiscentiam, & iram; rationis quidem compotis animæ partis est perfectum & ex virtute rectè se gerens officium, pia de deo existimatio, boni & mali discernens scientia, & quæ habet veram & non confusam de rerum subiectarum natura opinionem; quid est quidem, in iis quæ sunt, expetendum, quid verò abhorrendum & abiiciendum: & rursus ex contrario quod in ea parte est vitium, omnino considerabitur,*

quando circa res quidem diuinas fuerit impietas, circa id autem quod verè honestum est, inopia iudicij, peruersa autem & corrupta de rerum natura existimatio, vt lucem tenebras ponat, & tenebras lucem, vt dicit scriptura. Concupiscentis autem partis motus est ex virtute, si ad id quod est re vera concupiscendum, & verè pulchrum & honestum erigatur desiderium, & si qua est in nobis amatoria facultas & affectio, tota in illo versetur, vt credamus nihil aliud esse sua natura expetendum præter virtutem, & naturam quæ virtutem effundit. Huius autem partis declinatio est & peccatum, quando cupiditatem transtulerit ad inanem, quæ non potest consistere, gloriam, vel ad florem qui coloratè corporum superficiei est illitus. Vnde existit libido, gloriæ cupiditas, ambitio, & auaritia, & cætera eiusmodi quæ ab hoc vitij genere dependent. Animosæ autem seu irascentis partis recta & ex virtute actio est, mali odium, & bellum cum animi perturbationibus, & ad fortitudinem in eo esse confirmatam animam, vt ea non pertimescat, quæ multis terribilia videntur, sed vsque ad sanguinem peccato resistat: mortis autem minas, & grauia supplicia contemnat, & à rebus iucundissimis disiunctione, & omnibus, vt semel dicam, quæ propter aliquam consuetudinem & anticipatam opinionem multos in voluptate detinent, sit superior pro fide & virtute decertans. Huius autem partis prolapsiones omnibus apertæ sunt, inuidia, odium, ira, conuicia, certamina, contentiosæ & vltionis appetentes affectiones, quæ acceptæ iniuriæ recordationem longè extendunt, & multos ad cædem & sanguinem incitant. Dum enim non inueniret stulta & inerudita ratio, quomodo armis suis vtiliter vteretur, ferri aciem in se conuertit, eáque arma quæ nobis à deo data sunt, ei qui malè vtitur, exitium afferunt.

A ἐν τῷ μέρει τούτῳ κακία θεωρηθήσεται, ὅταν ἀσέβεια μὲν ἡ περὶ τὸ θεῖον, ἀκρισία δὲ περὶ τὸ ὄντως καλόν. ἐνηλλαγμένη δὲ καὶ ἐσκολιωμένη ἡ περὶ τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν ὑπόληψις, ὥστε τιθέναι τὸ φῶς σκότος καὶ τὸ σκότος φῶς, καθώς φησιν ἡ γραφή. τοῦ δὲ ἐπιθυμητικοῦ μέρους ἡ μὲν ἐνάρετός ἐστι κίνησις, τὸ πρὸς τὸ ὄντως ἐπιθυμητικὸν καὶ ἀληθῶς καλὸν ἀνάγεσθαι τὸν πόθον, καὶ εἴ τις ἐν ἡμῖν ἐρωτικὴ δύναμίς τε καὶ διάθεσις ἐκεῖ καταβάλλεσθαι πᾶσαν ἐν τῷ πεπεῖσθαι μηδὲν ὀρεκτὸν εἶναι τῇ ἑαυτοῦ φύσει ἄλλο πλὴν τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς τὴν ἀρετὴν πηγαζούσης φύσεως· B παρατροπὴ δὲ ἁμαρτία τοῦ τοιούτου μέρους ἐστὶν, ὅταν τις μεταγάγῃ τὴν ἐπιθυμίαν πρὸς τὴν ἀνυπόστατον κενοδοξίαν ἢ πρὸς τὸ ἐπικεχρωσμένον τοῖς σώμασιν ἄνθος. ὅθεν γὰρ ἡ φιλοχρηματία καὶ ἡ φιλοδοξία καὶ ἡ φιληδονία, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ὅσα τοῦ τοιούτου ἤρτηται τῆς κακίας εἴδους. πάλιν δὲ τῆς θυμώδους διαθέσεως κατόρθωμα ἐστὶν ἡ πρὸς τὸ κακὸν ἀπέχθεια, καὶ ὁ πρὸς τὰ πάθη πόλεμος, καὶ τὸ πρὸς ἀνδρείαν ἐρρῶσθαι τὴν ψυχὴν ἐν τῷ C μὴ καταπλήσσειν τὰ τοῖς πολλοῖς φοβερὰ νομιζόμενα, ἀλλὰ μέχρις αἵματος τὴν ἁμαρτίαν ἀντικαθίστασθαι, καταφρονεῖν δὲ θανατικῆς ἀπειλῆς καὶ ἀλγεινῶν κολαστηρίων καὶ τῆς τῶν ἡδίστων διαζεύξεως, καὶ πάντων ἅπαξ τῶν διά τινος συνηθείας καὶ προλήψεως ἐν ἡδονῇ τοὺς πολλοὺς κατεχόντων κρείττονα γενέσθαι τῆς πίστεως καὶ τῆς ἀρετῆς προμαχόμενον· τὰ δὲ ἀποπτώματα τοῦ τοιούτου μέρους ἐστὶν ἅπασι πρόδηλα, ὁ φθόνος, τὸ μῖσος, ἡ μῆνις, αἱ λοιδορίαι, αἱ συμπλοκαὶ, αἱ φιλόνεικοί τε καὶ ἀμυντικαὶ διαθέσεις, αἱ μέχρι πολλοῦ παρατείνουσαι τὴν μνησικακίαν καὶ πολλοὺς εἰς φόνους καὶ αἵματα D καταλήγουσα, μὴ γὰρ εὑρὼν ὁ ἀπαίδευτος λογισμὸς ὅπου χρήσεται λυσιτελῶς τῷ ὅπλῳ, ἐφ' ἑαυτὸν τρέπει τὴν τοῦ σιδήρου ἀκμὴν, καὶ γίνεται τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ δοθὲν ἡμῖν ἀμυντήριον ὅπλον τῷ κακῶς κεχρημένῳ ὀλέθριον.

Scʜᴏʟ. Bᴀʟs. In tempore festi paschæ hic magnus pater hanc epistolam misisse videtur & dicit ad festum conferre, vt qui peccant, legitimè & canonicè dispensentur. Festum enim resurrectionis domini, propter resurrectionē humani generis, quod propter peccatū ceciderat,

Ἑρμηνεία.

Ἐν καιρῷ τῆς τοῦ πάσχα ἑορτῆς φαίνεται ὁ μέγας οὗτος πατὴρ τὴν ἐπιστολὴν ταύτην ἀπεσταλκώς· καὶ φησὶν ὅτι συντελεῖ εἰς τὴν ἑορτὴν πῶς οἱ ἁμαρτάνοντες οἰκονομηθήσονται, ἐννόμως τε καὶ κανονικῶς. ἡ γὰρ τῆς ἀναστάσεως ἑορτὴ τοῦ κυρίου, διὰ τὴν ἀνάστασιν τοῦ πεπτωκότος διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἀνθρωπείου γένους,

καὶ γέγονε καὶ ἐτησίως ἐπιτελεῖται. ἀνάστασις δέ ἐστι καὶ ἡ ἐκ τοῦ πτώματος τῆς ἁμαρτίας ἀνόρθωσις. τὸ γὰρ ἀποσχέσθαι τῆς ἁμαρτίας τὸν ἁμαρτάνοντα, ἀναστῆναι ἐστὶ τοῦ πτώματος οὗ πέπτωκεν ἁμαρτάνων. διὸ φησὶ κατὰ τὴν ἡμέραν ταύτην, μὴ μόνον προσάγειν θεῷ τοὺς διὰ τοῦ σωτηρίου λουτροῦ τοῦ βαπτίσματος μεταστοιχειουμένους ἐκ παλιγγενεσίας νέον, ὥσπερ τὸ σῶμα λαμβάνοντας οἷα καθαρθὲν τῇ τοῦ πνεύματος χάριτι τῶν μολυσμάτων ἃ διὰ τῆς κακίας αὐτῷ προσεπετρίβησαν. οὐ τούτους δὲ μόνον φησὶ προσάγειν χρεὼν κατὰ τὸν τοῦ πάσχα καιρὸν, ἀλλὰ καὶ τοὺς μετανοοῦντας καὶ ἐκ τῶν νεκρῶν ἔργων ἐπανιόντας εἰς τὴν ζῶσαν ὁδόν. τοῦτο δὲ ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῇ τῷ μεγάλῳ εἴρηται Παύλῳ, νεκρὰ καλέσαντι ἔργα, τὰ δυσωδίας τὴν ψυχὴν πληροῦντα καὶ ἡμᾶς ἀκαθάρτους ποιοῦντα. ὡς γὰρ παρὰ τῷ νόμῳ τῷ παλαιῷ ὁ τοῦ νεκροῦ ἁψάμενος, ἀκάθαρτος ἐνομίζετο, οὕτω καὶ ὁ τῶν νεκρῶν ἔργων ἁπτόμενος, ἀκάθαρτος κρίνεται τῷ θεῷ, καθαιρόμενος δὲ διὰ τῆς μετανοίας, ἐπανέξεισιν εἰς ὁδὸν ζῶσαν· ἡ πρὸς θεὸν ἄγουσα δέ ἐστιν ἡ ζῶσα ὁδὸς, ἡ τὴν ζωὴν ἡμῖν προξενοῦσα τὴν μέλλουσαν, ἡ τῶν νεκρῶν ἢ καὶ νεκρούντων ἡμᾶς χωρίζουσα ἔργων, τῶν ἀποξενούντων τῆς σωζούσης ἐλπίδος, τουτέστι τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ, ἥτις ἐλπιζομένη σώζει τοὺς ταῦτα ἐλπίζοντας, βιοῦντας κατὰ τὰς τοῦ θεοῦ ἐντολὰς, ἵνα ταύτης μὴ ἀποτύχωμεν. ἔτι δέ φησιν οὐ μικρὸν ἔργον τὸ οἰκονομῆσαι τοὺς περὶ τούτων λόγους, δηλονότι τῶν μετανοούντων ἐν ὀρθῇ κρίσει, κατὰ τὸν Δαβὶδ λέγοντα περὶ τοῦ φοβουμένου τὸν κύριον, οἰκονομήσει τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐν κρίσει, καὶ τὰ ἑξῆς. εἶτα δείκνυσι καὶ πῶς οὐ μικρόν ἐστιν ἔργον τὸ οἰκονομῆσαι τοὺς λόγους τοὺς περὶ μετανοίας ἐν ὀρθῇ κρίσει. καὶ φησὶν ὅτι ὥσπερ τοῖς τῶν σωμάτων θεραπευταῖς εἷς μέν ἐστιν ὁ σκοπὸς ἐκ τῆς ἰατρικῆς τέχνης τὸ ἰάσασθαι τὸν ἀρρωστοῦντα, ἡ δὲ μεταχείρησις οὐχ ὁμοία ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἀσθενοῦσιν. ἀλλὰ κατὰ τὰς διαφορὰς, οὕτω καὶ τῶν νοσούντων σωμάτων ποιοῦνται τὴν ἐπιμέλειαν, καὶ ἡλικιῶν καὶ σωμάτων ἰδιότητας καὶ ὡρῶν καὶ χωρῶν παρατηρούμενοι διαφορὰς, οὕτω χρὴ καὶ τὸν θεραπεύοντα νοσήματα ψυχικὰ, ὧν πολλή τις ἡ ποικιλία ἐστὶ πολυειδῆ καὶ τὴν θεραπείαν προσάγειν, καὶ τὰ αἴτια τῶν παθῶν παρατηρούμενον,

& factum est, & quotannis peragitur. Resurrectio autem est etiam ex lapsu peccati resurrectio. Peccatorem enim à peccato abstinere, est resurgere à casu quo cecidit qui peccat. Quare oportet, inquit, hodierno die deo adducere non solum eos qui per salutare baptismi lauacrum ex regeneratione transmutantur, tanquam nouum corpus accipientes, vt pote quod sancti spiritus gratia à sordibus sit emundatũ, quæ ei per peccatum insederant. Non eos ergo dicit solũ adducere oportere Paschæ tempore, sed eos etiam qui agunt pœnitentiam, & à mortuis operibus ad viam viuentem ascendunt. Hoc autem in epistola ad Hebræos à magno Paulo dictum est, qui mortua vocauit opera, quæ animam malo odore replent, & nos immundos efficiunt. Quemadmodum enim in lege antiqua, qui mortuum tetigit, immundus existimabatur, ita & qui mortua tangit opera immundus à deo iudicatus est. Per pœnitentiam autem purgatus ad viam viuentem reuertitur. Quæ autem ad deum ducit, est ea via viuens, quæ futuram nobis vitam conciliat, quæ à mortuis operibus, seu quæ nos mortificant, separat, quæ à seruante spe nos abalienant, hoc est à regno dei. quod si speretur, seruat eos qui sperant, & dei mandatis conuenienter viuunt, ne ab eo excidamus. Est autem, inquit, non paruum opus ea quæ de iis dicenda sunt, de iis scilicet qui pœnitentiam agunt, dispensare in recto iudicio, vt vult Dauid qui dicit de eo, Qui timet dominum, dispensabit sermones suos in iudicio, & cætera. & dicit, quòd sicut corporum medicis vnum est institutum, vt arte medica ei qui laborat medeantur: non est autem similis in omnibus qui ægrotant curandi ratio, sed pro ægrotantium diuersitate eorum curam gerunt, & ætatum & corporum proprietatem horarúmque & locorum differentiam obseruantes: ita enim oportet eum qui animæ morbis medetur, quorum multiplex est varietas, multiplicem quoque medelam adhibere, & morborum causas obseruantem, &

vniuscuiusque pœnitentiã agentium affectionem. Postea tradit artificiosam peccatorum doctrinam, & dicit esse tria quæ in anima nostra cõsiderantur, rationem, concupiscentiam, & iram, quæ animæ facultates & proprietates appellantur. & ex iis dicit existere rectè facta, seu virtutes, & casus, seu delicta ac peccata, & oportet animæ affectionum medium considerare, ex quanã animæ facultatum consistit peccatum, & ita ei qui curatur conuenientem adhibere medicinam, & affectioni appositam, ne ex imperitia aliud quidẽ sit quod laboret, aliud cui medicina applicetur: vel sit etiam morbus, qui aliter curari debeat, ille verò aliter medicari conetur. Quod etiam, inquit, imperiti faciũt medici, & cum aliquo propter calidi exuperationem laborãte frigida aliqua adhibere oporteat, si inconsideratè magis calefacientia applicet, curatu difficillimam affectionem effecerit: contraria enim contrariis curantur, & iis quidẽ qui propter frigidi dominatum laborant cõueniens est medicina, id quod calefacit & confouet: in quo autem calidũ exuperat, oportet cõtrariũ adhibere, quod est frigidum. & quemadmodũ corporum medicis necessariũ est intelligere, vndè nã is qui laborat, affectus est, & ita illi morbo conueniẽtẽ medicinã adhibere: ita & iis qui morbos animæ curãt, citra vllam omnino excusationẽ, considerandũ est vndè nã peccatum, cui medicina adhibenda est, nascitur. Cũ animæ ergo facultates, in tria, vt dictũ est, diuidantur, rationis, inquit, virtus est pia de deo existimatio, & boni & mali diiudicatio: & quæ habet veram, & non confusã de natura existimationẽ, & subiectorũ opinionẽ. Porro is verè dicitur videre, qui purè, & absque vllo errore videt, & id quod videtur, ita intelligentia cõprehendit, vt eius habet natura. Et is non confusè videt, qui videntem facultatem continet, & non aliud quidem videt, aliud se videre existimat. Quando ergo quis rerum subiectarum naturam intelligit, & certò constanterque iudicat, quid est bonum & malum, & quid præferre quidem oporteat, quid verò abhorrere, tunc dicitur apertam

καὶ τὴν ἑκάστου τῶν μετανοούντων διάθεσιν. ἐπὶ τούτοις τεχνικὴν ποιεῖται τὴν περὶ τῶν ἁμαρτανόντων διδασκαλίαν. καὶ φησὶ τρία εἶναι τὰ περὶ τὴν ψυχὴν ἡμῶν θεωρούμενα, τὸ λογικὸν, τὸ ἐπιθυμητικὸν, καὶ τὸ θυμοειδὲς, ἃ καὶ δυνάμεις ψυχικαὶ καὶ ἰδιότητες ὀνομάζονται· καὶ ἐκ τούτων φύεσθαι λέγει τὰ κατορθώματα ἤγουν τὰς ἀρετὰς καὶ τὰ πτώματα, ἤγουν τὰ ἁμαρτήματα. καὶ δεῖ τὸν θεραπευτὴν τῶν ψυχικῶν παθημάτων σκοπεῖν ἐκ τίνος τῶν ψυχικῶν δυνάμεων συνέστη τὸ ἁμάρτημα. καὶ οὕτω προσάγειν τῷ θεραπευομένῳ τὴν θεραπείαν κατάλληλον καὶ οἰκείαν τῷ πάθει, ἵνα μὴ ἐξ ἀπειρίας ἄλλο μὲν ᾖ τὸ πάσχον, ἄλλο δὲ τὸ ἰατρευόμενον. ἢ καὶ ἄλλως δέον μεταχειρίσασθαι τὸ ψυχικὸν ἀρρώστημα, ὁ δὲ ἑτέρως αὐτὸ θεραπεύειν ἐπιχειρῇ, ὅπερ φησὶ καὶ οἱ ἄτεχνοι ποιοῦσι τῶν ἰατρῶν. καὶ τινὸς πάσχοντος κατὰ θερμοῦ πλεονασμὸν, δέον προσενεγκεῖν αὐτῷ ψυχρότερα τινὰ, εἰ προσενέγκοιεν μᾶλλον ἀπερισκέπτως θερμαίνοντα, δυσίατον τὸ πάθος ἐποίησαν. τὰ γὰρ ἐναντία τῶν ἐναντίων εἰσὶν ἰάματα. καὶ τοῖς μὲν κατ' ἐπικράτησιν τοῦ ψυχροῦ πάσχουσι, κατάλληλός ἐστι θεραπεία τὸ θερμαῖνον καὶ ἀναθάλπον. οὗ δὲ τὸ θερμὸν ἐπλεόνασε, προσφέρειν δεῖ τὸ ἀντίθετον ὅπερ ἐστὶ τὸ ψυχρόν. καὶ ὥσπερ τοῖς τῶν σωμάτων θεραπευταῖς ἀναγκαῖόν ἐστι τὸ κατανοῆσαι ὅθεν ὁ νοσῶν πάσχει. καὶ οὕτω τὴν θεραπείαν αὐτῷ οἰκείαν τῇ νόσῳ προσαγαγεῖν, οὕτω καὶ τοῖς τὰ ψυχικὰ ἰατρεύουσι πάθη, ἀπαραίτητος ἡ κατασκόπησις τοῦ ὅθεν τὸ μέλλον θεραπευθῆναι ἁμάρτημα, φύεται. εἰς τρία τοίνυν, ὡς εἴρηται, τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων διαιρουμένων, τοῦ μὲν λογιστικοῦ φησὶν, ἀρετή ἐστιν ἡ εὐσεβὴς περὶ τὸ θεῖον ὑπόληψις, καὶ ἡ τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ κακοῦ διάκρισις, καὶ ἡ τρανὴν καὶ ἀσύγχυτον ἔχουσα περὶ τῆς φύσεως τὴν ὑπόληψιν, καὶ τῶν ὑποκειμένων τὴν δόξαν. καὶ τρανῶς λέγεται βλέπειν, ὁ ὁρῶν καθαρῶς τε καὶ ἀπλανῶς καὶ κατανοῶν τὸ ὁρώμενον ὡς ἔχει φύσεως. καὶ ἀσυγχύτως ὁρᾷ, ὁ μὴ τὴν ὁρατικὴν συγχεόμενος δύναμιν, καὶ ἄλλο μὲν ὁρῶν, ἄλλο δὲ δοκῶν βλέπειν. ὅταν οὖν τις τὴν τῶν ὑποκειμένων πραγμάτων φύσιν κατανοῇ καὶ ἀνεπισφαλῶς κρίνῃ τί μὲν ἐστι καλὸν, τί δὲ κακὸν, καὶ τί μὲν προκρίνειν δέον, τί δὲ βδελύττεσθαι, τότε λέγεται τρανήν,

καὶ ἀσύγχυτον ἔχειν δόξαν, ἤτοι ὑπόληψιν, αὐτὸ τὸ καλῶς κρίνειν τὰ πράγματα καὶ ὑπολαμβάνειν περὶ αὐτῶν ἀσφαλῶς. Εἰπὼν δὲ τί ἐστιν ἀρετὴ τοῦ λογιστικοῦ, νῦν καὶ περὶ τῆς κακίας αὐτοῦ λέγει, καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων ταύτην θεωρεῖσθαι εἴτουν καταγινώσκεσθαι διδάσκει· καὶ φησὶν εἶναι κακίαν τοῦ λογιστικοῦ, τὴν περὶ τὸ θεῖον ἀσέβειαν, τουτέστι τὸ λογίζεσθαι τι ἀνάξιον τῆς θείας φύσεως καὶ τὴν περὶ τῶν πραγμάτων μὴ ὀρθὴν κρίσιν, ἀλλ' ἐσφαλμένην, ὥστε τὸ κακὸν ὑπολαμβάνειν καλὸν, καὶ τὸ καλὸν, κακόν. τοῦτο γὰρ δηλοῖ, τὸ τιθέναι τὸ σκότος, φῶς, καὶ τὸ φῶς, σκότος· τοῦτο δὲ τοῦ Ἡσαΐου ἐστὶν, οὐαὶ τοῖς τοῦτο ποιοῦσιν ἐπαρωμένου. τοῦ δὲ ἐπιθυμητικοῦ μέρους λέγεται ἀρεστὸν, τὸ τὴν ἔφεσιν ἡμῶν κινεῖσθαι πρὸς τὸ ὄντως καλὸν καὶ ἐπιθυμητὸν, καὶ πείθεσθαι μή τι ἄλλο εἶναι ὀρεκτὸν ἤγουν ὀρέξεως ἢ ἐπιθυμίας ἄξιον κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ἢ τὴν ἀρετὴν πηγάζουσαν φύσιν, ἤτοι τὸν θεόν· πηγὴ γὰρ τῆς ἀρετῆς καὶ ὁδηγὸς πρὸς αὐτὴν, ἡ θεία φύσις. οὐδὲν δὲ ὀρεκτὸν κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, ἢ μόνην τὴν ἀρετὴν εἶπεν ὁ ἅγιος, δηλονότι τὰ ἄλλα τὰ ἡμῖν δοκοῦντα ἐπιθυμητά τε καὶ ὀρεκτὰ, οὐ κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν εἰσὶ τοιαῦτα, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἡμετέραν ἐσφαλμένην κρίσιν τε καὶ ὑπόληψιν. καὶ αὐτίκα ἐπάγει τὴν τῆς δόξης ἐπιθυμίαν, τὴν τοῦ κάλλους τῶν σωμάτων, τὴν φιλοχρηματίαν, τὴν φιληδονίαν, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἃ καὶ παρατροπὴν καὶ ἁμαρτίαν τοῦ ἐπιθυμητικοῦ μέρους τῆς ψυχῆς ἀποφαίνεται. παρατρέπεται γὰρ καὶ διαμαρτάνει, τουτέστιν ἀποτυγχάνει τοῦ καλοῦ καὶ τῆς ὀρθῆς κρίσεως, ὁ ταῦτα κρίνων ὀρεκτά· λέγει δὲ ἐκ κενοδοξίας καὶ τοῦ ἐπικεχρωσμένου τοῖς σώμασιν ἄνθους φύεσθαι τὴν φιλοδοξίαν καὶ τὴν φιλοχρηματίαν καὶ τὴν φιληδονίαν καὶ τὰ ὅμοια τούτοις. Εἰ γάρ τις εἴη κενόδοξος, ὁ ἐφ' οἷς ἔχει κατόρθωμα ἐπαιρούμενος, ὁ τοιοῦτος θέλει δοξάζεσθαι, καὶ ὁ τοῦ τῶν σωμάτων ὀρεγόμενος ἄνθους, εἰς φιληδονίαν, ἢ φιλοχρηματίαν ἐξολισθαίνει. σωμάτων δὲ ἄνθος νοητέον ἢ τὸ τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων κάλλος ἢ τὴν εὔχροιαν τοῦ χρυσοῦ καὶ τὰς τῶν λίθων διαυγὰς, καὶ τὴν τῶν μαργαρέων στιλπνότητα καὶ

& non confusam habere opinionem, seu existimationem, pro eo quod est, res pulchrè iudicare, & tuto de iis existimare. Postquam autem dixit quid sit virtus rationis, nunc etiam dicit de eius vitio, & ea ex contrario considerari seu cognosci docet, & dicit esse rationis vitium, in deum impietatem, hoc est aliquid existimare diuina natura indignum, & de rebus non rectum, sed aberrans iudicium, vt quod bonũ est, malum existimet, & quod malum est, bonum: hoc enim significat dicere lucem tenebras, & tenebras lucem. Hoc autem est Esaiæ eos qui illa faciunt execrantis. Concupiscentiæ autem virtus dicitur, si nostrum desiderium ad id quod verè pulchrum & honestum iuréque concupiscendum est, moueatur, & credere nihil esse aliud expetendum, seu appetitione & desideratu suapte natura dignum, quàm virtutẽ, & quæ virtutem irrigat naturam, scilicet deum. Virtutis enim fons est, & ad ipsam dux diuina natura. Nihil autem esse suapte natura expetendum præter virtutẽ, dixit sanctus: alia scilicet quæ nobis expetenda esse vidẽtur ac desideranda, non esse sua natura eiusmodi, sed nostro aberrante iudicio ac existimatione: & protinus infert gloriç cupiditatem, corporũ pulchritudinis desiderium, auaritiam, libidinem, & quæ sunt eiusmodi, quæ etiam desideratiuæ animæ partis declinationem & peccatum ostẽdunt. Declinat autem & aberrat, hoc est ab eo quod honestum est, & à recto iudicio discedit, qui hæc expetenda esse ducit. Dicit autem ex vana gloria, & ex flore, qui corporũ superficiei est illitus, existere gloriæ cupiditatẽ, auaritiam, & libidinem & quæ sunt his similia. Si quis enim vanæ gloriæ cupiditate laboret: dicitur autem vanæ gloriæ cupiditate laborare, qui Græcè dicitur κενόδοξος, qui iis quæ habet recta ac præclara sublatus, talis quoque vult videri, & qui corporum florem appetit, in libidinem, vel auaritiam labitur. Corporum autem florem intelligere oportet, humanorum corporum pulchritudinem, vel bonum auri colorem, & gemmarum ac lapidum splendorem, margaritarum fulgorem,

vestiúmque contextarum varietates, & quæ iis consequuntur: sunt enim & hæc corpus. Vel ergo amat humanam pulchritudinem, & à libidine vincitur, vel auri, vel aliorum florem expetit, & existit auaritia. Ex his autem ad alia omnis generis innumerabilia deuoluitur. Qui enim gloriam appetit, in inuidiam, & eorum qui ei sunt honore æquales detractionem incidit, volēs esse omnibus superior. Qui autē pulchritudinis amator est, in incontinentiam. Qui autem pecuniam concupiscit, ad iniustitiā. Porro alia quoque mala innumerabilia ex iis enasci solent, ad quæ quidem enumeranda ac nominanda longa scriptione opus esset. Quæ quidem omnia ad vitium reducuntur, quod fit ex declinatione desideratiuæ animæ facultatis, tāquam species ad genus. Non cōsistentem autem vanam gloriam dicit sanctus, quòd honor humanus propterea dicitur Græcè, δόξα, vt quæ sit solum existimatio, & nihil habeat firmū nec stabile, quódve consistat, sed solum opinio & visio. Porro ipsum quoque nomē vanæ gloriæ euidentius declarat, quod dictum est. Inanem enim existimationem, & non vanam eam esse docet. Iræ autem virtutem quidem, rectúmque officium esse docet odium vitij, & pugnare cum animi perturbationibus, nec se eis submittere, nec eis seruire. Et habere animam corroboratā ad fortitudinem, quod est se intrepidè fidentérque gerere. Est autē Græcè ἐστομῶσθαι, id est temperatum esse. A ferro autem metaphora sumpta est: sicut enim ferrum temperatū, est inflexibile, & rem quālibet quæ inciderit secat, ita qui magno excelsóque est animo, ad nihil eorum quæ vidētur terribilia flectitur, sed est ad omnia bono fidentique animo. Non enim mortem timet, nec tormenta; voluptatibus non eneruatur, nec à consuetudine in seruitutem redigitur, sed hæc omnia contemnit, fidem & virtutem possidens, à quibus ne excidat, & omnē dolorem nihili ducit, & quæ sunt iucundissima repudiat. Prolapsiones autem iræ, seu ab honesto deflexiones dicit esse inuidiam, odium, iram, conuicia, & alia quæ enumerata sunt, & adhuc plura.

τὰ τῶν ὑφασμάτων ποικίλματα, καὶ ὅσα τούτοις ἑπόμενα· σῶμα γὰρ καὶ ταῦτα. ἤγουν κάλλους ἀνθρωπίνου ἐρᾷ, καὶ κρατεῖται φιληδονίᾳ· ἢ τοῦ ἄνθους ὀρέγεται τοῦ χρυσοῦ καὶ τῶν ἄλλων, καὶ γίνεται φιλοχρήματος. ἐκ δὲ τούτων εἰς μυρίας ἄλλας κακίας καὶ παντοδαπὰς ἐκκυλίεται. ὁ γὰρ δόξης ἐφιέμενος εἰς φθόνον ἐμπίπτει καὶ τὰς ὁμοτίμων διαβολάς, θέλων αὐτὸν ἁπάντων ὑπερτερεῖν. ὁ δὲ κάλλους ἐραστὴς εἰς ἀσελγείας· ὁ δὲ χρημάτων ἐπιθυμητὴς εἰς ἀδικίας. καὶ ἄλλα δὲ μυρία καὶ ποικίλα κακὰ ἐκ τούτων φύεσθαι πέφυκεν, ἅπερ ἀπαριθμεῖν τε καὶ ὀνομάζειν, μακρᾶς ἂν δέοιτο συγγραφῆς. ἅτινα πάντα εἰς τὴν κακίαν ἀνάγονται τὴν ἐκ παρατροπῆς γινομένην τῆς ἐπιθυμητικῆς δυνάμεως τῆς ψυχῆς, ὡς τὰ εἴδη πρὸς γένος. ἀνυπόστατον δὲ τὴν κενοδοξίαν εἶπεν ὁ ἅγιος, ὅτι ἡ ἀνθρωπίνη τιμὴ διὰ τοῦτο λέγεται δόξα, ὡς ὑπόληψις μόνον οὖσα, καὶ οὐδὲν ὑφεστὸς ἔχουσα, οὐ βέβαιον, οὐδὲ μόνιμον, ἀλλὰ δόκησις τυγχάνουσα μόνον καὶ φαντασία. καὶ αὐτὸ δὲ τὸ ὄνομα τῆς κενοδοξίας ἐκφαντικωτέρα δήλωσις τοῦ λεγομένου ἐστί. ματαίαν γὰρ ὑπόληψιν καὶ οὐκ ἀληθῆ ταύτην εἶναι διδάσκει. τοῦ δὲ θυμικοῦ τῆς ψυχῆς μέρους, ἀρετὴν μὲν καὶ κατόρθωμα λέγει, τὸ πρὸς κακίαν μῖσος, καὶ τὸ τοῖς πάθεσι μάχεσθαι καὶ μὴ ὑποκύπτειν καὶ δουλεύεσθαι αὐτοῖς, καὶ τὸ τὴν ψυχὴν πρὸς ἀνδρείαν ἐστομῶσθαι, ὅ ἐστι τὸ ἀπτοήτως ἔχειν καὶ εὐθαρσῶς. εἴληπται δὲ ἡ λέξις ἐκ τοῦ σιδήρου. ὡς γὰρ ἐστομωμένος σίδηρος ἄκαμπτός ἐστι καὶ τμητικὸς τοῦ παραπεσόντος παντός, οὕτω καὶ ὁ τὴν ψυχὴν ἀνδρεῖος, πρὸς οὐδὲν τῶν δοκούντων φοβερῶν κάμπτεται. ἀλλὰ πρὸς πάντα ἐστὶν εὐθαρσής. οὐ γὰρ θάνατον καταπλήσσει, οὐ κολαστήρια, οὐ μαλακίζεται τοῖς ἥδεσιν, οὐ συνηθείᾳ δουλοῦται, ἀλλὰ πάντων τῶν τοιούτων καταφρονεῖ, τῆς πίστεως καὶ τῆς ἀρετῆς ἀντεχόμενος, ἵνα μὴ τούτων ἐκπέσῃ παντός, ὑποφορῶν ἀλγεινοῦ, καὶ τὰ ἥδιστα παραιτούμενος. ἀποπτώματα δέ φησιν εἶναι τοῦ θυμοειδοῦς τῆς ψυχῆς ἤγουν ἐκπτώσεις ἐκ τοῦ καλοῦ, τὸν φθόνον, τὸ μῖσος, τὴν μῆνιν, τὰς λοιδορίας, καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἀπηριθμημένα. καὶ τούτων δὲ πλείω

ὁ γὰρ ἀπαίδευτος φησὶν, ἤγουν ὁ μὴ παιδείας τυχὼν, ὥστε εἰδέναι ποῦ χρὴ τῷ θυμῷ κεχρῆσθαι ὠφελίμως, ὡς ὅπλῳ καθ' ἑαυτοῦ κέχρηται τούτῳ, τὴν ἀκμὴν τοῦ σιδήρου τὴν ὀξύτητα δηλαδὴ τρέπων πρὸς ἑαυτόν. καὶ γὰρ οὕτως τὸ ὅπλον ὃ ἡμῖν ἐδόθη παρὰ θεοῦ εἰς ἄμυναν, ἤτοι εἰς βοήθειαν, τοῦτο δέ ἐστιν ὁ θυμὸς, κακῶς αὐτῷ κεχρημένοις εἰς ὄλεθρον ἤγουν εἰς βλάβην ψυχικὴν, ἀλλὰ μὴν καὶ σωματικήν.

Qui est enim, inquit, ineruditus, id est qui doctrinam non est assecutus, vt sciat vbi oporteat ira tanquam armis vtiliter vti, ea aduersus se vtitur, & ita arma quæ nobis vtiliter à deo data sunt ad nostri defensionem & nobis ferendum auxilium, (ea autem sunt ira) iis qui illis malè vtuntur, exitium seu perniciem afferunt tam corporis quàm animæ.

Τούτων τοίνυν κατὰ τὸν εἰρημένον διακριθέντων τρόπον, ὅσα μὲν ἁμαρτήματα τοῦ λογιστικοῦ τῆς ψυχῆς ἅπτεται μέρους, χαλεπώτερα παρὰ τῶν πατέρων ἐκρίθη, καὶ μείζονος καὶ διαρκεστέρας καὶ ἐπιπονωτέρας τῆς ἐπιστροφῆς ἄξια, οἷον εἴ τις ἠρνήσατο τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἢ πρὸς Ἰουδαϊσμὸν, ἢ πρὸς εἰδωλολατρείαν, ἢ πρὸς Μανιχαϊσμὸν ἢ πρὸς ἄλλο τι τοιοῦτον ἀθείας εἶδος αὐτομολήσας ἐφάνη, ὁ μὲν ἑκουσίως ἐπὶ τὸ τοιοῦτον ὁρμήσας κακόν, εἶτα καταγνοὺς ἑαυτοῦ χρόνον τῆς μετανοίας ἔχει, ὅλον τὸν τῆς ζωῆς αὐτοῦ· οὐδέποτε γὰρ μυστικῆς ἐπιτελουμένης εὐχῆς μετὰ τοῦ λαοῦ προσκυνῆσαι τὸν θεὸν καταξιοῦται, ἀλλὰ κατὰ μόνας μὲν εὔξεται, τῆς δὲ κοινωνίας τῶν ἁγιασμάτων καθόλου ἀλλότριος ἔσται. ἐν δὲ τῇ ὥρᾳ τῆς ἐξόδου αὐτοῦ τότε τῆς τοῦ ἁγιασμοῦ μερίδος ἀξιωθήσεται. εἰ δὲ συμβαίη παρ' ἐλπίδα ζῆσαι αὐτὸν, πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι διαβιώσεται ἀμέτοχος τῶν μυστικῶν ἁγιασμάτων μέχρι τῆς ἐξόδου γινόμενος. οἱ δὲ βασάνοις καὶ τιμωρίαις χαλεπαῖς αἰκισθέντες ἐν ῥητῷ χρόνῳ ἐπετιμήθησαν, οὕτω φιλανθρωπίᾳ ἐπ' αὐτῶν χρησαμένων ὡς οὐ ψυχῆς ἡλωμένης ἐν πτώματι, ἀλλὰ τῆς σωματικῆς ἀσθενείας πρὸς τὰς αἰκίας οὐκ ἀντισχούσης, διὸ τῷ μέτρῳ τῶν ἐν πορνείᾳ πλημμελησάντων καὶ ἡ βεβιασμένη τε καὶ ἐπώδυνος παράβασις ἐν τῇ ἐπιστροφῇ συνεμετρήθη.

His itaque hoc modo distinctis, quæcunque quidem peccata ratione præditam animæ partem attingunt, esse grauiora à patribus iudicata sunt, & maiori ac sufficientiori & laboriosiori conuersione digna: quemadmodum si quis fidem in Christum negauit, vel ad Iudaismum, vel idolorum cultum, vel Manichæismum, vel aliquod aliud impietatis genus desciuisse visus sit, qui voluntariè quidem ad id malum se contulit, deinde se ipsum condemnauit, totum tempus vitæ suæ habet pœnitentiæ tempus. Nunquã enim si mystica peragatur oratio, deum vnà cum populo adorare dignus censebitur, sed seorsum precabitur, à sacramentorum autem communione omnino erit alienus, in hora autem suè vita excessus sacramenti communionis erit particeps. Sin autem contigerit, vt is præter spem viuat, in eodem rursus viuet iudicio, mysticorum sacramentorum ad vitæ exitum vsque expers. Qui autem tormentis & grauibus suppliciis excruciati, ij præstituto tempore punientur, sanctis patribus sic in eos clementia vsis, tanquam anima non lapsa sit, sed corporalis imbecillitas tormentis non restiterit. Quare mensura eorum qui in fornicatione peccarunt, & vi doloréque expressa transgressio in conuersione eodem spacio dimensa est.

Ἑρμηνεία.

Εἰπὼν μετὰ τὸ προοίμιον, ὡς ἐν προθεωρίᾳ ὁ ἅγιος τινι τῶν ψυχικῶν δυνάμεων, ἁρμόττει ἕκαστον τῶν κατορθωμάτων ἢ τῶν ἐλαττωμάτων, ἄρτι καὶ περὶ τῶν ἐπιτιμίων τῶν ἐξ αὐτῶν τῶν ἁμαρτημάτων διαλαμβάνει· καὶ χείρονα τῶν ἄλλων εἶναι λέγει καὶ παρὰ τῶν πατέρων κριθῆναι τὰ τοῦ λογιστικοῦ τῆς ψυχῆς μέρη ἁπτόμενα, καὶ τῆς θεραπείας ἐπιπονωτέρας ἀξιωθῆναι, ἐξ ὧν φησὶν εἶναι τὴν ἐκ τῆς ὀρθῆς πίστεως ἔκπτωσιν, ὡς ὅταν τις ἀρνησάμενος τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν,

SCHOL. BALS. Postquam dixit sanctus, post prooemiũ, instar cuiusdam præcedentis contemplationis, cui animæ facultatũ vnumquodque ex virtute factum, vel peccatum conuenit, nunc tractat de pœnis peccatorum: & aliis deteriora esse dicit, & talia à patribus esse iudicata, quæ ratione præditæ animæ partes attingunt, & laboriosiore medicina digna esse habita, ex quibus esse dicit lapsum à fide, vt quando quis, fide in Christum negata,

ad Iudaismum, vel Hellenismũ declinauerit, vel ad aliquam aliam hæresin, vel ad aliquod aliud genus impietatis. Genus autem impietatis vocauit & Iudaismum, & hæreses, eo quòd etsi Iudæi deum confiteantur, factis tamen eum negant. Cum enim filium non susceperint, nec patrem honorare creduntur, secundum magnum Apostolum Iohannem, qui dicit, Quicunque negat filium, is nec patrem habet. Porro hęreses quoque ad impietatem ducunt. Qui enim filium à paterna substantia & gloria separant, & spiritum creaturam seruúmque esse credunt, errant in diuinitate, & nec de filio, nec de spiritu rectè sentiunt, & merito ipsi quoque impij vocentur, & qui non habent quam conuenit de deo sententiam. Hoc in aliis quoque hæresibus inueneris. Eorum itaque qui errant in fide facit sanctus diuisionem, & eos quidem qui desciuerunt, seu voluntariè, & absque necessitate rectam fidem negarunt, deinde ad pœnitentiam venerunt, dicit tota sua vita esse segregatos: vt ne sanctorum quidem donorum participatione digni habeantur, nisi quando ad suæ vitæ finẽ venerint. Quod si quis eorum iam moriẽs communione dignus habitus fuerit, deinde periculum euaserit & vixerit, rursus erit excommunicatus vsque ad mortem. Non solum autem eis inferri dicit segregationem, sed neque cum orthodoxis consistere, & vnà precari, cum mystica peragitur oratio, scilicet quando sacerdos panẽ sanctificarit, & etiam prius per se precatur, seorsum tamen, inquit, seu per se precari non vetabitur qui est in pœnitentia, non tamen ei permittetur consistere cũ fidelibus, sed stabit extra templum cũ catechumenis. Hæc ergo dicit de iis qui sine vi, propria voluntate negauerunt. Quicunque autem, inquit, per necessitatem se submiserunt tormentis, grauibúsque pœnis ac suppliciis resistere non valentes, ij à patribus pręstituto tempore puniti sunt, quanto is qui etiam fornicatus est, punitur. Quod quidẽ tempus procedens dicit esse nouem annos. Dicit autem patres fuisse clementes in eos qui vi negauerũt, quia anima ipsorũ negationi non cõsensit:

πρὸς Ἰουδαϊσμὸν ἢ Ἑλληνισμὸν ἀποκλίνῃ, ἢ πρός τινα τῶν αἱρέσεων, ἢ πρὸς ἄλλό τι ἀθεΐας εἶδος. ἀθεΐας δὲ εἶδος ἐκάλεσε καὶ τὸν Ἰουδαϊσμὸν καὶ τὰς αἱρέσεις, διότι κἂν ὁμολογῶσι θεὸν οἱ Ἰουδαῖοι, ἀλλὰ τοῖς ἔργοις αὐτὸν ἀρνοῦνται. καὶ γὰρ μὴ δεξάμενοι τὸν υἱὸν, οὐδὲ τὸν πατέρα τιμᾶν πιστεύονται, κατὰ τὸν μέγαν ἀπόστολον Ἰωάννην λέγοντα, πᾶς ὁ ἀρνούμενος τὸν υἱὸν, οὐδὲ τὸν πατέρα ἔχει. καὶ αἱ αἱρέσεις δὲ εἰς ἀθεΐαν φέρουσιν. οἱ γὰρ τὸν υἱὸν τῆς πατρικῆς οὐσίας καὶ δόξης χωρίζοντες, καὶ τὸ πνεῦμα, κτίσμα καὶ δοῦλον εἶναι διδάσκοντες, περὶ τὴν θεότητα σφάλλονται, οὔτε περὶ τοῦ υἱοῦ οὔτε περὶ τοῦ πνεύματος ὑγιῶς φρονοῦντες, καὶ δικαίως ἂν καλοῖντο ἄθεοι καὶ αὐτοὶ, ὡς μὴ τὴν προσήκουσαν δόξαν ἔχοντες περὶ τοῦ θεοῦ. τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων εὕροι τις προφανῶς αἱρέσεων· τῶν οὖν περὶ τὴν πίστιν σφαλλομένων διαίρεσιν ποιεῖται ὁ ἅγιος, καὶ τοὺς μὲν αὐτομολήσαντας ἤγουν ἑκουσίως καὶ χωρὶς ἀνάγκης ἀρνησαμένους τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν. εἶτα εἰς μετάνοιαν ἐλθόντας, παρ' ὅλην αὐτῶν τὴν ζωὴν λέγει ἀφωρισμένους εἶναι, ὥστε μηδέποτε τῆς μεταλήψεως τῶν ἁγίων δώρων ἀξιωθῆναι, εἰ μὴ ὅτε εἰς τέλος τῆς οἰκείας ἥξουσι ζωῆς. κἂν δὲ ἤδη θνήσκων τις αὐτῶν κοινωνίας ἀξιωθῇ, εἶτα ἐκφύγῃ τὸν κίνδυνον καὶ ζήσῃ, πάλιν ἀκοινώνητος ἔσται μέχρις ἂν αὖθις θνήσκῃ. καὶ οὐ τοῦτον μόνον ἐπάγεσθαι λέγει αὐτοῖς τὸν ἀφορισμὸν, ἀλλὰ μηδὲ συνεστάναι τοῖς ὀρθοδόξοις, καὶ συνεύχεσθαι μυστικῆς ἐπιτελουμένης εὐχῆς, ἤγουν ὅτε ὁ ἱερεὺς τὸν ἄρτον ἁγιασθῆναι καὶ τὸ ποτήριον, καθ' ἑαυτὸν εὔχεται. εὔχεσθαι μὲν γάρ φησι κατὰ μόνας, ἤγουν καθ' ἑαυτὸν οὐ κωλυθήσεται ὁ ἐν μετανοίᾳ γινόμενος. συνίστασθαι δὲ τοῖς πιστοῖς, οὐ συγχωρηθήσεται, ἀλλὰ ἔξω στήσεται τοῦ ναοῦ μετὰ τῶν κατηχουμένων. ταῦτα μὲν οὖν, περὶ τῶν ἄνευ βίας κατὰ θέλησιν οἰκείαν μόνην ἀρνησαμένων. ὅσοι δέ φησι ἐξ ἀνάγκης ὑπέκυψαν, μὴ μέχρι τέλους ἀντισχεῖν πρὸς τὰς βασάνους καὶ τὰς χαλεπὰς αἰκίας καὶ τιμωρίας δυνηθέντας, οἱ τοιοῦτοι, ῥητῷ χρόνῳ ἐπιτιμηθήσονται παρὰ τῶν πατέρων, ὅσῳ καὶ ὁ πορνεύσας ἐπιτιμᾶται. ὃν δὴ χρόνον, προϊὼν, ἐννέα ἔτη εἶναι λέγει. φιλανθρωπεύσασθαι δὲ λέγει τοὺς πατέρας περὶ τοὺς ἐκ βίας ἀρνησαμένους, ὅτι οὐχ ἡ ψυχὴ αὐτῶν συνέθετο τῇ ἀρνήσει.

ἀλλὰ

ἀλλὰ γλώσσῃ μόνῃ ἐκπεπτώκασι τοῦ καλοῦ. ἡ δὲ γνωμικὴ διάθεσις, ἀμετάτρεπτος αὖθις ἐφυλάχθη. τοιαῦτα μὲν οὖν ἐπάγεσθαι λέγει τὰ ἐπιτίμια τοῖς περὶ τὴν ὀρθὴν πίστιν ἀποσφαλεῖσι· περὶ τῶν ἀπιόντων δὲ εἰς γόητας ἢ μάντεις, ταῦτά φησιν.

sed lingua sola à bono exciderunt, mentis autem affectio eis immutabilis conseruata est. Has ergo pœnas inferri dicit iis qui circa rectam fidem lapsi sunt. De iis autem qui præstigiatores vel vates adeunt, hæc dicit.

Οἱ δὲ πρὸς γόητας ἀπιόντες ἢ μάντεις ἢ τοὺς διὰ δαιμόνων καθάρσιά τινα καὶ ἀποτροπιασμοὺς ἐνεργεῖν ὑπισχνουμένους, οὗτοι ἐρωτῶνται δι᾽ ἀκριβείας καὶ ἀνακρίνονται πότερον ἐπιμένοντες τῇ εἰς Χριστὸν πίστει ὑπό ἀνάγκης τινὸς συνηνέχθησαν ἐκείνῃ τῇ ἁμαρτίᾳ κακώσεώς τινος ἢ ἀφορήτου ζημίας ταύτην αὐτοῖς τὴν ὁρμὴν ἐμποιησάσης, ἢ καθόλου καταφρονήσαντες τοῦ πεπιστευμένου παρ᾽ ἡμῶν μαρτυρίου τῇ τῶν δαιμόνων συμμαχίᾳ προσέδραμον. εἰ μὲν γὰρ ἀθετήσει τῆς πίστεως καὶ πρὸς τὸ μὴ πιστεύειν εἶναι θεὸν τὸν παρὰ τῶν Χριστιανῶν προσκυνούμενον ἐκεῖνο ἐποίησαν, δηλαδὴ τῷ κρίματι τῶν παραβαινόντων ὑπαχθήσονται. εἰ δέ τις ἀβάστακτος ἀνάγκη κατακρατήσασα τῆς μικροψυχίας αὐτῶν εἰς τοῦτο προσήγαγε διά τινος ἠπατημένης ἐλπίδος παρακρουσθέντας, ὡσαύτως ἔσται καὶ ἐπ᾽ αὐτῶν ἡ φιλανθρωπία καθ᾽ ὁμοιότητα τῶν πρὸς τὰς βασάνους ἐν τῷ καιρῷ τῆς ὁμολογίας ἀντισχεῖν μὴ δυνηθέντων.

Qui autem ad præstigiatores, vel vates abierunt, vel eos qui per dæmones se piacula quædam, & auersiones operaturos pollicentur, ij exactè interrogantur, & examinatur vtrum in fide in Christum permanentes, à necessitate aliqua ad illud peccatum impulsi sunt, cum afflictio aliqua vel intolerabilis iactura, hunc illi animum indidisset, an omnino neglecto quod à nobis creditum est testimonio, ad dæmonum societatem se contulerunt. Si enim ad fidem infirmandam, & quòd deum esse non crederent, qui à Christianis creditur, & adoratur, illud fecerunt, erunt scilicet transgressorum iudicio obnoxij. Si autem non ferenda necessitas aliqua pusillo & abiecto eorum animo superato eo deduxit falsa aliqua spe deductos, similiter erit & in ipsos clementia, instar eorum qui tormentis in tempore confessionis resistere non potuerunt.

Ἑρμηνεία.

Τοὺς δὲ πρὸς γόητας ἀπιόντας ἢ μάντεις ἢ τοὺς διὰ δαιμόνων καθάρσιά τινα καὶ ἀποτροπιασμοὺς ἐνεργεῖν ὑπισχνουμένους, μετ᾽ ἀκριβείας δεῖν ἀνακρίνεσθαι, καὶ ἐξετάζεσθαι λέγει γόητες μὲν οὖν εἰσιν, (οἱ καὶ ἐπαοιδοὶ καλοῦνται), οἱ διά τινων μαγικῶν ἐπῳδῶν ἢ θηρία καταδεσμοῦντες, ἢ πρὸς βλάβην ἀνθρώπων ἢ πρὸς ὠφέλειαν τῷ δοκεῖν ποιοῦντές τινα· πρὸς βλάβην μὲν, νόσους ἢ παραφροσύνας ἢ παρέσεις ἐπάγοντες. πρὸς δὲ δοκοῦσαν ὠφέλειαν, ἔρωτας ἐμποιοῦντες ἢ φιλίας, ἢ εὐπραγίας ἐπικλήσει δαιμόνων. μάντεις δέ εἰσιν, οἱ διά τινων μεθόδων, οὐδ᾽ οὗτοι χωρὶς ἐπικλήσεως δαιμόνων, μέλλοντά τινα προλέγοντες, ἢ ἀγνοούμενα ἐκκαλύπτοντες. καθάρσια δὲ λέγονται γίνεσθαι, ὡς ὅταν τις νομίζῃ ἐκ βασκάνων βλαβῆναι ὀφθαλμῶν ἢ ἐκ περιεργίας τινός, κἀντεῦθεν ἢ νοσεῖν, ἢ δυσπραγεῖν, ἢ ἄλλο τι κακὸν πάσχειν. εἰσὶ γάρ τινες οἱ ἐπαγγέλλονται) καθάρσια τῶν τοιούτων παθημάτων ποιεῖν δι᾽ ἐνεργείας πάντως σατανικῆς καὶ ἀποτροπιασμοὺς ἤγουν ἀποτροπὰς καὶ ἀποδιώξεις τῶν τοιούτων κακῶν.

SCH. BALS. Eos autem qui ad præstigiatores, vel vates abierunt, vel ad eos qui per dæmones se piacula aliqua, vel auersiones operaturos pollicentur, dicit esse accuratè examinandos & interrogandos. Dicuntur ergo præstigiatores, qui & incantatores appellantur, qui per aliquas magicas incantationes vel feras alligant ad hominũ vel detrimentũ, vel vtilitatẽ, vt videtur aliqua facientes. Ad detrimentum quidem, morbos, vel deliria, vel paralyses inducentes. Ad apparentem autem vtilitatẽ amores immittentes, vel amicitias, résque prosperas dæmonũ inuocatione efficientes. Vates autem sunt, qui ex disciplina methodóue aliqua, nec sine dæmonũ inuocatione, futura aliqua prædicũt, vel quæ ignorãtur detegũt. Dicuntur autẽ fieri piacula, vt quando quis dicit se læsum fuisse à fascinãtibus oculis, vel ab aliqua curiositate, & eo factũ esse vt vel ægrotaret, vel infeliciter res suas gereret, vel ei aliquid eiusmodi eueniret: sũt enim qui profitẽtur se earũ affectionum piacula inuenturos per operationem omnino satanicam: vel etiam auersiones, & expulsiones eiusmodi malorũ.

Eos ergo, qui ad tales, inquit, accedunt, dicit oportere examinari, & diligenter interrogari, quomodo ad eos qui hæc faciunt accesserunt, vrgente eos necessitate, vel afflictione aliqua, vel morbo, vel ira forte alicuius principis, vel domini, vel damno intolerabili, & quomodo ad illos accesserunt, fidéne condemnata ad dæmonum auxilium accesserunt. Si enim tanquam à fide deficientes, & deum non esse deum credentes, nec ab illo auxilium sperantes, dæmonum opem implorarunt, vt qui transgressi sunt & sponte fidem abnegauerunt, tractabuntur. Sinautem propter pusillum & abiectum animum, dæmonum auxilium inuocauerunt, cum eos grauis aliqua oppressisset necessitas, quam propter animi imbecillitatem ferre non potuerunt decepti, & iuuari sperantes, punientur & ipsi, vt ij qui idolis sacrificarunt, quod propter confessionem tormenta non sustinuerunt.

Eorum autem quæ ad cupiditatem, & voluptatem fiunt peccatorũ hæc est diuisio: hoc enim vocatur adulterium, illud verò fornicatio. Ac nonnullis quidẽ eorũ qui sunt subtiliores, placuit etiã fornicationis peccatũ adulteriũ esse existimare, quoniã vna est legitima coniunctio, & mulieris cũ viro, & viri cũ muliere. Quicquid ergo nõ est legitimũ est omnino iniustũ, & legi contrariũ: & qui non habet propriũ, habet omnino alienũ. Homini enim vna tantũ data est auxiliatrix: & mulieri vnum appositum est caput. Ergo si quis quidem proprium vas suum, vt diuinus Apostolus nominat, possederit, ei lex naturæ iustũ vsum concedit. Si quis autem extra proprium, cõuersus fuerit, erit omnino in alieno. est autẽ vnicuique alienum, quicquid non est proprium, etiam si id non confiteatur qui est dominus. Non longe ergo à peccato adulterij, fornicatio ab iis qui rẽ paulo accuratius examinant, suscepta est, cum dicat etiam scriptura, Ne multus sis cum aliena: sed quia cũ imbecillioribus indulgenter agẽdum censuerunt patres, distinctum est peccatũ hac generali diuisione, quòd fornicatio quidẽ dicatur, cupiditatis seu libidinis expletio, quæ fit sine alia alicuius iniuria. Adulteriũ verò, insidiæ & iniuria quæ alteri affertur. In eo autẽ & cũ animalibus coitũ, & pædicatũ esse existimant, quoniã hæc quoque sũt naturæ adulteriũ. In id enim quod est alienũ, & quod est præter naturã, fit iniustitia.

1. Thess. 4.

Prouer. 5.20.

A τοὺς οὖν τοιούτους τοὺς προσερχομένους, ἀποκρίνεσθαι χρή φησιν αὐτοὺς μετὰ ἀκριβείας ἐρωτᾶσθαι, πῶς τοῖς τὰ τοιαῦτα ποιοῦσι προσῆλθον, ἀνάγκης κατεπειγούσης αὐτούς, ἤγουν κακώσεώς τινος ἢ νόσου ἢ ὀργῆς τυχὸν δυνάστου τινὸς ἢ δεσπότου, ἢ ζημίας ἀφορήτου, καὶ πῶς προσῆλθον ἐκείνοις, ἆρα καταγνόντες τῆς πίστεως προσέδραμον τῇ τῶν δαιμόνων βοηθείᾳ. εἰ μὲν γὰρ ὡς ἀποστάντες τῆς πίστεως καὶ μὴ πιστεύοντες θεὸν εἶναι τὸν Χριστόν, μηδὲ ἐλπίζοντες ἐξ ἐκείνου βοηθείας, ἐπεκαλέσαντο τὴν τῶν δαιμόνων ἐπικουρίαν, ὡς οἱ παραβαίνοντες καὶ τὴν πίστιν ἑκόντες ἀρνησάμενοι οἰκονομηθήσονται. εἰ δὲ ἐκ μικροψυχίας B ἐπεκαλέσαντο τὴν τῶν δαιμόνων βοήθειαν, ἀνάγκης σφοδρᾶς ἐπελθούσης αὐτοῖς, ἣν διὰ μικροψυχίαν βαστάσαι οὐκ ἠδυνήθησαν, ἀπατηθέντες καὶ ἐλπίσαντες ὠφεληθῆναι, ἐπιτιμηθήσονται καὶ οὗτοι ὡς οἱ θύσαντες εἰδώλοις διὰ τὸ μὴ ὑπομεῖναι τὰς διὰ ὁμολογίας βασάνους.

Τῶν δὲ δι' ἐπιθυμίαν καὶ ἡδονὴν γινομένων ἁμαρτημάτων, τοιαύτη ἐστὶν ἡ διαίρεσις. τὸ μὲν γὰρ καλεῖται μοιχεία, τὸ δὲ πορνεία. τισὶ μὲν οὖν τῶν ἀκριβεστέρων ἤρεσε καὶ τὸ κατὰ πορνείαν πλημμέλημα, μοιχείαν εἶναι νομίζειν· διότι μία ἐστὶν ἡ νόμιμος συ- C ζυγία καὶ γυναικὸς πρὸς ἄνδρα καὶ ἀνδρὸς πρὸς γυναῖκα. πᾶν οὖν τὸ μὴ νόμιμον, παράνομον πάντως, καὶ ὁ μὴ τὸ ἴδιον ἔχων, δηλαδὴ τὸ ἀλλότριον ἔχει. ἑνὶ γὰρ ἀνθρώπῳ μία δέδοται παρὰ τοῦ θεοῦ βοηθός, καὶ τῇ γυναικὶ μία ἐφήρμοσται κεφαλή· οὐκοῦν εἰ μέν τις τὸ ἴδιον αὐτοῦ σκεῦος καθὼς ὀνομάζει ὁ θεῖος ἀπόστολος, ἑαυτῷ κτήσαιτο, συγχωρεῖ ὁ νόμος τῆς φύσεως τὴν δικαίαν χρῆσιν. εἰ δέ τις ἔξω τοῦ ἰδίου τραπείη, ἐν ἀλλοτρίῳ πάντως γενήσεται. ἀλλότριον δὲ ἑκάστῳ, πᾶν τὸ μὴ ἴδιον, κἂν μὴ ὁμολογούμενον ἔχῃ τὸν κυριεύοντα. οὐκοῦν οὐ πόῤῥω τοῦ κατὰ τὴν μοιχείαν πλημμελήματος καὶ ἡ πορνεία τοῖς τὸν ἀκριβέστερον ἐξετάζουσι λογισμὸν ἐδείχθη, λεγούσης καὶ τῆς θείας D γραφῆς, ὅτι μὴ πολὺς ἴσθι πρὸς ἀλλοτρίαν. πλὴν ἀλλ' ἐπεὶ τοῖς ἀσθενεστέροις ἐγένετό τις παρὰ τῶν πατέρων συμπεριφορά, διεκρίθη τὸ πλημμέλημα, τῇ γενικῇ διαιρέσει ταῦτα, ὡς πορνείαν μὲν λέγεσθαι τὴν χωρὶς ἀδικίας ἑτέρου γινομένην τινὶ τῆς ἐπιθυμίας ἐκπλήρωσιν. μοιχείαν δέ, τὴν ἐπιβουλήν τε καὶ ἀδικίαν τοῦ ἀλλοτρίου. ἐν ταύτῃ δὲ καὶ τὴν ζωοφθορίαν καὶ τὴν παιδεραστίαν εἶναι λογίζονται. διότι καὶ ταῦτα φύσεώς ἐστι μοιχεία. εἰς γὰρ τὸ ἀλλότριόν τε καὶ παρὰ φύσιν γίνεται ἡ ἀδικία. ταύτης οὖν τῆς διαιρέσεως καὶ

ἐν τούτῳ τῷ εἴδει τῆς ἁμαρτίας γεγενημένης, καθολικὴ μέν ἐστι θεραπεία τοῦ τῆς ἐμπαθοῦς λύσσης τὸ περὶ τὰς τοιαύτας ἡδονὰς καθαρὸν ἐκ μεταμελείας γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον. ἐπεὶ δὲ τῶν ἐν πορνείᾳ μολυνθέντων ἀδικίας τῇ ἁμαρτίᾳ ταύτῃ οὐ καταμέμικται, διὰ τοῦτο διπλασίων ὡρίσθη τῆς ἐπιστροφῆς ὁ χρόνος τοῖς ἐν μοιχείᾳ μιανθεῖσι, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις τοῖς ἀπηγορευμένοις κακοῖς, ζωοφθορίᾳ τε καὶ τῇ κατὰ τῶν ἀρρένων λύσσῃ. διπλασιάζεται γὰρ ὡς εἶπον ἐπὶ τῶν τοιούτων ἡ ἁμαρτία. μία μὲν, ἡ κατὰ τὴν ἄθεσμον ἡδονήν· ἑτέρα δὲ, ἡ κατὰ τὴν ἀλλοτρίαν ἀδικίαν συνισταμένη. διαφορὰ δέ τις ἐστὶν ἐν τῷ λόγῳ τῆς μετανοίας καὶ ἐπὶ τῶν καθ᾽ ἡδονὴν πλημμελημάτων. ὁ μὲν γὰρ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ πρὸς τὴν ἐξαγόρευσιν τῶν ἁμαρτιῶν ὁρμήσας αὐτῷ τῷ καταδέξασθαι δι᾽ οἰκείας ὁρμῆς γενέσθαι τῶν κρυφίων κατήγορος, ὡς ἤδη τῆς θεραπείας τοῦ πάθους ἀρξάμενος, καὶ σημεῖον τῆς πρὸς τὸ κρεῖττον μεταβολῆς ἐπιδειξάμενος, ἐν φιλανθρωποτέροις γίνεται τοῖς ἐπιτιμίοις. ὁ δὲ φωραθεὶς ἐπὶ τῷ κακῷ, ἢ διά τινος ὑποψίας ἢ κατηγορίας ἀκουσίως ἀπελεγχθείς, ἐν ἐπιτεταμένῃ γίνεται τῇ ἐπιστροφῇ, ὥστε καθαρισθέντα διὰ ἀκριβείας αὐτὸν, οὕτως ἐπὶ τὴν τῶν ἁγιασμάτων κοινωνίαν παραδεχθῆναι. ἔστι τοίνυν ὁ κανὼν τοιοῦτος, ὥστε τοὺς ἐν πορνείᾳ μολυνθέντας, ἐν τρισὶ μὲν ἔτεσι καθόλου τῆς εὐχῆς ἀποβλήτους εἶναι· ἐν τρισὶ δὲ τῆς ἀκροάσεως μετέχειν μόνης, ἐν ἄλλοις δὲ τρισὶν ἔτεσι μετὰ τῶν ἐπιστροφῇ ὑποπιπτόντων προσεύχεσθαι, καὶ τότε μετέχειν τῶν ἁγιασμάτων. ἐπὶ δὲ τῶν σπουδαιότερα κεχρημένων τῇ ἐπιστροφῇ καὶ τῷ βίῳ δεικνύντων τὴν πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἐπάνοδον, ἔξεστι τῷ οἰκονομοῦντι πρὸς τὸ συμφέρον τῇ ἐκκλησιαστικῇ οἰκονομίᾳ συντεμεῖν τὸν χρόνον τῆς ἀκροάσεως καὶ τάχιον εἰς ἐπιστροφὴν ἀγαγεῖν καὶ πάλιν καὶ τοῦτον συντεμεῖν τὸν χρόνον, καὶ τάχιον ἀποδοῦναι τὴν κοινωνίαν, ὅπως ἂν τῇ ἑαυτοῦ δοκιμασίᾳ ἐγκρίνοι τὴν τοῦ θεραπευομένου κατάστασιν. ὥσπερ γὰρ τὸ τοῖς χοίροις ῥίπτειν τὸν μαργαρίτην ἀπείρηται, οὕτως τὸ ἀποστερεῖν τοῦ τιμίου μαργαρίτου τὸν ἤδη ἄνθρωπον διὰ τῆς ἀπαθείας τε καὶ καθαρότητος γενόμενον, τῶν ἀτόπων ἐστίν. ἡ δὲ κατὰ τὴν μοιχείαν ἤτοι κατὰ τὰ λοιπὰ εἴδη τῆς ἀκαθαρσίας γινομένη παρανομία καθὼς προείρηται, κατὰ πάντα ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι θεραπευθήσεται ἐν ᾧ καὶ τὸ τῆς πορνείας ἄγος, τῷ δὲ χρόνῳ διπλασιάζεται. παρατηρηθήσεται δὲ καὶ ἐπ᾽ αὐτῷ ἡ τοῦ θεραπευομένου διάθεσις, ὃν τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν τῷ μολυσμῷ τῆς πορνείας συνενεχθέντων, ὥστε ἢ θᾶττον ἢ βραδύτερον γενέσθαι αὐτοῖς τὴν τοῦ ἀγαθοῦ μετουσίαν.

Cum hæc ergo diuisio in hac etiam peccati specie fiat, uniuersale est remedium vt à concitata in eiusmodi voluptates rabie per pœnitentiam homo purus efficiatur: sed quia eorum qui in fornicatione polluti sunt iniuria aliqua cum hoc peccato nō commista est, propterea duplum conuersionis tempus iis præscriptum est qui in adulterio inquinati sunt, & in aliis itidem vetitis malis, animalium initu, & rabie in masculos. In iis enim peccatum duplicatur. Vnum quidem in illicita & nefaria voluptate. Alterum autem quod in iniuria quæ fit alteri consistit. Est autem quædam differentia in ratione pœnitentiæ in iis qui in voluptate peccarunt eiusmodi. Qui enim ex seipso ad sua proferenda peccata impulsus est, eo quod sua sponte occultorum accusator esse voluerit, vt qui iam affectioni medicinam adhibere cœperit, & signum in id quod est melius mutationis ostenderit, in mitioribus pœnis versatur. Qui autem in malo deprehensus est, vel propter aliquam suspicionem vel accusationem ingratiis conuictus est, longius illi conuersionis tempus datur, vt ipse perfecte purgatus, sic ad sacramentorum communionem admittatur. Est ergo canon eiusmodi, vt qui in fornicatione polluti sunt, in tribus quidem annis ab oratione omnino expellantur: in tribus autē sint solius auditionis participes: in tribus autem aliis, cum iis qui in conuersione substernuntur precentur, & tunc sint sacramentorum participes. In iis autem qui diligentiori conuersione vsi fuerint, & vita ad id quod bonum redditum est, ostenderint, licet ei qui dispensat pro ecclesiasticæ œconomiæ vtilitate tempus auditionis contrahere, & celerius ad conuersionem deducere, & rursus hoc quoque tempus contrahere, & celerius communionem reddere, vt sua probatione eius cui medela adhibetur, constitutionē diiudicet. Quemadmodū enim porcis margaritas proicere est vetitū, ita & preciosa margarita priuare eum qui iam per alienationem à vitio & purgationem homo factus est, absurdum est. Quæ autem in adulterio & in reliquis immūditiæ generibus fit iniquitas, vt dictum est, eodem iudicio punietur, quo & fornicationis scelus, sed tempore duplicabitur. In eo autem eius etiā cui medela adhibetur, affectio cōsiderabitur, quomodo & in iis qui fornicationis inquinamento illaqueati sunt, vt vel citius, vel tardius, eis sit boni participatio.

SCHOL. BALS. Nunc dicit de peccatis, quæ nascuntur in animæ desideratiua facultate, ex quibus dicit esse adulteriũ, & fornicationem, & subiungit, quòd quibusdam subtilioribus fornicatio quoque vocatur adulterium, quia est legitimus coitus mariti & vxoris: sed si quid fiat aliud præter eum, id est iniustũ & legibus contrarium, & quicũque non vtitur proprio, vtitur alieno, etiam si dominum non habeat, & propterea fornicatio non lõge abesse visa est ab adulterio. Hęc dicit sanctus, ita adstrui ab iis qui fornicationẽ ad adulterij peccatum reducunt: imbecillorum autẽ peccatorũ fuisse aliquã patribus curã seu dispensationẽ, eorúmque rationẽ esse habitã. Est autẽ Gręca dictio συμπεριφορὰ quę ex Prouerbiis accepta est. Dicit enim in eis Salomõ ὁ μὴ συμπεριφερόμενος τῷ ἑαυτοῦ οἴκῳ, hoc est qui domus suę curã nõ gerit, eámque dispensat, hæreditabit vẽtos. & peccatũ illegitimi coitus esse distinctum seu diuisum, & fornicationẽ quidem esse nominatã coitum qui fit absque iniuria alterius viri, scilicet cum muliere libera: adulterium autem, viri accessum ad mulierem quæ cũ altero cohabitat. Qui enim accedit ad mulierem quæ non habet maritum, peccat quidẽ, quòd ea non legitimè vtitur: sed nemini facit iniuriam. Qui autem rem habet cum ea quæ cum marito cohabitat, maritum illius iniuria afficit, alienam sibi familiarem efficiens, sæpe autem illius marito insidiatur, & hoc ex Dauid manifestum est. Porrò cum animali concubitum & pædicatum adulterio exæquant, & quòd iniuria natura afficitur, cum qui sic peccant, peccent præter naturam: & quòd qui sic peccat, aliena vtitur. est enim aliena natura brutorum, & masculorum. Masculum enim, & fœminam fecit deus. Horũ itaque peccatorum vniuersale remedium dicit sanctus, seu quod omnibus peccatoribus conuenit, à tali rabie per pœnitentiam purum esse hominem, peccatũ scilicet condẽnare, & ab eo deficere. Nisi quis enim à peccato destiterit, quomodo pœnitentiã agere existimabitur? Quia autem fornicationi nõ accedit iniuria, fornicationi autem & aliis prædictis,

Ἑρμηνεία.

Νῦν περὶ τῶν ἐν τῷ ἐπιθυμητικῷ τῆς ψυχῆς φυομένων ἁμαρτημάτων διαλέγεται ὁ πατήρ. ὅθεν φησὶν εἶναι τὴν πορνείαν καὶ τὴν μοιχείαν. καὶ ἐπάγει, ὅτι τῶν ἀκριβεστέρων τισὶ καὶ ἡ πορνεία, μοιχεία καλεῖται. διότι ἡ νόμιμος μίξις ἀνδρὸς καὶ γυναικός μέν ἐστιν. εἴ τι δὲ ἕτερον παρὰ ταύτην γένηται, παράνομον τὸ τοιοῦτον, καὶ ὅς τις μὴ τῷ ἰδίῳ κέχρηται, ἀλλοτρίῳ χρᾶται. πᾶν δὲ ὃ οὐκ ἴδιόν ἐστι τινὶ, τοῦτο ἀλλότριον, κἂν μὴ ἔχῃ τὸν κυριεύοντα. καὶ διὰ τοῦτο οὐ πόῤῥω ἔδοξε τῆς μοιχείας καὶ ἡ πορνεία. ταῦτα φησὶν ὁ ἅγιος ἐστὶ κατασκευάζεσθαι παρὰ τῶν καὶ τὴν πορνείαν εἰς τὸ τῆς μοιχείας ἀναγαγόντων ἁμάρτημα. τοῖς δὲ ἀσθενεστέροις τῶν ἁμαρτανόντων, γενέσθαι τινὰ παρὰ τῶν πατέρων συμπεριφορὰν, ἤγουν οἰκονομίας συγκατάβασιν. εἴληπται δὲ ἡ λέξις ἐκ τῶν παροιμιῶν. φησὶ γὰρ ὁ Σολομῶν ἐν αὐταῖς, ὁ μὴ συμπεριφερόμενος τῷ ἑαυτοῦ οἴκῳ, κερδήσει ἀνέμους· καὶ διακριθῆναι, ἀντὶ τοῦ διαιρεθῆναι τὸ ἁμάρτημα τῆς ἀθέσμου μίξεως. καὶ πορνείαν μὲν ὀνομασθῆναι τὴν χωρὶς ἀδικίας ἑτέρου μίξιν, ἤγουν τὴν πρὸς ἐλευθέραν ἀνδρὸς γυναῖκα· μοιχείαν δὲ, τὴν πρὸς γυναῖκα ἀνδρὶ συνοικοῦσαν εἰσέλευσιν. ὁ μὲν γὰρ γυναικὶ προσιὼν ἄνδρα μὴ ἐχούσῃ, ἁμαρτάνει μὲν, ὅτι μὴ νομίμως αὐτῇ κέχρηται· ἀδικεῖ δὲ οὐδένα. ὁ δὲ τῇ συνοικούσῃ ἀνδρὶ πλησιάζων, ἀδικεῖ τὸν ἐκείνης ἄνδρα, τὴν ἀλλοτρίαν οἰκειούμενος. πολλάκις δὲ καὶ ἐπιβουλεύει τῷ ἐκείνης ἀνδρί. καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τοῦ Δαβίδ. καὶ τὴν ζωοφθορίαν, καὶ τὴν παιδεραστίαν ἐπίσης τῇ μοιχείᾳ τιθέασιν, ὅτι τε ἀδικεῖται ἡ φύσις, παρὰ φύσιν ἁμαρτανόντων τῶν οὕτω πλημμελούντων, καὶ ὅτι ἀλλοτρίῳ κέχρηται ὁ οὕτως ἁμαρτάνων, ἀλλότριον γὰρ ἡ φύσις ἡ τῶν ἀλόγων ἢ τῶν ἀῤῥένων. ἄρσεν γὰρ καὶ θῆλυ ἐποίησεν ὁ θεός. τῶν μὲν οὖν τοιούτων ἁμαρτημάτων, καθολικὴν μὲν θεραπείαν λέγει ὁ ἅγιος, ἤγουν πᾶσι τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἁρμόττουσαν, τὸ καθαρὸν τῆς τοιαύτης λύσσης ἐκ μεταμελείου γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἤγουν τὸ καταγνῶναι τῆς ἁμαρτίας καὶ ἀποστῆναι αὐτῆς. εἰ μὴ γάρ τις ἀποσταίη τοῦ ἁμαρτάνειν, πῶς ἂν λογισθείη μετανοεῖν; ἐπεὶ δὲ τῇ πορνείᾳ, ἀδικία οὐ πρόσεστι, τῇ δὲ μοιχείᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς εἰρημένοις

ὡς ἔφθην εἰπεῖν πρὸς τῷ ἀθέσμῳ τῆς μίξεως καὶ ἀδικία παρέπεται, διπλασιάζει τὸν χρόνον τοῦ ἐπιτιμίου τῆς μοιχείας, καὶ τῆς ζωοφθορείας, καὶ ἀρρενοκοιτίας πρὸς τὸν τῆς πορνείας. ἔπειτα καὶ διαφοράν τινα εἰσάγει ἐπὶ τῶν ἐξομολογουμένων τὰ αὐτὰ ἁμαρτήματα. Εἰ μὲν τις φησὶν ἀφ' ἑαυτοῦ ὁρμηθεὶς, ἐξαγορεύσει τὴν ἁμαρτίαν ἀγνοουμένην, φιλανθρώπως ἐπιτιμηθήσεται. ὁ δὲ οὐχ ἑκὼν εἰς ἐξαγόρευσιν ἐλθὼν, ἀλλ' ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ εὑρεθεὶς, ἢ ἐξ ὑποψίας γνωσθεὶς, ἢ κατηγορηθεὶς καὶ ἐλεγχθεὶς, κἂν προθῆται μετανοῆσαι, βαρύτερον ἐπιτιμᾶται, καὶ ἐν ἐπιτεταμένῃ ἤγουν μακροχρονίῳ γίνεται μετανοίᾳ, ἵνα οὕτω καθαρθεὶς, δεχθῇ εἰς τὴν τῶν ἁγίων μετάληψιν. εἶτα καὶ τοὺς χρόνους ἀπαριθμεῖται τοῦ ἐπιτιμίου τῆς πορνείας, καὶ ἐννέα λέγει εἶναι αὐτούς, καὶ ὅπως οἰκονομοῦνται, παρεστίθησι· τὸ δὲ πᾶν τῷ οἰκονομοῦντι τοὺς ἁμαρτάνοντας ἀνατίθησι, καὶ πρὸς τὴν ἐπὶ τῇ μετανοίᾳ σπουδὴν ἢ ῥαθυμίαν ἐλαττοῦν τὸν χρόνον τῶν ἐπιτιμίων, καὶ ἐπιτείνειν διακελεύεται. ὡς γὰρ οὐ δεῖν φησὶ τοὺς μαργαρίτας ῥίπτειν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων· τοῦτο δὴ τὸ εὐαγγελικὸν, μαργαρίτας μὲν καλῶν τὸ ἅγιον σῶμα τοῦ κυρίου καὶ τὸ τίμιον αἷμα, χοίρους δὲ, τοὺς ἐμπαθῶς ζῶντας καὶ τῷ βορβόρῳ τῶν παθῶν ἐγκυλιομένους· οὕτως ἄτοπον ἀποστερεῖν τῆς μεταλήψεως τῶν τιμίων μαργαριτῶν, τοὺς διὰ μετανοίας καθάραντας ἑαυτοὺς τῶν παθῶν, καὶ ἐκ χοίρων εἰς ἀνθρώπους μεταβληθέντας διὰ τῆς καθαρότητος. ἐννέα μὲν οὖν ἔτη ἐπὶ τῆς πορνείας εἰπὼν εἶναι τὸ ἐπιτίμιον, ἐπὶ τῆς μοιχείας καὶ ζωοφθορείας καὶ ἀρσενοκοιτίας, διπλασιάζεσθαι λέγει τὸν χρόνον τοῦτον· τὴν δὲ οἰκονομίαν, ὁμοίαν γίνεσθαι τῇ τῆς πορνείας. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι, ἤγουν ἐν τῇ αὐτῇ κρίσει, ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιτιμήσει. τῷ δὲ χρόνῳ μόνῳ διπλασιάζεται. ἐν ἑκάστῳ γὰρ τόπῳ τῶν ἐπιτιμίων τριετίας ὁρισθείσης ἐν τῇ πορνείᾳ, ἑξαετία ἐν τῇ μοιχείᾳ καὶ τοῖς λοιποῖς ὥρισται. κἀνταῦθα δὲ τὸ συντεμεῖν τὸν χρόνον τοῦ ἐπιτιμίου ἢ αὐξῆσαι, τοῦ οἰκονομοῦντος τῇ διακρίσει, τὰ ἐν μετανοίᾳ δίδωσιν.

Λείπεται πρὸς τούτοις τὸ θυμοειδὲς τῆς ψυχῆς προθεῖναι εἰς ἐξέτασιν, ὅταν παρασφαλλῇ τῆς ἀγαθῆς τοῦ θυμοῦ χρήσεως, εἰς ἁμαρτίαν ἐκπέσῃ.

A vt iam dixi, præter illicitũ coitum iniuria quoque adiungitur, tẽpus pœnæ adulterij, initúsque animalium, & masculorum concubitus duplicat ad fornicationem. Deinde & aliquam inducit differentiam in iis qui eadem peccata confitentur. Si quis enim, inquit, sua sponte peccatum, quod ignorabatur dixerit, humane punietur. Qui autem non sponte ad enunciandum accesserit, sed in peccato deprehensus fuerit, vel ex suspicione cognitus, accusatúsue fuerit, & conuictus, etiam si pœnitentiam agere proposuerit, grauius punitur: & fit in B longiori tempore pœnitentia, vt sic purgatus in sacramentorum communionem recipiatur. deinde & pœnæ fornicationis tempora enumerat: & dicit esse nouem annos, & adiicit quomodo dispensentur. vniuersum autem eius iudicio relinquit qui peccatores dispensat: & secundum vel diligentiam, vel negligentiam in pœnitentia pœnitentiæ tempus diminuere, vel intendere iubet. Sicut enim non oportere dicit margaritas ante porcos proiicere, vt dicit Euan- C gelium, margaritas vocans sanctum corpus domini, & preciosum sanguinem. Porcos autem qui vitiose vitam agunt, & in perturbationum animi cœno inuoluuntur: ita absurdum est, eos preciosarum margaritarum communione priuare, qui se à vitiis per pœnitentiam purgarunt, & ex porcis in homines per purgationẽ mutati sunt. Cum nouem autem annorum pœnas esse dixisset in fornicatione, in adulterio, animaliúmque initu, ac pædicatu, dicit tempus duplicari, esse autem eius dispensationem fornicationis dispẽsationi similem. Hoc autem sibi vult illud, In eodem iudicio, id est in æquali puni- D tione. Solo autem tempore duplicatur. Cùm enim in vno quoque pœnarum loco sit triennium definitum in fornicatione, sexennium in adulterio, & reliquis definitum est. Porrò hic quoque pœnæ tempus contrahere vel augere in eius qui pœnitentiam agentes dispensat, iudicio relinquit.

Restat adhæc vt irascentem animæ partem examinandam proponamus, quando lapsa à bono iræ vsu, in peccatũ ceciderit.

Cùm autem multa sint, quæ per iram fiunt peccata, & omnis generis mala, placuit omnibus nostris patribus, in aliis quidem non nimium subtiliter agere, nec nimium in eo studij operæque ponere, vt omnia quæ ex ira nascerentur delicta curarent, quanuis scriptura non solum vulnus tantummodo prohibeat, sed etiam omne conuicium vel maledictum, & si quid aliud eiusmodi ira efficit, sed solam cædis cautionem suis pœnis introduxerunt. Diuiditur autem hoc malum differentia voluntariæ, & inuoluntariæ. & est cædes quidem voluntaria quæ præparato suscepta est ab eo qui se ad hoc comparauerat vt hoc facinus perpetraret. Deinde illud quoque in voluntariis existimatum est, quando quis in congressu verberans, & verberatus plagam per iram mortiferam intulerit. Qui enim ira semel victus est, & animi appetitioni cedit, nihil eorum quæ malum possent amputare, ei in mentem venit. Quare & illic quoque qui ex concertatione profectus est, cædis euentus in factum voluntarium, non in casum confertur. Inuoluntariæ autem habentur manifesta indicia, quando quis alicui alteri rei studium applicans casu grauissimum aliquod malum patrauerit. In his ergo cædes quidem in triplex tempus extenditur iis qui per conuersionem voluntario facinori remedium afferunt. Ter nouem etiam sunt anni, nouenario annorum numero in vnoquoque gradu præfinito, vt in perfecta quidem segregatione nouem annorum tempore versetur ab ecclesia prohibitus, alios autem tot annos in auditione permaneat, sola doctorum & scripturarum auditione dignus habitus, in tertio autem nouenario cum substratis in conuersione orans, vt perueniat ad communionem sacramenti scilicet, & in eodem eadem erit obseruatio ab eo qui ecclesiam administrat, & pro ratione conuersionis illi quoque pœnæ extensio rescindetur, vt pro nouem annis in vnoquoque gradu, vel sex vel septem anni solum fiant, si pœnitentiæ magnitudo tempus vincat, & superet correctionis studio eos qui in longo tempore præstituto susceptas à se maculas segniter eluunt. Inuoluntarium autem venia quidem dignum, sed non laudabile iudicatum est. Hoc autem dixi, vt sit aper-

πολλῶν δὲ ὄντων τῶν κατὰ θυμὸν εἰς ἁμαρτίαν ἐνεργουμένων καὶ παντοίων κακῶν, ἤρεσέ πως τοῖς πατράσιν ἡμῶν ἐν τοῖς ἄλλοις, μὴ λίαν ἀκριβολογεῖσθαι, μηδὲ πολλῆς ἄξιον ἡγεῖσθαι σπουδῆς τὸ θεραπεύειν πάντα τὰ ἐκ τοῦ θυμοῦ παραπτώματα. καίτοιγε τῆς γραφῆς οὐ μόνον τὴν ψιλὴν ἀπαγορευούσης πληγὴν, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν λοιδορίαν ἢ βλασφημίαν καὶ εἴτι ἄλλο τοιοῦτον ὁ θυμὸς κατεργάζεται. μόνον δὲ τοῦ κατὰ φόνον ἄγους τὴν παραφυλακὴν ἐποιήσαντο διὰ τῶν ἐπιτιμίων, διῄρηται δὲ τὸ τοιοῦτον κακὸν τῇ διαφορᾷ τοῦ ἑκουσίου καὶ τοῦ ἀκουσίου· ἐν οἷς ἑκούσιος μὲν πρῶτόν ἐστιν φόνος ὁ ἐκ παρασκευῆς τετολμημένος τοῦ εἰς αὐτὸ τοῦτο εὐτρεπισαμένου· ὅπως ἂν τὸ ἄγος ἐργάσηται· ἔπειτα δὲ κἀκεῖνος ἐν τοῖς ἑκουσίοις ἐνομίσθη, ὅταν τις ἐν συμπλοκῇ τύπτων τε καὶ τυπτόμενος ἐνέγκῃ κατά τινος καιρίαν τὴν διὰ τῆς χολῆς πληγήν. ὁ γὰρ ἅπαξ τῷ θυμῷ κρατηθεὶς καὶ τῇ ὁρμῇ τῆς ὀργῆς χαριζόμενος, οὐδὲν ἂν περὶ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους τῶν ἀνακόψαι τὸ κακὸν δυναμένων ἐπὶ νοῦν λάβοι, ὥστε κἀκεῖ τὸ ἐκ συμπλοκῆς ἀποτέλεσμα τοῦ φόνου, εἰς ἔργον προαιρέσεως οὐκ εἰς ἀποτυχίαν ἀνάγεται. οἱ δὲ ἀκούσιοι, φανερὰ ἔχουσι τὰ γνωρίσματα, ὅταν τις πρὸς ἕτερόν τι τὴν σπουδὴν ἔχων, ἐξ ἀποτυχίας τι τῶν ἀνηκέστων δράσῃ. ἐπὶ τούτων τοίνυν ὁ μὲν φόνος εἰς τριπλασίονα χρόνον παρατείνεται, τῆς δὲ ἐπιστροφῆς θεραπευομένης τὸ ἑκούσιον. τρεῖς ἐννέα γάρ εἰσιν ἐνιαυτοὶ καθ᾽ ἕκαστον βαθμὸν τῆς ἐννάδος τῶν ἐτῶν ὁρισθείσης, ὥστε ἐν μὲν τῷ παντελεῖ ἀφορισμῷ ἐνναετῆ χρόνον διαγενέσθαι ἀπειργόμενον τῆς ἐκκλησίας. ἄλλα δὲ τοσαῦτα ἔτη ἐν τῇ ἀκροάσει παραμεῖναι μόνον τῶν διδασκάλων καὶ τῆς τῶν γραφῶν ἀκροάσεως ἀξιούμενον. ἐν δὲ τῇ τρίτῃ ἐννάδι, μετὰ τῶν ὑποπιπτόντων ἐν ἐπιστροφῇ προσευχόμενον, οὕτως ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν μετουσίαν, τῶν ἁγιασμάτων δηλαδὴ καὶ ἐπὶ τοῦ τοιούτου ἡ αὐτὴ παρατήρησις ἔσται παρὰ τοῦ οἰκονομοῦντος τὴν ἐκκλησίαν. καὶ πρὸς τὸν λόγον τῆς ἐπιστροφῆς συντμηθήσεται αὐτῷ καὶ ἡ τοῦ ἐπιτιμίου παράτασις, ὥστε ἀντὶ ἐννέα ἐτῶν ἐφ᾽ ἑκάστῳ βαθμῷ ἢ ζ΄. ἢ, ϛ΄. ἢ, ε΄. μόνα γενέσθαι, εἴπερ τὸ μέγεθος τῆς ἐπιστροφῆς νικῴη τὸν χρόνον, καὶ ὑπερβάλλοιτο τῇ σπουδῇ τῆς διορθώσεως, τοὺς ἐν τῇ μακρᾷ προθεσμίᾳ ῥαθυμότερον ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν κηλίδων καθαίροντας. τὸ δὲ ἑκούσιον, γνωστὸν μὲν οὐ μὴν ἐπαινετὸν ἐκρίθη. τοῦτο δὲ εἶπον, ὥστε δῆλον γενέσθαι,

ὅτι κἂν ἀκουσίως τις γένηται ἐν τῷ φόνου μιάσματι, ὡς ἤδη βέβηλον αὐτὸν ὑπὸ τῆς ἀγείας γενόμενον, ἀπόβλητον ἱερατικῆς χάριτος ὁ κανὼν ἀπεφήνατο. ὅσος δέ ἐστιν ἐπὶ τῇ ψιλῇ πορνείᾳ τοῦ καθαρσίου ὁ χρόνος, τοσοῦτος καὶ ἐπὶ τῶν ἀκουσίως πεφονευκότων ἐδοκιμάσθη, καλῶς ἔχειν δηλαδὴ καὶ ἐν τούτοις τῆς προαιρέσεως τοῦ μετανοοῦντος δοκιμαζομένης, ὥστε εἰ ἀξιόπιστος γένοιτο ἡ ἐπιστροφή, μὴ παραφυλάττεσθαι τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐτῶν, ἀλλὰ διὰ συντομίας ἀγαγεῖν αὐτὸν εἰς τὴν τῆς ἐκκλησίας ἀποκατάστασιν, καὶ εἰς τὴν τοῦ ἀγαθοῦ μετουσίαν. εἰ δέ τις μὴ πληρώσας τὸν χρόνον τὸν ἐκ τῶν κανόνων ἀφωρισμένον, ἐξοδεύει τοῦ βίου, κελεύει ἡ τῶν πατέρων φιλανθρωπία, μεταλαβόντα τῶν ἁγιασμάτων μὴ κενὸν τοῦ ἐφοδίου πρὸς τὴν ἐσχάτην ἐκείνην, καὶ μακρὰν ἀποδημίαν ἐκπεμφθῆναι. εἰ δὲ μεταλαβὼν τοῦ ἁγιάσματος πάλιν εἰς τὴν ζωὴν ἐπανέλθοι, ἀναμένειν τὸν τεταγμένον χρόνον ἐκείνῳ τῷ βαθμῷ γινόμενον, ἐν ᾧ ἦν πρὸ τῆς κατ᾽ ἀνάγκην αὐτῷ δοθείσης κοινωνίας.

Ἑρμηνεία.

Εἰπὼν περὶ τῶν δύο ψυχικῶν δυνάμεων ὁ μέγας οὗτος πατὴρ προστίθησιν ἄρτι καὶ τὴν λοιπήν. ἥ τις ἐστὶ τὸ θυμοειδές. καὶ πολλὰ μὲν εἶναι φησὶ τὰ ἐκ τοῦ θυμοῦ τικτόμενα ἁμαρτήματα, οἷον πληγάς, ὕβρεις, λοιδορίας, βλασφημίας, ἅπερ πάντα τῇ θείᾳ γραφῇ ἀπηγόρευται. ὁ γὰρ μακάριος Παῦλος πρὸς Κολασσαεῖς γράφων, καὶ τὰ τῆς σαρκὸς ἔργα ἀπαριθμῶν, μετὰ τῶν ἄλλων, καὶ ἔχθρας, καὶ ἔρεις, καὶ ζήλους καὶ θυμούς, ἐριθείας τε καὶ διχοστασίας καὶ φόνους ἐπήγαγε, καὶ οἱ ταῦτα πράσσοντες ἔφη, βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν. ἀλλὰ κἂν πάντα φησὶν ὁ ἅγιος οὗτος τῇ γραφῇ ἀπηγόρευται, ὅμως ἤρεσέ πως τοῖς πατράσιν ἡμῶν ἐν τοῖς ἄλλοις μὴ λίαν ἀκριβολογεῖσθαι. τὸ δὲ ἤρεσέ πως, ἀμφινοοῦντός ἐστι καὶ ὥσπερ μὴ εἰδότος τὸν λόγον, δι᾽ ὃν ταῦτα οἱ πατέρες ἀκριβολογεῖσθαι οὐκ ἠθέλησαν, οὐδὲ πολὺν σπουδαῖον ἡγήσαντο θεραπεύειν τὰ τοιαῦτα. μόνον δὲ τὸ τοῦ φόνου μίασμα ἐπιτιμίων ἠξίωσεν, ὥστε παραφυλάττεσθαι τοὺς ἀνθρώπους μὴ ποιεῖν φόνους φοβουμένους τὰ ἐπιτίμια. τὸ δὲ ἐκ τοῦ φόνου ἁμάρτημα, διαιρεῖται εἰς ἑκούσιον καὶ ἀκούσιον. καὶ ἔστιν ὁ ἑκούσιος φόνος, ὁ ἐκ παρασκευῆς, ἤγουν ὁ ἐκ μελέτης τετολμημένος πρὸς ὃν τις παρεσκευάσθη καὶ ἡτοιμάσθη.

tum, quòd etiam si quis inuoluntariè fuerit in scelere homicidij, eum tanquam iam prophanum piaculum redditum à sacerdotali gratia eiiciendũ pronunciauit canon. Quantum autem est expiationis tempus ob simplicem fornicationem, tantum etiam rectè habere existimatum est in iis qui cædem inuoluntariam fecissent, scilicet in iis quoque pœnitentis voluntate examinata, vt si sit fide quidem digna conuersio, non seruetur annorum numerus, sed temporis prolixitate resecata ad ecclesiæ restitutionem, & boni participationem compendio deducatur. Si quis autem tempore non expleto à canonibus præstituto vita excedat, iubet patrum clementia vt effectus sacramentorũ particeps non viatico vacuus ad extremam illam & longam peregrinationem mittatur. Sin autem postquam sacramẽti particeps factus fuerit, rursum ad vitam reuersus sit, statutum tempus expectet in illo gradu existens in quo erat ante cõmunionem illi ex necessitate datam.

SCH. BALS. Postquam dixit hic magnus pater de duabus animæ facultatibus, reliquam quoque adiicit, nempe iram: & multa quidem peccata esse dicit, quæ ex ira nascuntur, ictus, iniurias, maledicta, conuicia, quę omnia à scriptura sũt prohibita. Beatus enim Paulus scribens ad Colossenses, & carnis opera enumerans, cum aliis inimicitias, lites, & contentiones, æmulationes, discordias, ac seditiones, & cędes induxit. Et qui hęc inquit, agunt, regnum dei non possidebunt. Sed etsi, inquit hic sanctus, hęc omnia à scriptura prohibita sunt, placuit tamen omnibus nostris Patribus in aliis non nimium subtiliter, nec summo iure agere. Illud autem, Placuit omnibus, est dubitantis, & veluti rationem nescientis, propter quam patres in iis non nimium subtiliter, & accuratè agere voluerint, nec vt iis remedia afferrent multum studij ponendum esse putarunt, sed solum homicidij facinus esse pœnis afficiendum censuerunt, vt cauerent homines ne cædes perpetrarent, pœnas impositas formidantes. Cædis autem peccatum diuiditur in voluntarium, & inuoluntarium: & est quidem voluntaria cædes, quæ præparato ac consulto suscepta est, ad quã paratus, & instructus fuerat qui-

spiam. Voluntarium autem dicit, & quod non consulto quidem, sed in certamine, & contentione factum est, quando quis eum qui resistit lætaliter percusserit in aliqua parte corporis. Nam hoc quoque cædis genus, non fortuitum, sed voluntarium sanctus iudicat. Inuoluntariam autem cædem definit, quando volens aliquid aliud agere, vt pote feram percutere, vel fructum arboris decutere, accedentem hominem non visum percusserit, isque mortuus fuerit. Voluntariæ itaque cædi xxvij. annos definit pœnæ tempus: & ipsum in tres partes diuidit, vt vnaquæque pars habeat nouem annos, & perfectam quidem segregationem nominat, cum qui segregatus est stare extra ecclesiam, & deflere. postquam autem illic ad nonum vsque annum defleuerit, tanto rursus tempore stet in loco audientis, & illinc procedat ad locum prostrationis: & ita xxvij. annis dimensis, dignus sacramentorum communione habeatur. Vbique autem dat potestatem contrahendi tempus pœnarum ei qui eum dispensat qui agit pœnitentiam, si viderit pœnitentem vberes pœnitentiæ fructus ostendentem. Inuoluntaria autem, inquit, cædes, venia quidem digna iudicata est, sed non laudanda, seu non ita grata, & accepta, vt sit ab omni supplicio immunis, & si quis inuoluntariè hominem interfecerit, nec sacerdotiũ assequetur, & eiicietur, vt qui sit homicidio pollutus. Inuoluntariȩ autẽ cædis pœnæ tempus esse dicit, quãtum in simplici fornicatione statutum est. est autem secundum hunc sanctũ ix. annorũ. Simplicem autẽ fornicationem nominauit, quæ committitur in mulierem quæ nõ habet maritũ. Vnde postquam dixit pœnæ tempus in vnoquoque peccato, nunc adiicit, quòd si is qui pœna affectus est, nondum perfecit tẽpus pœnitẽtiæ, sed est adhuc segregatus, & in magno vitę periculo versatur, statuerunt patres clementia vtentes, vt is sit sacramentorũ particeps ne viatico carẽs in longam peregrinationẽ abeat. Dicitur autem viaticũ, quod iis qui viã ineunt in via est vtile. Fidelibus autẽ valde cõferre creditur sacramẽtorum participatio.

ἑκούσιον δὲ λέγει καὶ τὸν μὴ ἐκ μελέτης μὲν, ἐν δὲ συμπλοκῇ καὶ φιλονεικίᾳ γινόμενον, ὅτε τις πλήξει τὸν ἀνθιστάμενον ἐν καιρίῳ μέρει τοῦ σώματος, τῷ θυμῷ στρατευόμενος. καὶ τοῦτο γὰρ τὸ εἶδος τοῦ φόνου, οὐ τυχαῖον ὁ ἅγιος κρίνει, ἀλλὰ προαιρετόν. ἀκούσιον δὲ φόνον ὁρίζεται, ὅτε ἄλλο τι ποιῆσαι βουλόμενος, ἢ θηρίον ἀμύνασθαι ἢ κατασεῖσαι δένδρου καρπὸν, ἄνθρωπον παριόντα μὴ προϊδὼν πλήξει, καὶ ὁ πληγεὶς θανεῖται. τῷ μὲν οὖν ἑκουσίῳ φόνῳ, κζ΄. ἔτη ὁρίζεται τὸν τοῦ ἐπιτιμίου καιρόν. καὶ εἰς τρεῖς μοίρας αὐτὸν διαιρεῖ, ὥστε μοῖραν ἑκάστην ἐννέα ἔχειν ἐνιαυτούς· καὶ παντελῆ μὲν ἀφορισμὸν ὀνομάζει τὸ ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἵστασθαι τὸν ἀφορισθέντα καὶ προσκλαίειν. ἐκεῖ δὲ προσκλαύσαντα ἐπὶ ἔνατον ἐνιαυτὸν, ἐπὶ τοσοῦτον αὖθις χρόνον ἐν ἀκροωμένου εἶναι τόπῳ. κἀκεῖθεν προβιβάσαι εἰς τὸν τῆς ὑποπτώσεως τόπον· καὶ οὕτω τῶν κζ΄. ἐκμετρηθέντων ἐνιαυτῶν, τῆς τῶν ἁγιασμάτων κοινωνίας ἀξιωθῆναι. πανταχοῦ δὲ τὴν ἐξουσίαν τοῦ συντέμνειν τὸν τῶν ἐπιτιμίων καιρὸν, τῷ οἰκονομοῦντι τὸν ἐν μετανοίᾳ γινόμενον δίδωσιν, εἰ βλέπει τὸν μετανοοῦντα δαψιλεῖς τοὺς τῆς μετανοίας καρποὺς ἐνδεικνύμενον. ὁ δὲ ἀκούσιος φησὶ φόνος, συγγνωστὸς μὲν ἐκρίθη, οὐ μὴν ἐπαινετὸς, ἤγουν οὐκ ἀνεκτὸς, ὥστε καὶ πάντῃ εἶναι ἀνεπιτίμητος· κἂν γὰρ ἀκουσίως τις φονεύσῃ ἄνθρωπον, οὔτε ἱερωσύνης τεύξεται, καὶ ἀπόβλητος ταύτης ὡς τῷ φόνῳ μιανθεὶς ἔσεται. χρόνον δὲ τῷ ἐπιτιμίῳ τοῦ ἀκουσίου φόνου λέγει τετάχθαι, ὅσος ἐν τῇ ψιλῇ πορνείᾳ ἐτάχθη· ἔστι δὲ οὗτος κατὰ τοῦτον τὸν ἅγιον, ἐννέα ἔτη. ψιλὴν δὲ πορνείαν, τὴν εἰς γυναῖκα μὴ ἔχουσαν ἄνδρα ὠνόμασε. τοῖς χρόνοις δὲ τῶν ἐπιτιμίων εἰπὼν ἐφ' ἑκάστῳ πλημμελήματι, νῦν προστίθησιν ὅτι εἰ οὔπω ὁ ἐπιτιμηθεὶς ἐπλήρωσε τὸν τοῦ ἐπιτιμίου καιρὸν, ἀλλ' ἔτι ἀφωρισμένος ἐστὶ καὶ κινδυνεύει θανεῖν, ὥρισαν οἱ πατέρες φιλανθρωπευσάμενοι τὸν τοιοῦτον μεταλαβεῖν τῶν ἁγιασμάτων, ἵνα μὴ ἐστερημένος τοῦ ἐφοδίου ἀπέλθῃ πρὸς τὴν μακρὰν ἀποδημίαν. ἐφόδια δὲ λέγονται τὰ ἐπὶ τῇ ὁδῷ τοῖς ὁδεύουσι συμβαλλόμενα. μέγα δὲ συμβάλλεσθαι τοῖς πιστοῖς πιστεύεται τῶν ἁγιασμάτων ἡ μέθεξις.

εἰ δὲ περὶ τὴν ζωὴν κινδυνεύων ὁ ἐν ἐπιτιμίῳ, A ἀξιωθείη τῶν θείων δωρεῶν, εἶτα ἐκφύγῃ τὸν κίνδυνον καὶ ἀναῤῥωσθῇ, αὖθις ἀκοινώνητος ἔσται. καὶ ἐν ἐκείνῳ στήσεται τῷ βαθμῷ, ἐν ᾧ ἦν καὶ πρὸ τοῦ κινδύνου, μέχρις ἂν ὁ χρόνος ὁ τεταγμένος ἐκμετρηθῇ.

Sinautem is cui pœna imposita est, diuinis donis dignus habitus fuerit, deinde periculum effugerit, rursus erit excommunicatus, & in illo gradu stabit, in quo erat etiam ante periculum, donec præstitutum tempus dimensum fuerit.

Τὸ δὲ ἕτερον εἶδος τῆς εἰδωλολατρείας, οὕτω γὰρ ὀνομάζει τὴν πλεονεξίαν ὁ θεῖος ἀπόστολος, οὐκ οἶδ' ὅπως ἀθεράπευτον ὑπὸ τῶν πατέρων ἡμῶν παρεώφθη, καίτοι γε δοκεῖ τὸ τοιοῦτον κακὸν τῆς τρίτης ἐν τῇ ψυχῇ καταστάσεως πάθος εἶναι. B καὶ γὰρ ὁ λογισμὸς τῆς τοῦ καλοῦ κρίσεως ἁμαρτάνων, ἐν τῇ ὕλῃ τὸ καλὸν εἶναι φαντάζεται, οὐ πρὸς τὸ ἄϋλον ἀναβλέπωσας κάλλος, καὶ ἡ ἐπιθυμία πρὸς τὰ κάτω ῥεῖ, τοῦ ἀληθῶς ὀρεκτοῦ ἀποῤῥέουσα· καὶ ἡ φιλόνεικός τε καὶ θυμώδης διάθεσις πολλὰς ἐκ τῆς τοιαύτης αἰτίας τὰς ἀφορμὰς λαμβάνει· καὶ τὸ ὅλον εἰπεῖν, συμφωνεῖ ἡ τοιαύτη νόσος τῷ ἀποστολικῷ τῆς πλεονεξίας ὅρῳ· ὁ γὰρ θεῖος ἀπόστολος, οὐ μόνον αὐτὴν εἰδωλολατρείαν, ἀλλὰ καὶ ῥίζαν πάντων τῶν κακῶν ἀπεφήνατο, C καὶ ὅμως τὸ τοιοῦτον εἶδος παρώφθη τῆς νόσου ἀνεπίσκεπτόν τε καὶ ἀπημέλητον· διὸ καὶ πλεονάζει κατὰ τῆς ἐκκλησίας τὸ τοιοῦτον ἀῤῥώστημα, καὶ οὐδεὶς τοὺς ἐπὶ τὸν κλῆρον ἀγομένους περιεργάζεται, μήπως τῷ τοιούτῳ εἴδει τῆς εἰδωλολατρείας κατεμιάνθησαν· ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων διὰ τὸ παρεῖσθαι τοῖς πατράσιν ἡμῶν, ἀρκεῖν ἡγούμεθα τῷ δημοσίῳ τῆς διδασκαλίας λόγῳ, ὅπως ἂν οἷόν τε ᾖ θεραπεύειν, ὥσπερ τινὰ πληθωρικὰ τὰς πλεονεκτικὰς ἀῤῥωστίας διὰ τοῦ λόγου καθαίροντες. μόνην δὲ τὴν κλοπὴν καὶ τὴν τυμβορυχίαν, καὶ τὴν ἱεροσυλίαν πάθος νομίζομεν διὰ τὸ οὕτως ἐκ τῆς τῶν πα- D τέρων ἀκολουθίας τὴν παράδοσιν ἡμῖν περὶ τούτων γεγενῆσθαι. καίτοι παρὰ τῆς θείας γραφῆς ὁ πλεονασμὸς καὶ ὁ τόκος τῶν ἀπειρημένων ἐστί. καὶ τὸ ἐκ δυναστείας τινὸς τῷ ἰδίᾳ κτήσει προσαγαγεῖν τὰ ἀλλότρια κἂν ἐν προσχήματι πρᾶγμα τὸ τοιοῦτον τύχῃ γινόμενον. ἐπεὶ τοίνυν οὐ καθ' ἡμᾶς εἰς ἐξουσίαν κανόνων ἀξιόπιστον, τὴν ἐπὶ τῶν ὁμολογουμένως ἀπηγορευμένων κανονικὴν κρίσιν ἤδη τοῖς εἰρημένοις προσθήσομεν. διῄρηται δὲ ἡ κλοπὴ εἴς τε λῃστείαν καὶ εἰς τοιχωρυχίαν. καὶ εἷς μὲν ἐπ' ἀμφοτέρων σκοπὸς, ἡ τῶν ἀλλο-

Altera autem idololatriæ species (sic enim diuinus apostolus auaritiam appellat) nescio quomodo absque vlla pœnæ medela à patribus prætermissa sit. Atqui hoc malum quidem videtur esse trium animi constitutionum affectio. Nam & ratio ab eius quod pulchrum est iudicio aberrans, esse in materia quod pulchrum est existimat, non ad pulchritudinem à materia separatam aspiciens. Et desiderium ad ea quæ sunt inferiora inclinatur, ab eo quod verè est expetendum dilabens. Iam verò & contentiosa animosáque animæ affectio ex hoc peccato multas occasiones accipit. Et vt in vniuersum dicam, eiusmodi morbus cum Apostolica auaritiæ definitione conuenit. Ephes. 5. *Diuinus enim Apostolus eam non solum idololatriam, sed etiam omnium malorum radicem pronunciauit, & tamen hæc morbi species inconsiderata, & absque vlla eius cura prætermissa est, quo fit vt hic morbus valde in ecclesia redundet, & nemo in iis qui ad clerum adducuntur, inquirit, num qui eo idololatriæ genere polluti sint. Sed de iis quidem, quoniam id à patribus prætermissum est, sufficere existimo publica doctrinæ ratione ea quomodo fieri potest curare, veluti quosdam morbos ex repletione ortos, inexplebilis auaritiæ affectiones oratione purgantes. Solum autem furtum, & sepulchrorum effossionem, & sacrilegium vitia existimamus, quòd sic à patrum consequentia hæc nobis traditio facta sit. Atqui apud diuinam scripturam & fœnus & vsura sunt prohibita, & per alicuius potentiam ad suam possessionem aliena traducere, etiamsi sub contractus, aut transactionis specie hoc fortasse factum sit. Quoniam ergo nos quidem ad canonum potestatem assequendam fide digni non sumus, in ijs quæ ex confesso prohibita sunt, canonicam sententiam iis quæ iam dicta sunt adiiciemus. Diuiditur autem furtum in latrocinium seu deprædationem & in murorum effossionem. Idem autem vtriusque est institutum, videlicet*

aliena auferre: in animo autem ipsorum magna est inter se differentia. Latro enim etiam homicidium ad id quod studet assequi assumit, ad id paratus & armis, & copiis, & opportunitate loci, adeo vt is homicidarum iudicio subiiciatur, si per pœnitentiam ad dei ecclesiam reuersus fuerit. Qui autem latenti ablatione sibi alienum vsurpat, deinde per enuntiationem peccatum suum sacerdoti aperuerit, vitij studio in contrarium mutato ægritudinem curabit, dico autem largiendo quæ habet pauperibus: vt dum quæ habet profundit se ab auaritiæ morbo liberum aperte ostendat. Sinautem nihil aliud præterquam solum corpus habeat, iubet Apostolus per laborem corporalem ei morbo mederi. Dictionis autem ita habet contextus, Qui furatur, non amplius furetur, sed potius laboret bonum operans, vt possit ei largiri qui indiget.

Ephes. 4.

SCHOL. BALSAM. Dubitat sanctus quomodo auaritiæ vitium à patribus absque vlla medicina relictum sit, nec vlla iis qui eo tenentur pœna imposita fuerit, maximè cum Apostolus ipsum idololatriam vocarit. Atqui videntur, inquit, tres animæ facultates in eo affici, & à rectitudine diuertere. Neque enim ratiocinatrix animæ affectio recte iudicat, sed falso & nequiter. Aberrat enim, inquit, ab eius quod pulchrum est iudicio, hoc est id non assequitur, nec ad pulchritudinem à materia separata respicit ad dei scilicet quoad eius fieri potest intelligentiam, futurorúmque bonorum fruitionem, sed id quod pulchrum est in materia visione apprehendit. Falsam autem opinionem, & mendacem existimationem sanctus visionem apposité vocauit, existimare scilicet id quod pulchrum & honestum est, esse in pecuniis, & diuitiis, & eiusmodi. Porrò desideratiua animi facultas ab eo quod est vere expetendum, à diuina scilicet natura, & cælestibus excidens, terrena & fluentia appetit. Irascens quoque facultas multas vt ad contentionem accendatur occasiones accipit. Propter pecuniarum enim cupiditatem, lites, & inimicitiæ, & bella, & vt dicit diuinus Apostolus, radix omnium malorum est auaritia.

πείων ἀφαίρεσις, πολλὴ δὲ κατὰ τὴν γνώμην αὐτῶν ἡ πρὸς ἀλλήλους ἐστὶ διαφορά. ὁ μὲν γὰρ λῃστὴς καὶ τὴν μιαιφονίαν εἰς συμμαχίαν τοῦ σπουδαζομένου παραλαμβάνει, πρὸς αὐτὸ τοῦτο παρασκευαζόμενος καὶ ὅπλοις καὶ πολυχειρία καὶ τοῖς ἐπικαίροις τῶν τόπων, ὥστε τὸν τοιοῦτον τῷ κρίματι τῶν ἀνδροφόνων ὑπάγεσθαι, εἰ διὰ μεταμελείας ἑαυτὸν πρὸς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ ἐπαγάγῃ. ὁ δὲ δι' ἀφαιρέσεως λανθανούσης σφετεριζόμενος τὸ ἀλλότριον, εἶτα δι' ἐξαγορεύσεως τὸ πλημμέλημα ἑαυτοῦ τῷ ἱερεῖ φανερώσας, τῇ περὶ τὸ ἐναντίον τοῦ πάθους σπουδῇ θεραπεύσει τὴν ἀρρωστίαν· λέγω δὲ διὰ τοῦ τὰ προσόντα παρέχειν τοῖς πένησιν, ἵνα ἐν τῷ προΐεσθαι ἃ ἔχει, φανερὸς γένηται καθαρεύων τῆς κατὰ πλεονεξίαν νόσου· εἰ δὲ μηδὲν ἔχοι, μόνον δὲ τὸ σῶμα ἔχοι, κελεύει ὁ Ἀπόστολος διὰ τοῦ σωματικοῦ κόπου τὸ τοιοῦτον ἐξιάσασθαι πάθος, ἔχει δὲ ἡ λέξις οὕτως, ὁ κλέπτων μηκέτι κλεπτέτω, μᾶλλον δὲ κοπιάτω ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθὸν ἵνα ἔχῃ μεταδιδόναι τῷ χρείαν ἔχοντι.

Ἑρμηνεία.

Ἀπορεῖ ὁ ἅγιος πῶς τοῖς πατράσι τὸ τῆς πλεονεξίας πάθος εἴτουν φιλαργυρεία, ἀθεράπευτον παρεωράθη, μὴ ἐπαγαγοῦσιν ἐπιτίμια τοῖς τοῦτο κεκτημένοις, καὶ ταῦτα τοῦ Ἀποστόλου εἰδωλολατρείαν αὐτὸ καλέσαντος. καὶ τοίγε δοκεῖ φησὶ καὶ τὰς τρεῖς ψυχικὰς δυνάμεις ἐν τούτῳ πάσχειν καὶ περιτρέπεσθαι τῆς εὐθύτητος. οὔτε γὰρ τὸ λογιζόμενον τῆς ψυχῆς, ὀρθῶς κρίνει, ἀλλ' ἐσφαλμένως καὶ διημαρτημένως. ἁμαρτάνει γάρ φησι τῆς κρίσεως τοῦ καλοῦ, αὐτὴ τουτέστιν ἀποτυγχάνει, καὶ οὐ πρὸς τὸ ἄϋλον κάλλος βλέπον τουτέστι τὸ τοῦ θεοῦ δηλαδή, ὡς ἐφικτὸν κατανόησιν, καὶ τὴν τῶν μελλόντων ἀπόλαυσιν ἀγαθῶν, ἐν τῇ ὕλῃ φαντάζεται τὸ καλόν. τὴν ἠπατημένην δὲ δόξαν καὶ τὴν ψευδομένην ὑπόληψιν, φαντασίαν ὁ ἅγιος προσφόρως ὠνόμασεν. ἤγουν τὸ νομίζειν ἐν τοῖς χρήμασι τὸ καλὸν εἶναι καὶ ἐν τῷ πλούτῳ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ὁμοίοις αὐτοῖς. καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν ἐκπίπτον τοῦ ὄντως ὀρεκτοῦ ἤτοι τῆς θείας φύσεως καὶ τῶν οὐρανίων, τῶν γηΐνων καὶ ῥεόντων ὀρέγεται. καὶ τὸ θυμικὸν δὲ, πολλὰς ἀφορμὰς εἰς τὸ ἀνάπτεσθαι πρὸς φιλονεικίαν, λαμβάνει. διὰ γὰρ τὴν τῶν χρημάτων ἐπιθυμίαν, ἔρεις τε καὶ ἔχθραι, καὶ πόλεμοι καὶ κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, ῥίζα πάντων τῶν κακῶν ἐστὶν ἡ φιλαργυρεία.

ἀλλὰ καὶ οὕτως ἔχον φησὶ τὸ τοιοῦτον πάθος, παρεωράθη τοῖς πατράσιν ἀνεπισκόπητόν τε καὶ ἀθεράπευτον, ὅθεν καὶ πλεονάζει κατὰ τὴν ἐκκλησίαν, πολλῶν τοῦτο νοσούντων, καὶ τοὺς καταταττομένους εἰς κλῆρον, ἤτοι χειροτονουμένους, οὐδεὶς ἐρευνᾷ, μή ποτε μεμίανται τῇ τοιαύτῃ εἰδωλολατρείᾳ. ἀλλ' ἐπεὶ τοῦτο τοῖς πατράσι παρείθη, ἀντὶ τοῦ κατελείφθη. ἀνεπιτίμητόν τε καὶ ἀκόλαστον, θεραπευτέον αὐτὸ διὰ τῆς δημοσίας διδασκαλίας, ὡς δυνατὸν, ἤγουν δημοσίᾳ διδάσκοντες τὸν λαὸν, ποιησώμεθα τούτου καταδρομὴν, ὥσπερ τινὰ πάθη πληθωρικὰ τὰς πλεονεκτικὰς ἀρρωστίας διὰ τοῦ λόγου καθαιροῦντες. εἰπὼν δὲ ὁ ἅγιος τὸ τῆς φιλαργυρείας πάθος, τὰς ψυχικὰς δυνάμεις διαφθείρειν, καὶ πολυειδῆ ἐξ αὐτῆς πάθη φύεσθαι, πληθωρικοῖς πάθεσι, ταῦτα ἀπείκασε τὴν τῆς ἰατρικῆς λόγων μετεσχηκὼς ἀκριβέστατα, ὡς ἔστι γνῶναι ἐκ τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων. πληθώρα ὀνομάζεται τοῖς ἰατροῖς, ὅταν οἱ τέσσαρες χυμοὶ ἐξ ὧν τὰ σώματα συνίστανται, αὐξηθῶσι καὶ πλεονάσωσιν ἀναλόγως τῷ ὄγκῳ ἑκάστου τῶν χυμῶν γινομένῳ· κατὰ ταυτὸν συμβαίνοντα πάθη, πληθωρικὰ καλοῦνται νοσήματα. ὥστε εἰκότως κἀνταῦθα ὁ σοφὸς οὗτος πατὴρ, τὰ ἐκ τῆς πλεονεξίας ἀναφυόμενα πάθη, πληθωρικὰ εἶπεν ὡς πάσας τὰς ψυχικὰς ἡμῶν δυνάμεις περιτρεπούσης καὶ αὐξανούσης ταύτας ἐπιβλαβῶς τῇ ψυχῇ· τὰς μὲν οὖν ἄλλας φησὶ νόσους τῆς πλεονεξίας, τῷ τῆς διδασκαλίας θεραπεύσομεν λόγῳ. τὴν δὲ κλοπὴν καὶ τὴν ἱεροσυλίαν, ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν τυμβωρυχίαν, κανονικῶν ἐπιτιμίων ἀξιωθείσας παρὰ τῶν πατέρων, τοῖς ἤδη ῥηθεῖσι προσθήσομεν. καί τοι φησὶ, τῇ θείᾳ γραφῇ καὶ ὁ πλεονασμὸς καὶ ὁ τόκος καὶ τὸ ἐκ δυναστείας τινὸς τὰ ἀλλότρια προσενῶσαι τῇ ἰδίᾳ κτήσει τῶν ἀπηγορευμένων ἐστί· πλεονασμὸς μὲν οὖν ἐστιν, ὡς ὅταν τις δῷ τινὶ σῖτον ἢ οἶνον ἢ ἔλαιον ἢ ἄλλό τι ἐπὶ τῷ λαβεῖν ὁμοιογενὲς, πλέον τοῦ δοθέντος. οἷον ἔδωκέ τις οἴνου μετρητὰς πεντήκοντα ἐπὶ τῷ λαβεῖν ἑβδομήκοντα ἢ καὶ πλειόνας. τόκος δὲ λέγεται, ἐπὶ νομισμάτων. ἐκ δυναστείας δέ τινος εἶπεν ὅτι κἂν μὴ ἐξ οἰκείας δυναστείας τις σφετερήσηται τὰ ἀλλότρια. δι' ἑτέρου δὲ δυνάστου τινὸς ποιήσῃ τοῦτο, κἀκεῖνος τῷ αὐτῷ ὑπόκειται κρίματι. λέγει γὰρ ὁ προφητικὸς λόγος,

A Sed quãuis ita se habeat hæc affectio, tamẽ à patribus relicta est incõsiderata, nullàque ei⁹ cura suscepta est. Vnde etiã abundat in ecclesia, cũ multi ea laborent, & de iis qui in clerũ referũtur, seu ordinãtur, nemo inquirit, nunquid hac idololatria polluti sunt. Sed quia hoc à patribus prætermissũ est, pro eo quod est, impunitũ & minime castigatũ relictũ est, remediũ ei afferre oportet, quãtũ fieri potest per publicã doctrinã, hoc est publicè populũ docentes, id persequamur, tanquã morbos aliquos ex nimia repletione ortos, auaritiæ ægritudines per B orationẽ purgantes. Cũ autẽ dixisset sanctus, auaritię affectionẽ animæ facultates ad vitiũ simul diuertere, & eorũ vnãquamque corrũpere, & multiplices ex ea affectiones oriri, eã plethoricis affectionibus assimilauit, ea quæ à medicis dicũtur tenẽs exactissimè, vt ex ei⁹ scriptis licet cognoscere. Plethora enim, id est repletio, à medicis dicitur, quãdo quatuor humores ex quibus cõstant corpora, aucti & redũdãtes effecti sũt pro vniuscuiusque humoris proportione, & affectiones quę fiũt ex plenitudine humorũ simul coactorũ plethorici morbi dicũtur. Merito ergo hic sapiẽs pater, affectiones quæ ex auaritia oriũtur, plethoricas nominauit, vt quæ omnes animæ facultates subuertat, eásque augeat in detrimentũ animæ. C Alios ergo, inquit, auaritiæ morbos doctrinæ sermone curabimus. Furtũ autem & sacrilegiũ, atque etiã sepulchrorũ effossionẽ, quæ canonicis pœnis dignæ visæ sunt iis quæ à patribus iã dicta sunt, adiiciemus. Atqui in diuina, inquit, scriptura, & fœnus & vsura, & per potentiã alicuius aliena suæ vnire possessioni prohibita sunt. Fœnus ergo est, quod Græcè πλεονασμὸς dicitur, vt quando quis dat vinum, D vel frumentũ, vel oleum, vel aliquid aliud, vt in eodem genere plus quàm dederit, accipiat, vt si quis dederit vini l. metretas, vt septuaginta, vel eo plures accipiat. Vsura autem dicitur in nummis. Per potentiam autem alicuius dixit, quòd etiam si non propriam potentiam alienum vsurpauerit, per aliquem autem alium potentem hoc fecerit, is eodẽ iudicio tenebitur. Dicit enim sermo prophetic⁹,

væ qui domum domui coniungitis, & agrum agro appropinquantes, vt à vicino aliquid auferant. Sed & si hæc, inquit, à scriptura sunt prohibita, eis tamen canonicas pœnas non imponemus, quia nostra ad canonum assequendam potestatem fide digna non sunt, pro eo quod est, ad nostro iudicio imponendas canonicas pœnas ijs qui peccant. De furto autem loquens, diuidit ipsum in latrocinium, & murorum effossionem. Vnum autem scopum esse dicit tam iis qui latrocinantur, quàm iis qui muros effodiunt, alienorũ scilicet ablationem. Est autem rursus eorum ponenda differentia. Latrones enim etiam ad homicidium instruuntur, arma ferentes, & apta loca occupantes, & copias, hoc est validam manum ad eis opem ferendam assumentes, & ad cædem parati. Eos itaque ad pœnitentiam conuersos dicit homicidarum iudicio puniri. eum autem qui aliena clanculum subripuit, & peccatum aperit, contraria affectione curandum esse dicit, vt scilicet quoniam propter auaritiam aliena abstulerat, oporteat eum propria pauperibus erogare, vt sic videatur ab auaritia abstinere. Qui enim suis non parcet, aliena non appetet. Sin autem non habeat pecunias quas eroget, oportet eum laborantem curare affectionem, seu laborare operantem, & ex eo quod per suum laborem acquirit, pauperibus impertiri. Et hoc est præceptum Apostolicum. Dicit enim diuinus Paulus, Qui furatur, non amplius furetur, sed potius laboret bonum operans. Hæc ergo de eo qui clanculum aliena subripit. Sin autem hic quoque ense vtitur, & paratus est eo vti aduersus eum qui ei resistit, hic quoque eadem qua latro pœna punietur, quia eorum est simile institutum.

Sepulchrorum autem effossio, ipsa quoque diuiditur in id quod veniam meretur, & id quod non meretur. Si enim mortuorum parcens religioni, & tectum corpus intactum relinquens, vt nec soli ostendatur turpitudo corporis, lapidibus aliquot ex iis qui ante sepulchrum proiecti sunt, ad aliquod opus construendum vsus est, ne hoc quidem est laudabile,

καὶ οἱ συνάπτοντες οἰκίαν πρὸς οἰκίαν καὶ ἀγρὸν πρὸς ἀγρὸν, ἵνα τι τοῦ πλησίον ἀφέλωνται. ἀλλὰ κἂν τῇ γραφῇ φησὶν ἀπηγόρευται ταῦτα, ἡμεῖς αὐτοῖς κανονικὰ οὐκ ἐπάξομεν ἐπιτίμια, ὅτι τὰ καθ' ἡμᾶς εἰς ἐξουσίαν κανόνων οὐκ ἀξιόπιστα· ὅτι οὐκ ἀξιόπιστοι κρινόμεθα εἰς κανονικὴν ἐξουσίαν, ἀντὶ τοῦ κατ' ἐξουσίαν ἡμετέραν καὶ κρίσιν τιθέναι κανονικὰ καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἐπιτίμια. εἰπὼν δὲ κλοπὴν, διαιρεῖ ταύτην εἰς λῃστείαν καὶ εἰς τοιχωρυχίαν. καὶ ἕνα μὲν σκοπὸν εἶναι λέγει καὶ τοῖς λῃστεύουσι καὶ τοῖς τοιχωρυχοῦσι, τὴν τῶν ἀλλοτρίων ἀφαίρεσιν. πολλὴν δὲ διαφορὰν θετέον αὐτῶν. οἱ μὲν γὰρ λῃσταὶ, καὶ πρὸς μιαιφονίαν παρασκευάζονται, ὅπλα φέροντες καὶ τόπους ἐπιτηδείους καταλαμβάνοντες εἰς βοήθειαν, ἀλλὰ μὴν καὶ πολυχειρίαν ἤγουν πολλοὺς εἰς συνεργίαν προσλαμβανόμενοι, καὶ ἕτοιμοι ὄντες πρὸς φόνους. τοὺς οὖν τοιούτους ἀπονεύσαντας εἰς μετάνοιαν, τῷ τῶν ἀνδροφόνων ἐπιτιμᾶσθαι κρίματι φησί. τὸν δὲ λαθραίως ἀφαιρούμενον τὰ ἀλλότρια, καὶ τὴν ἁμαρτίαν ἐξαγορεύοντα, θεραπεύεσθαι φησὶ τὴν ἐναντίαν διάθεσιν, ἤγουν ἐπεὶ διὰ πλεονεξίαν ἀφείλετο τὰ ἀλλότρια, δεῖ αὐτὸν καὶ τὰ οἰκεῖα πένησι δοῦναι, ἵνα οὕτω φανῇ ἀποσχόμενος τῆς πλεονεξίας. ὁ γὰρ μὴ φειδόμενος τῶν οἰκείων, οὐκ ἐπιθυμήσει τῶν ἀλλοτρίων. εἰ δὲ μὴ ἔχῃ φησὶ χρήματα ὥστε δοῦναι αὐτὰ, δεῖ αὐτὸν κοπιῶντα τὸ πάθος ἰάσασθαι, ἤγουν κοπιᾶν ἐργαζόμενον, καὶ ἐκ τῶν διὰ τοῦ κόπου αὐτοῦ πορίζομένων μεταδιδόναι τοῖς δεομένοις. καὶ τοῦτο ἀποστολικόν ἐστι τὸ διάταγμα. λέγει γὰρ ὁ θεσπέσιος Παῦλος, ὁ κλέπτων μηκέτι κλεπτέτω, μᾶλλον δὲ κοπιάτω ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθὸν, ἵνα ἔχῃ μεταδιδόναι τῷ χρείαν ἔχοντι. ταῦτα μὲν οὖν περὶ τοῦ λάθρα ἀφαιρουμένου τὰ ἀλλότρια. εἰ δὲ καὶ οὗτος ξίφει κέχρηται, καὶ ἕτοιμός ἐστι κατὰ τοῦ ἀνθισταμένου αὐτῷ τούτῳ χρήσασθαι, καὶ οὗτος οἶμαι ὁμοίως ἐπιτιμηθήσεται τῷ λῃστεύοντι, ὅτι καὶ ὁμοίαν εἶχε προαίρεσιν.

Ἡ δὲ τυμβωρυχία καὶ αὐτὴ διαιρεῖται εἰς συγγνωστόν τε καὶ ἀσύγγνωστον. εἰ μὲν γάρ τις τῆς ὁσίας φειδόμενος καὶ ἄσυλον ἀφεὶς τὸ κεκρυμμένον σῶμα, ὡς μὴ ἀναδειχθῆναι ἡλίῳ τὴν ἀσχημοσύνην τῆς φύσεως λίθοις τισὶ τῶν τῷ τάφῳ βεβλημμένων συγχρήσεται εἰς ἔργον τινὸς κατασκευὴν, ἐπαινετὸν οὐδὲ τοῦτό ἐστι.

πλὴν

ἀλλὰ συγγνωστὸν ἐποίησεν ἡ συνήθεια ὅταν εἰς προτιμότερόν τι καὶ κοινωφελέστερον ἡ τῆς ὕλης μετάθεσις γένηται. τὸ δὲ ἐρευνᾶσθαι τὴν κόνιν ἀπὸ γεωθείσης σαρκὸς καὶ ἀνακινεῖν τὰ ὀστᾶ, ἐλπίδι τοῦ κόσμον τινὰ τῶν συγκατορυχθέντων κερδᾶναι, τοῦτο τῷ αὐτῷ κρίματι κατεδικάσθη. ᾧ καὶ ἡ ψιλὴ πορνεία, καθὼς ἐν τῷ προλαβόντι διήρηται λόγῳ, ἐπισκοποῦντος δηλαδὴ τοῦ οἰκονόμου, ἐξ αὐτοῦ τοῦ βίου τὴν θεραπείαν τοῦ θεραπευομένου, ὥστε συντεμεῖν τὴν ἐκ τῶν κανόνων ὁρισθεῖσαν τοῦ ἐπιτιμίου προθεσμίαν.

sed vt esset dignum venia effecit consuetudo, quando ad aliquid melius, & Reipub. vtilius materia traducta sit, sed carnis in terram redactæ puluerem perscrutari, & ossa mouere, spe aliquem ex defossis lucrifaciendi ornatum, id eodem iudicio condemnatum est quo simplex fornicatio, quemadmodum in præcedente oratione diuisio facta est, considerante scilicet œconomo seu dispensatore, ex ipsa vita eius cui medela adhibetur, medicinam, vt spacium a canonibus præstitutum possit contrahere.

Ἑρμηνεία.

Ὥσπερ δὲ τὴν κλοπὴν εἰς δύο διεῖλεν, οὕτω καὶ τὴν τυμβωρυχίαν εἰς δύο διαιρεῖ. Εἰ μὲν γάρ τις, φησί, λίθους μόνους ἐκ τάφου ἀφέληται, ὥστε τὸ καλυπτόμενον σῶμα μὴ ὁραθῆναι, τῆς οὐσίας φειδόμενος, ἤτοι τῆς ἀφοσιουμένης τοῖς τεθνεῶσι τιμῆς, καὶ χρήσηται τούτοις εἰς ἔργου κατασκευὴν προτιμοτέραν καὶ κοινωφελεστέραν, οὐδ᾽ οὕτως ἐστὶν ἀνέγκλητος, συγγνωστὸς δ᾽ οὖν. λίθους δὲ τοὺς τῷ τάφῳ προσβεβλημένους οὐχὶ τοὺς αὐτὰ τὰ τεθαμμένα σώματα καλύπτοντας. Εἰ γὰρ τοιούτους λίθους ἀφέληταί τις, δίδωσι πάντως ὁρᾶσθαι τὸ κεκρυμμένον σῶμα. καὶ δημοσιεύει τῆς φύσεως τὰ μυστήρια, καὶ οὐκέτι σύγγνωστός ἐστιν, ἀλλ᾽ εἰς τὸ ἕτερον εἶδος τῆς τυμβωρυχίας ἐμπίπτειν δοκεῖ, ὅπερ ἐστὶ, τὸ τοὺς τάφους ἀνοίγειν καὶ τὴν κόνιν τὴν ἐκ τῆς φθαρείσης σαρκὸς ἀνορύττειν, καὶ μετακινεῖν τὰ ὀστᾶ τῶν κειμένων, κόσμον τινὰ λαβεῖν ἐκεῖθεν ζητοῦντα συνταφέντων τοῖς τελευτήσασι· τοῦτο γοῦν τὸ εἶδος τῆς τυμβωρυχίας, ὁμοίως τῇ ψιλῇ πορνείᾳ καταδικάζεσθαι λέγει. ψιλὴν δὲ πορνείαν, τὴν εἰς ἐλευθέραν ἀνδρὸς γυναῖκα μίξιν ὠνόμασε. κἀνταῦθα δὲ τῷ οἰκονομοῦντι τὸν μετανοοῦντα δίδωσι τὸ συντεμεῖν ἴσως τὸν τοῦ ἐπιτιμίου καιρὸν εἰ ὁρᾷ θερμὴν αὐτοῦ τὴν μετάνοιαν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν φησὶ περὶ τυμβωρύχων ὁ ἅγιος. ὁ δὲ πολιτικὸς νόμος ἐν βιβλίου ξ΄. τίτλου κγ΄. ταῦτα διατάττεται. οἱ ἀπὸ τῶν τάφων ὕλας ἀφαιρούμενοι, ὑποκείσθωσαν τῷ τῆς ἱεροσυλίας ἐγκλήματι. καὶ πάλιν τὸ τῆς τυμβωρυχίας ἔγκλημα, ἀτιμίαν ἐπιφέρει. καὶ αὖθις, ἐάν τις ἀπὸ τοῦ τάφου ἀφέληται ἢ λίθους ἢ κίονας ἢ μάρμαρα, ἢ ἄλλην οἱανδήποτε ὕλην, εἴκοσι νομίσματα χρυσίου τῷ δημοσίῳ καταβάλλει, καὶ τὰ ἑξῆς.

SCHOL BALSAM. Quemadmodum furtum in duo diuisit, ita & sepulchri fossionem in duo diuidit. Si quis enim solos lapides ex sepulchro abstulerit, ita vt tectum corpus non videatur, mortuorum religioni parcens, hoc est iusto honori qui mortuis debetur, & eis vsus fuerit ad meliorum, & Reip. vtiliorum constructionem, ne sic quidem erit à crimine alienus, erit tamen venia dignus. Lapides autem qui ante sepulchrum proiecti sunt, non eos qui sepulta corpora contegunt. Si quis enim eos lapides abstulerit, ita vt corpus contectum omnino videatur, & naturæ mysteria publicauerit, non est amplius venia dignus, sed in alteram speciem sepulchrorum effossionis incidere videtur; quæ est sepulchra aperire, & ex corrupta carne puluerem effodere, & eorũ qui illic iacent ossa mouere, eũ qui ornatum aliquem quo mortui amicti sunt conatur accipere. Hoc itaque sepulchrorum effossionis genus, eodem iudicio quo simplicem fornicationem condemnãdum esse dicit. Simplicem autem fornicationem, cũ soluta coitum nominauit. Hic quoque ei qui pœnitentem dispensat, dat facultatem contrahendi tempus pœnæ si forte eius vehementem videat pœnitentiam. Cæterum hæc quidem dicit sanctus de sepulchrorum effossoribus. Lex autem ciuilis in lib. lx. tit. xxiij. hæc cõstituit. Qui materias ex sepulchris auferunt, sacrilegij crimini sint obnoxij. & rursus, Sepulchrorum effossionis crimen affert infamiam. & rursus, Si quis ex sepulchro abstulerit, vel lapides, vel columnas, vel marmora, vel aliquam aliam materiam, publico xx. aureos soluit, & quæ sequuntur.

Sacrilegium autem in antiqua quidem scriptura ne cædis quidem condemnatione visum est tolerabilius. Similiter enim, & qui cædis conuictus erat, & qui res deo dedicatas abstulerat, lapidationis supplicium subibat. In ecclesiastica autem consuetudine de pœnæ grauitate nescio quomodo aliquid detractum, & eo lenitatis descensum est, vt illius morbi existimaretur tolerabilius piaculũ. In minori enim tempore quàm adulteriũ ĝ à patrum traditione pœnã susceperũt. Vbique autem hoc in supplicij genere ante omnia videndum est, qualis sit eius cui medela adhibetur, affectio, & non existimare tempus ad medelam sufficere. (quæ nam enim fuerit ex tempore medicina?) sed eius qui sibi per conuersionem medetur, animum & institutũ. Hæc tibi ô homo dei, ex iis quæ erant ad manum studiose composita, quòd oporteat fratrum mandatis parere studiosè misimus. Tu vero consuetas pro nobis preces deo offerre ne intermittas. Debes enim vt gratus filius ei qui te secundum deum genuit, in senectute per tuas orationes alimentum, conuenienter præcepto quod iubet honorare parentes, vt tibi bene sit, & sis longæuus super terram. Clarum est autem quod vt symbolum sacerdotale literas accipies, munúsque hospitale non contemnes, etiamsi sit minus quàm pro summa tui ingenij bonitate.

SCHOL. BALSAM. Postquam dixit de furto, & sepulchrorum effossione, nunc docet de sacrilegio, & dicit quòd antiqua quidem scriptura, homicidã, & eum qui quæ deo oblata erant, sustulit, ex æquo puniit, lapidibus eos obrui iubẽs, quod in Achaz factum est, qui ex spoliis Hiericho, quæ omnia Deo erant dedicata aurum vestésque textas abstulerat. Lapidibus enim obrutus omnino peremptus est. Ecclesia autem non punit similiter homicidam, & sacrilegum: sed mitius in sacrilegum affecta est. Nescio quomodo, inquit, pro eo quod est, rationem ignoro. A patribus enim, inquit, traditum est, vt minori tempore quàm adulterio pœna sacrilegio decernatur. In omni autẽ peccato oportet ante omnia cõsiderare pœnitentis, & eius cui medela applicatur affectionem, & non omnia pœnæ spacio adscribere tanquam quod ad purgationem sufficiat. Quãtumcunque enim tempus præterierit, nihil iuuabit ad curationem.

Ἡ δὲ ἱεροσυλία παρὰ μὲν τῇ ἀρχαίᾳ γραφῇ οὐδὲν ἐνομίσθη τῆς φονικῆς κατακρίσεως ἀνεκτότερα. ὁμοίως γὰρ ὅ, τε ἐπὶ φόνῳ ἁλούς, καὶ ὁ τὰ ἀνατεθειμένα τῷ θεῷ ἀφελόμενος τὴν διὰ τῶν λίθων τιμωρείαν ὑπεῖχεν· ἐπὶ δὲ τῆς ἐκκλησιαστικῆς συνηθείας οὐκ οἶδα ὅπως συγκαταβασίς τις ἐγένετο, καὶ παραφορά, ὥστε ἀνεκτότερον νομισθῆναι τὸ τῆς τοιαύτης νόσου καθάρσιον. ἐν ἐλάττονι γὰρ χρόνῳ παρὰ τὴν μοιχείαν τοῖς τοιούτοις τὸ ἐπιτίμιον διεδέξατο ἡ τῶν πατέρων παράδοσις· πανταχοῦ δὲ ἐν πλημμελήματος εἴδει καθορᾷν τοῦτο προσήκει, πρὸ πάντων οἵα ἐστὶν ἡ τοῦ θεραπευομένου διάθεσις. καὶ μὴ τὸν χρόνον οἴεσθαι πρὸς θεραπείαν ἀρκεῖν. τίς γὰρ ἂν ἴασις ἐκ τοῦ χρόνου γένοιτο; ἀλλὰ τὴν προαίρεσιν τοῦ ἑαυτὸν δι' ἐπιστροφῆς θεραπεύοντος. Ταῦτά σοι ὦ ἄνθρωπε τοῦ θεοῦ κατὰ πολλὴν σπουδὴν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ἐπιτάγμασι πείθεται κατὰ σπουδὴν ἀπεστάλκαμεν, σὺ δὲ τὰς συνήθεις ὑπὲρ ἡμῶν εὐχὰς τῷ θεῷ προσάγων μὴ διαλείπῃς· χρεωστεῖς γὰρ ὡς εὐγνώμων υἱὸς τῷ κατὰ θεόν σε γεννήσαντι τὴν διὰ τῶν προσευχῶν γηροκομίαν, κατὰ τὴν ἐντολὴν τὴν κελεύουσαν τιμᾷν τοὺς γονέας, ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ ἔσῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς, δῆλον δὲ ὅτι ὡς ξύμβολον ἱερατικὸν δέξῃ τὸ γράμμα. καὶ οὐκ ἀτιμάσεις τὸ ξένιον κἂν μικρότερον τῆς σῆς μεγαλοφυΐας ᾖ.

Ἑρμηνεία.

Εἰπὼν περὶ κλοπῆς καὶ τυμβωρυχίας, νῦν καὶ περὶ ἱεροσυλίας διδάσκει, καὶ φησὶν ὅτι ἡ μὲν παλαιὰ γραφὴ ἐπίσης τὸν φονέα καὶ τὸν κλέψαντα τὰ τῷ θεῷ ἀνατεθειμένα, ἐκόλασε, λίθοις αὐτοὺς ἀναιρεῖσθαι διαταξαμένη. ὅπερ ἐπὶ τοῦ Ἀχαζ ἐγένετο, ὑφελομένου ἐκ τῶν τῆς Ἱεριχοῦς λαφύρων, ἃ πάντα τῷ θεῷ ἀνετέθησαν, χρυσόν τε καὶ ἔφασμα. λίθοις γὰρ βληθεὶς παντελῶς ἐξωλοθρεύθη. ἡ δὲ ἐκκλησία, οὐχ ὁμοίως ἐπιτιμᾷ τῷ φονεῖ καὶ τῷ ἱεροσύλῳ. ἀλλὰ συγκαταβατικώτερον διετέθη πρὸς τὸν ἱερόσυλον. οὐκ οἶδα, πῶς, φησίν, αἰτίαν τοῦ τοιούτου λόγου ἀγνοῶ. παραδέδοται γάρ φησι παρὰ τῶν πατέρων, ἥττονι χρόνῳ παρὰ τὴν μοιχείαν, τὸ ἐπιτίμιον τῇ ἱεροσυλίᾳ ὁρίζεσθαι. ἐν πάσῃ δὲ ἁμαρτίᾳ δεῖ πρὸ πάντων σκοπεῖν τὴν τοῦ μετανοοῦντος καὶ θεραπευομένου διάθεσιν καὶ μὴ τῷ χρόνῳ τοῦ ἐπιτιμίου ἀνατιθέναι τὸ πᾶν ὡς ἀρκοῦντι πρὸς κάθαρσιν. ὁ γὰρ χρόνος ὅσος ἂν παρέλθῃ, οὐδὲν ὠφελήσει πρὸς ἴασιν,

ἀλλὰ τὴν προαίρεσιν δεῖ σκοπεῖν τοῦ μετανοοῦντος, καὶ τὴν ἐπὶ τῇ μετανοίᾳ σπουδήν, ὥστε εἰ μὲν προσήκουσαν τῷ ἁμαρτήματι καὶ ἀνάλογον ἐνδείκνυται τὴν μετάνοιαν, συντέμνειν τὸν τοῦ ἐπιτιμίου καιρόν. εἰ δὲ ἀμελῶς διάκειται καὶ ἀμελέστερον διατίθεται, καὶ προστιθέναι τὸν καιρὸν τοῦ ἐπιτιμίου, ἠπόρηται δέ μοι πῶς ὁ ἅγιος οὗτος τὸ τῆς πλεονεξίας πάθος ἀθεράπευτον ἔφη παρὰ τῶν πατέρων καταλειφθῆναι. καὶ ταῦτα τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ θαυματουργοῦ ἐν τῷ τρίτῳ τῶν αὐτοῦ κανόνων ταῦτα λέγοντος, δεινὴ ἡ πλεονεξία, καὶ οὐκ ἔστι δι᾽ ἐπιστολῆς παραθέσθαι τὰ θεῖα γράμματα, ἐν οἷς οὐ τὸ ληστεύειν μόνον φευκτὸν καὶ φρικῶδες καταγγέλλεται, ἀλλὰ καθόλου τὸ πλεονεκτεῖν καὶ τὸ ἀλλοτρίων ἐφάπτεσθαι ἐπὶ αἰσχροκερδείᾳ. καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος ἐκκήρυκτος ἐκκλησίας θεοῦ. πῶς οὖν ἀθεράπευτον παρεωράθη τὸ ἐκκήρυκτον ἐκκλησίας θεοῦ ποιεῖν κεκριμένον. ὅτι δὲ ἐκράτει ὁ κανὼν οὗτος τοῦ θαυματουργοῦ, δῆλον ἀπὸ τῆς πρὸς Μηνᾶν ἐπίσκοπον ἐπιστολῆς Θεοφίλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας γράψαντος νόμιμον πρᾶγμα πεποιηκέναι, τοὺς χωρίσαντας τῆς συνάξεως τὴν ἀδικοῦσαν γυναῖκα, καὶ μὴ βουλομένην ἀναστεῖλαι τὴν ἀδικίαν.

Sed oportet pœnitentis animum, & institutũ considerare, eiúsque in pœnitentia studium, vt si peccato quidem conuenientem & correspondentem pœnitentiam ostenderit, contrahat pœnæ tempus: sin autem remisse & negligentius, pœnæ quoque tempus augeat. A me autem dubitatum est, quomodo sanctus hic auaritiæ vitiũ dicit à patribus sine vlla esse medicina relictum, cum Gregorius Thaumaturgus hoc in tertio suo canone dicat: Grauis est res auaritia, nec possunt vna epistola exponi, quæ à diuina scriptura dicta sunt, in quibus non solum latrocinari fugiendum, & horrendum annunciatur, sed omnino auarum esse & aliena desiderare propter turpe lucrum, & quisquis est eiusmodi, à dei ecclesia abdicatur. Quomodo ergo sine medela relictum est, quod à dei ecclesia abdicatum facere iudicatum est? Quod autem obseruatus sit hic canon Thaumaturgi, clarum est ex epistola ad Mænam episcopũ Theophili Archiepiscopi Alexandrini, qui scripsit eos rem fecisse legitimam qui à communione separauerunt mulierem facientem iniuriam, nec volentem ab iniura abstinere.

ΕΡΩΤΗΣΕΙΣ ΚΑΝΟΝΙΚΑΙ

Τιμοθέου τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, ἑνὸς τῶν ρν΄. πατέρων τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει συναθροισθέντων, πρὸς τὰς προσενεχθείσας αὐτῷ ἐρωτήσεις περὶ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν.

Ἐρώτησις.

ΕΑΝ παιδίον κατηχούμενον ὡς ἐτῶν ἑπτὰ ἢ ἄνθρωπος τέλειος εὐκαιρήσῃ που προσφορᾶς γινομένης, καὶ ἀγνοῶν μεταλάβῃ, τί ὀφείλει γίνεσθαι περὶ αὐτοῦ;

Ἀπόκρισις.

Φωτισθῆναι ὀφείλει· παρὰ θεοῦ γὰρ κέκληται.

Ἑρμηνεία.

Ἠρωτήθη ὁ πατὴρ οὗτος, ὅτι ἐὰν παιδίον ἢ καὶ ἀνὴρ τέλειος ἐν κατηχουμένοις τεταγμένος, καὶ μήπω τοῦ ἁγίου τυχὼν βαπτίσματος, προσφορᾶς γινομένης, ἤτοι θυσίας μυστικῆς προσαγομένης, εὐκαιρήσῃ, ἀντὶ τοῦ καιροῦ τύχῃ ἐπιτηδείου καὶ μεταλάβῃ τῶν ἁγιασμάτων ἀγνοῶν ὅτι οὐ δεῖ αὐτὸν μεταλαβεῖν πρὸ τοῦ βαπτίσματος,

RESPONSA CANONICA

TIMOTHEI SANCTISSIMI ALEXANDRINI EPISCOPI, qui fuit vnus ex cl. patribus qui Constantinopoli conuenerunt.

INTERROGATIO.

SI puellus catechumenus, vt pote annorum septem, vel homo etiam perfectus dum fieret oblatio opportune adfuerit, eiusque nescius particeps factus sit, quid debet de eo fieri?

Resp. Debet illuminari: à deo enim vocatus est.

SCH. BALS. Interrogatus est hic pater, an si puellus vel etiam vir perfectus in ordine catechumenorũ collocatus, & sanctum baptismum nondum assecutus, opportunè adfuerit & sacramentorum particeps factus fuerit, ignorans se non debere participare antequam sit baptizatus

non tamen ea improbe contemnens, A quid debet fieri? & respondit eum baptizari debere. Quia enim nō malitiose ad sanctorum donorum communionem accessit, & opportunitate vsus est ab aliquo non prohibitus forte ignorantibus, qui aderant fidelibus, & ipso etiam qui communionem impertiit, eum esse catechumenum, videtur à deo esse vocatus, & quod sanctus Apostolus Petrus dixit de Cornelio, & iis qui circa eum erant, quo tempore cum essent catechumeni, spiritus sanctus in eos cecidit, & loquebātur linguis, & deum B glorificabant, vt in Actuum libro scriptum est. Nunquid aquam prohibuerit quispiam quo minus ij baptizentur, qui sanctum spiritum sicut nos acceperunt? hoc propemodum etiam dixit Timotheus, quod à deo vocatus, & sacramentis dignus existimatus debet illuminari.

INTERROGATIO.

Si catechumenus à dæmone corripiatur, & voluerit ipse vel sui vt sanctum baptis- C mum accipiat, debét ne accipere an non, & maximè si morti propinquus fuerit?

Resp. Si is qui à dæmone corripitur, non fuerit ab immundo spiritu mundatus, non potest sanctum baptismum accipere, sed in exitu à vita baptizatur.

SCHOL. BALS. Quià dæmone corripitur, videtur esse dæmonis habitaculum. Iudicatur enim quòd nisi immundus spiritus inuenisset hominem dignum suum habitaculum in eo non habitasset. Qui autem baptizatur, per baptismum sancti spiritus gratiam in se cohabitantem suscipit. D Quomodo ergo fieri poterit vt idem simul duo in se contraria suscipiat? & ideo catechumenum & à vexante eum dæmone non liberatum iudicauit pater non esse dignum sancto baptismate. Si autem moriatur, inquit, baptizabitur, ne gratiæ baptismi expers, à vita excedens, hoc viatico priuetur, & non signatus recedat.

INTERROGATIO.

Si quis cum sit fidelis à dæmone corripiatur debét ne esse sanctorum mysteriorum particeps an non?

ἀλλ' οὐχὶ καταφρονητικῶς διατιθέμενος. τί ὀφείλει γενέσθαι; καὶ ἀπεκρίθη ὅτι βαπτισθῆναι ὀφείλει. ἐπεὶ γὰρ ἀπονήρως προσῆλθε τῇ κοινωνίᾳ τῶν ἁγίων δώρων καὶ εὐκαιρίας ἔτυχε μὴ κωλυθεὶς ὑπό τινος, ἀγνοησάντων ἴσως τῶν παρόντων πιστῶν, καὶ αὐτοῦ τοῦ μεταδιδόντος ὅτι κατηχούμενός ἐστι, δοκεῖ παρὰ τοῦ θεοῦ προσκληθῆναι. καὶ ὅπερ ὁ ἅγιος ἀπόστολος Πέτρος ἔφη περὶ τοῦ Κορνηλίου καὶ τῶν περὶ αὐτὸν, ὅτε κατηχουμένων ἐκείνων ἔπεσεν αὐτοῖς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἐλάλουν γλώτταις, καὶ ἐμεγάλυνον τὸν θεὸν, ὡς ἐν τῇ βίβλῳ τῶν πράξεων γέγραπται, μή τι τὸ ὕδωρ κωλῦσαι δύναταί τις τοῦ μὴ βαπτισθῆναι τούτους, οἳ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔλαβον ὡς καὶ ἡμεῖς. τοῦτο μονονουχὶ καὶ ὁ Τιμόθεος εἶπεν, ὅτι παρὰ θεοῦ κληθεὶς καὶ ἄξιος νομισθεὶς τῶν ἁγιασμάτων, φωτισθῆναι ὀφείλει.

Ερώτησις.

Εἀν δαιμονιζόμενος κατηχούμενος ᾖ, καὶ θελήσῃ αὐτὸς ἢ οἱ ἴδιοι αὐτοῦ ἵνα λάβῃ τὸ ἅγιον βάπτισμα, ὀφείλει λαβεῖν ἢ οὔ, καὶ μάλιστα ἐὰν περὶ τὸν θάνατον ἐστίν;

Απόκρισις.

Εἀν ὁ δαιμονιζόμενος μὴ καθαρισθῇ ἀπὸ τοῦ ἀκαθάρτου πνεύματος, οὐ δύναται λαβεῖν τὸ ἅγιον βάπτισμα. περὶ δὲ τὴν ἔξοδον, βαπτίζεται.

Ερμηνεία.

Ο δαιμονιζόμενος εἶναι δοκεῖ οἰκητήριον δαίμονος. κρίνεται τοίνυν ὡς εἰ μὴ ἄξιον αὐτοῦ τὸν ἄνθρωπον εὗρε τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα κατοικητήριον, οὐκ ἂν ᾤκησεν ἐν αὐτῷ. ὁ δὲ βαπτιζόμενος, διὰ τοῦ βαπτίσματος, τὴν χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματος δέχεται ἐνοικοῦσαν αὐτῷ. πῶς οὖν ἐν ταυτῷ δυνατόν ἐστι τὸν αὐτὸν δύο ἐναντίων δεκτικὸν γενέσθαι. διὰ τοῦτο τὸν κατηχούμενον καὶ μὴ ἀπαλλαγέντα τοῦ ἐνοχλοῦντος αὐτῆς δαίμονος, οὐκ ἔκρινεν ὁ πατὴρ τοῦ θείου βαπτίσματος ἄξιον. Εἰ δὲ καὶ τελευτᾷ, φησὶ, βαπτισθήσεται, ἵνα μὴ ἀμέτοχος τῆς χάριτος τοῦ βαπτίσματος, τοῦ βίου ἐξελθὼν, στερηθῇ τοιούτου ἐφοδίου, καὶ ἀσήμαντος ἀπέλθῃ.

Ερώτησις.

Εἀν πιστός τις ὢν δαιμονίζεται, ὀφείλει μεταλαβεῖν τῶν ἁγίων μυστηρίων, ἢ οὔ;

Ἀπόκρισις.

Ἐὰν μὴ ἐξαγορεύῃ τὸ μυστήριον, μήτε ἄλλως πως βλασφημῇ, μεταλαμβανέτω. μὴ μέντοι καθ' ἑκάστην. ἀρκεῖ γὰρ αὐτῷ κατὰ καιροὺς μόνον.

Ἑρμηνεία.

Ὁ Ἰούδας ἐξαγορεῦσαι λέγεται τὸ μυστήριον, ὡς ἃ ἐδιδάχθη παρὰ κυρίου ἐκκαλύψας τοῖς Ἰουδαίοις, οἷα διαπιστῶν αὐτοῖς, καὶ μηδὲ τῷ ταῦτα διδάσκοντι ὡς θεῷ προσέχων, ἀλλ' ὡς ἀνθρώπῳ ψιλῷ. ὁ δὲ δαιμονιζόμενος, εἰ μὲν διόλου μαίνεται, οὔτε τῶν ἁγιασμάτων ἀξιωθήσεται, οὔτε τὸ μυστήριον ἐξαγορεύων καὶ βλασφημῶν, κατακριθήσεται, ὡς μὴ εἰδὼς ὃ ποιεῖ. Εἰ δὲ διαλείμματα ἔχει καὶ ἐν τῷ καιρῷ, ᾧ σωφρονεῖ διασύρει τὸ μυστήριον καὶ βλασφημεῖ, οὐ μόνον τῶν ἁγιασμάτων οὐ μεθέξει, ἀλλ' οὐδὲ πιστοῖς συνεύξεται ἢ συναριθμηθήσεται· ὥστε ὁ θεῖος οὗτος πατὴρ περὶ δαιμονιζομένου καὶ διαλείμματα ἔχοντος λέγει. ἐὰν οὖν ὅτε οὐκ ἐνεργεῖται ὑπὸ τοῦ δαίμονος, οὐδὲν κατὰ τῆς πίστεως λέγῃ, μεταλήψεται τῶν ἁγιασμάτων.

Ἐρώτησις.

Ἐάν τις κατηχούμενος ὢν ἀσθενὴς γένηται ἐκ φρενός, καὶ μὴ δύνηται ἑαυτὸς ὁμολογῆσαι τὴν πίστιν, καὶ παρακαλῶσιν οἱ ἴδιοι αὐτοῦ, ἵνα λάβῃ τὸ ἅγιον βάπτισμα, ἕως ζῇ, ὀφείλει λαβεῖν, ἢ οὔ;

Ἀπόκρισις.

Ὀφείλει λαβεῖν ἐὰν μὴ ὑπὸ πνεύματος ἀκαθάρτου πειράζηται.

Ἑρμηνεία.

Ἡ ἐρώτησις ἦν περὶ κατηχουμένου καὶ ἐκ νόσου ἔξω φρενῶν γινομένου, ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτὸν ἐρωτώμενον τὰς ἐν τῷ βαπτίσματι ἀποκρίσεις ἀποκρίνεσθαι, εἰ δεῖ τοῦτον βαπτίζεσθαι; ἡ δὲ ἀπόκρισις, ὅτι δεῖ βαπτίζεσθαι αὐτὸν καὶ οὕτως ἔχοντα, καὶ εἰκότως. ἐπεὶ γὰρ κατηχούμενος ἦν ἔδειξε προαίρεσιν ὅτι ἀσπάζεται τὴν πίστιν, καὶ κἂν μὴ ἐν τῷ βαπτίσματι ἀποκρίνηται, ἔφθασε δεῖξαι τὴν οἰκείαν προαίρεσιν. Εἰ δὲ ὑπὸ πνεύματος ἀκαθάρτου πειράζεται, οὐ βαπτισθήσεται φησίν, ἀλλὰ γενήσεται αὐτῷ, καθὼς ἄνωθεν εἴρηται.

A *Responsio. Si mysterium non enunciet, nec vllo alio modo blasphemet, sit particeps. Sed non singulis diebus. sufficit enim si statis solum temporibus.*

SCHOL. BALSAM. Iudas dicitur mysterium enunciasse, vt qui quæ à domino doctus est Iudæis reuelauerit, vt qui eis non fideret, & non ei qui illa docebat tanquam deo mentem adhiberet, sed vt communi homini. Qui autem à dæmone corripitur si perpe- B tuo quidem furit, nec sacramentis dignus habebitur, nec vt qui mysterium enunciet & blasphemet condemnabitur, vt qui nesciat quid agat. Sinautem habet interualla, & in tempore quo est sanæ mentis in mysterium inuehitur, & blasphemat, non solum non erit sacramentorum particeps, sed nec cum fidelibus deprecabitur, vel connumerabitur. Quare diuinus hic pater dicit de dæmoniaco qui habet interualla. Si ergo quando à dæmone non agitatur nihil dicit aduersus fidem, erit sacra- C mentorum particeps.

INTERROGATIO.

Si quis catechumenus cum esset infirmus, emotæ mentis factus sit, nec possit sibi fidem confiteri, suique suadeant vt donec viuit sanctum baptismum accipiat, debétne sanctum baptismum accipere an non?

Respon. Debet accipere si non ab immundo spiritu tentetur.

SCHOL. BALSAM. Interrogatio erat de catechumeno, qui propter morbum emotæ mentis D erat, vt non posset interrogatus quæ in baptismo respondentur, an eum baptizare oporteat? Respōsio autem est, quòd oportet eũ qui ita se habet baptizari, & merito, quia quod est catechumenus videtur eo se esse animo ostendisse vt fidem amplectatur, & quanuis in baptismate non respondeat, prius tamen animi sui institutũ ostendit. Sinautē ab immundo spiritu tentatur, non baptizabitur, inquit, sed fiet ei sicut superius dictum est.

INTERROGATIO.

Si uxor cum suo marito noctu cohabitarit, vel maritus cum uxore, ut fiat synaxis, debént ne communicare, an non?

Resp. Non debent, cum clamet Apostolus, Ne frustremini vos inuicem, nisi ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi, & rursus simul conueniatis, ne tentet vos satanas propter intemperantiam vestram.

SCHOL. BALSAM. De iis qui legitimè cohabitant est interrogatio, an debent nocte illa simul congressi esse sacramentorum participes? Responsio est, quod non debent, & ad dicti sui confirmationem magni Pauli verbis usus est.

INTERROGATIO.

Si mulier catechumena dedit nomen suum ut illuminaretur, & die baptismatis illi accidit, quod solet mulieribus, debét ne eo die baptizari, an differre, & quantum differre?

Resp. Debet differre donec purgata fuerit.

Si mulier sibi accidisse viderit, quod solet mulieribus, debét ne ad sancta mysteria accedere, an non?

Resp. Non.

SCHOL. BALS. Qui diuino baptismate digni erant habendi, describebantur ab iis qui munus ecclesiasticum exercebant: si ergo, inquit, descripta mulier tanquam baptizanda, in fluxum menstruorum inciderit, quando debet baptizari? Hic autem diuinus pater respondit, quòd quando purgata fuerit. Donec enim præstituti dies præterierint, impura esse iudicabitur, & nec baptizabitur, nec diuinis mysteriis digna habebitur.

INTERROGATIO.

Ieiuniũ quadragesimæ.

Mulier si pepererit, debét ne ieiunare Pascha, vel vinum non bibere, an à ieiunio absoluitur, & vinum bibere permittitur eo quod pepererit?

Resp. Excogitatum est ieiunium ut corpus humile reddatur. Si ergo corpus in humilitate, & imbecillitate versatur, debet cibi & potus quantum potest esse particeps.

Ἐρώτησις.

Ἐὰν γυνὴ συγγένηται μετὰ ἀνδρὸς αὐτῆς τὴν νύκτα, ἢ ἀνὴρ μετὰ γυναικὸς, καὶ γένηται μίξις, ὀφείλουσι μεταλαβεῖν, ἢ οὔ;

Ἀπόκρισις.

Οὐκ ὀφείλουσι, τοῦ ἀποστόλου βοῶντος, μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν, ἵνα σχολάσητε τῇ προσευχῇ, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχεσθε, ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ σατανᾶς διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν.

Ἑρμηνεία.

Περὶ τῶν ἐννόμως συνοικαζομένων ἡ ἐρώτησις, εἰ ὀφείλουσι μεταλαβεῖν κατὰ τὴν νύκτα ἐκείνην συνελθόντες ἀλλήλοις. ἡ δὲ ἀπόκρισις, ὅτι οὐκ ὀφείλουσι. καὶ εἰς σύστασιν τοῦ οἰκείου λόγου, τοῖς ῥήμασιν ἐχρήσατο τοῦ μεγάλου Παύλου.

Ἐρώτησις.

Ἐὰν γυνὴ κατηχουμένη δέδωκε τὸ ὄνομα αὐτῆς, ἵνα φωτισθῇ, καὶ περὶ τὴν ἡμέραν τοῦ βαπτίσματος γέγονεν αὐτῇ τὸ κατ' ἔθος τῶν γυναικῶν, ὀφείλει φωτισθῆναι αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, καὶ ὑπερτίθεσθαι, καὶ πόσον ὑπερτίθεσθαι.

Ἀπόκρισις.

Ὑπερτίθεσθαι ὀφείλει ἕως οὗ καθαρισθῇ.

Ἐρώτησις.

Ἐὰν γυνὴ ἴδῃ τὸ κατ' ἔθος τῶν γυναικείων αὐτῆς, ὀφείλει προσέρχεσθαι τοῖς μυστηρίοις αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, ἢ οὔ;

Ἀπόκρισις.

Οὐκ ὀφείλει, ἕως οὗ καθαρισθῇ.

Ἑρμηνεία.

Οἱ μέλλοντες καταξιοῦσθαι τοῦ θείου βαπτίσματος, ἀπεγράφοντο παρὰ τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐνεργούντων. ἐὰν οὖν γυνὴ, φησὶν, ἀπογραφεῖσα ὡς μέλλουσα βαπτισθῆναι γένηται ἐν ῥύσει τῶν ἐμμηνίων, πότε δεῖ αὐτὴν φωτισθῆναι; καὶ ἀπεκρίθη πρὸς τοῦτο ὁ θεῖος οὗτος πατὴρ, ὅτι ὅτε καθαρθῇ. ἕως γὰρ αἱ νενομισμέναι παρέλθωσιν ἡμέραι, ἐν ἀκαθαρσίᾳ κρίνεται εἶναι, καὶ οὔτε βαπτισθήσεται, οὔτε τῶν θείων μυστηρίων ἀξιωθήσεται.

Ἐρώτησις.

Γυνὴ ἐὰν γεννήσῃ, τὸ Πάσχα ὀφείλει νηστεῦσαι καὶ μὴ πιεῖν οἶνον, ἢ ἀπολύεται τῆς νηστείας καὶ τοῦ μὴ πιεῖν οἶνον διὰ τὸ γεννῆσαι;

Ἀπόκρισις.

Ἡ νηστεία ἐπενοήθη διὰ τὸ τὸ σῶμα ταπεινῶσαι. εἰ οὖν τὸ σῶμα ἐν ταπεινώσει ἐστὶ καὶ ἀσθενείᾳ, ὀφείλει καταλαβεῖν καθὼς βούλεται καὶ δύναται βαστάσαι τροφῆς καὶ ποτοῦ.

Ἑρμηνεία.

Ἠρωτήθη, εἰ ὀφείλει γυνὴ τεκοῦσα κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν τοῦ Πάσχα, πιεῖν οἶνον, καὶ τῆς νηστείας λυθῆναι. καὶ ἀπεκρίθη, ὅτι ἡ νηστεία, διὰ ταπείνωσιν τοῦ σώματος ὡρίσθη. ἐὰν δὲ τὸ σῶμα τεταπεινωμένον καὶ ἀσθενὲς ᾖ, ἄλλοθεν οὐ δεῖται τῆς ἐκ τῆς νηστείας παιδαγωγίας, ἀλλὰ μᾶλλον συστάσεως χρῄζει καὶ ἀνακτήσεως. ὀφείλει οὖν ἡ τεκοῦσα κατὰ τὸ Πάσχα, ἤγουν ἐν τῇ διὰ τὸ Πάσχα γινομένῃ νηστείᾳ, καὶ οἴνῳ χρήσασθαι καὶ βρώματι.

Ἐρώτησις.

Εἰ ὀφείλει κληρικὸς εὔχεσθαι παρόντων Ἀρειανῶν, ἢ ἄλλων αἱρετικῶν. εἰ οὐδὲν αὐτὸν βλάπτει ὅταν αὐτὸς ποιῇ τὴν εὐχὴν ἤγουν τὴν προσφοράν;

Ἀπόκρισις.

Ἐν τῇ θείᾳ ἀναφορᾷ ὁ διάκονος προσφωνεῖ πρὸ τοῦ ἀσπασμοῦ, οἱ ἀκοινώνητοι περιπατήσατε. οὐκ ὀφείλουσιν οὖν παρεῖναι εἰ μὴ ἂν ἐπαγγέλωνται μετάνοιαν καὶ ἐκφεύγειν τὴν αἵρεσιν.

Ἑρμηνεία.

Ἡ ἐρώτησις περὶ κληρικοῦ, εἰ ὀφείλει εὔχεσθαι παρόντων αἱρετικῶν, ἤγουν προσφέρειν τὴν ἀναίμακτον θυσίαν. καὶ ἀπεκρίθη, ὅτι μέλλουσι προσάγεσθαι τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ τὰ ἅγια, λέγεται τοῖς ἀμυήτοις, οἱ ἀκοινώνητοι περιπατήσατε, ἤγουν οἱ κατηχούμενοι προσέλθετε. εἰ οὖν οἱ κατηχούμενοι οὐκ ἐῶνται παρεῖναι τελουμένης τῆς θυσίας, πῶς αἱρετικοὶ ἐαθήσονται; εἰ μήπου ἐπαγγέλωνται, φησί, μετάνοιαν καὶ ἀφίστασθαι τῆς αἱρέσεως. καὶ τότε δὲ οἶμαι, οὐκ ἐντὸς τοῦ ναοῦ παραχωρηθήσονται εἶναι, ἀλλ' ἔξω μετὰ τῶν κατηχουμένων· ὡς εἰ μὴ ἐπαγγέλλωνται ἀφίστασθαι τῆς αἱρέσεως, οὐδὲ τοῖς κατηχουμένοις συστήσονται, ἀλλ' ἐκδιωχθήσονται.

Ἐρώτησις.

Ἐάν τις ᾖ ἀσθενῶν καὶ ἐκτακεὶς πάνυ ἀπὸ τῆς πολλῆς ἀσθενείας, καὶ ἔλθῃ τὸ ἅγιον Πάσχα, πάντως ὀφείλει νηστεῦσαι, ἢ ἀπολύει αὐτὸν ὁ κληρικὸς λαμβάνειν οὗ δύναται, ἢ καὶ ἔλαιον καὶ οἶνον, διὰ τὴν πολλὴν αὐτοῦ ἀσθένειαν;

Ἀπόκρισις.

Ἀπολύεσθαι ὀφείλει μεταλαμβάνειν καὶ τῆς τροφῆς καὶ τοῦ ποτοῦ ὁ ἀσθενῶν πρὸς ὃ δύναται βαστάσαι. τὸ γὰρ μεταλαμβάνειν ἐλαίου τὸν ἅπαξ ἐκτακέντα, δίκαιόν ἐστιν.

SCHOL. BALS. Interrogatus est sanctus an debet mulier quæ peperit in Paschæ quadragesima bibere vinum, & à ieiunio absolui, & respondit quod ieiunium ad corpus humiliandum decretum est. Quòd si corpus humiliatum fuerit, imbecillúmque euaserit, non aliunde ieiunij disciplina indiget, sed confirmatione potius, & recreatione opus habet. Debet ergo quæ peperit in paschate, hoc est in ieiunio quod fit propter pascha vti & vino, & cibo.

INTERROGATIO.

An debet clericus, præsentibus Arrianis, vel aliis hæreticis, orare, & an eum lædit quando facit orationem, seu oblationem?

Resp. In diuina oblatione diaconus ante salutationem loquitur, Qui non communicatis, ambulate. Non debent ergo interesse nisi profiteantur se pœnitentiam acturos, & hæresin vitaturos.

SCHOL. BALS. Interrogatio de clerico facta est, an debet præsẽtibus hæreticis orare, aut incruentum sacrificium offerre: & respondit, quòd quando ad sacram mensam sancta offerenda sunt, dicitur prophanis, qui non communicatis ambulate, hoc est catechumeni exite. Si ergo catechumeni non sinuntur dum fit sacrificium, quomodo sinentur hæretici? Nisi se, inquit, pœnitentiam acturos confiteantur, & ab hæresi cessaturos, & tunc quoque, vt existimo, intra templum esse non sinentur, sed foris cum catechumenis. Quòd si se ab heresi abstenturos non profiteantur, nec cum catechumenis quidem consistent, sed expellentur.

INTERROGATIO.

Si quis sit ægrotus, & ex vi morbi valde liquefactus, & attenuatus, & sanctum pascha venerit, debét ne omnino ieiunare, an eum absoluit clericus vt accipiat quod potest vel etiam oleum, & vinum?

Resp. Absolui debet ægrotus vt cibum, & potum capiat quantum ferre potest. Eum enim qui semel colliquefactus est, esse olei participem æquum est.

SCHOL. BALSAM. De eo qui A ægrotat, & morbo consumptus est ac liquefactus, est interrogatio, debétne in ieiunio propter pascha omnino ieiunare, hoc est inexcusabiliter, & absque vlla commiseratione, an vinum, & oleum sumere propter imbecillitatem? Responsio autem dicit, quòd is qui morbo consumptus, & exhaustus est, capere debet vinum, & oleum quantum ferre potest, perpetuo scilicet, vel in aliquibus diebus secundum iudicium eius qui eum dispensat. Nota B autem ex hoc canone & viij. quòd ieiunium quadragesimæ paschæ & aridorum esus, & à vino abstinentia. Nonnulli autem dicunt in vtrisque his canonibus ieiunium in paschate esse sanctæ passionis hebdomadam, & non omnem quadragesimam.

INTERROGATIO.

Si quis clericum vocauerit vt matrimonio coniungat, audiat autem esse illicitum matrimonium, vt pote vel amitæ coniugium, vel defunctæ vxoris esse sororem eam quæ est matrimonio coniungenda, C debéine sequi clericus, vel facere oblationem?

Responsio. Vno verbo dicite, Si audiuerit clericus illicitum matrimonium. Si ergo est illicitum matrimonium, & legibus contrarium, non debet clericus alienis peccatis communicare.

SCHOL. BALS. Oportet, inquit, clericos qui ad matrimonij mysterium celebrandum vocantur, vt orent, & sponsos coniungant, si audiuerint esse illicitum matrimonium, nec orare, nec offerre, & sic alienis pœnis communicare.

INTERROGATIO.

Si laicus qui somniauit, clericum interrogauerit an debet ei permittere communicare, an non? D

Resp. Si subest quidem mulieris desiderium, non debet. Sin autem tentat eum satanas, vt per hanc occasionem, à diuinorum mysteriorum communione alienetur, debet communicare. Neque enim cessabit illum eo tempore tentare quando debet communicare eum inuadens.

Ερμηνεία.

Περὶ νοσοῦντος καὶ ἐκτακέντος ὑπὸ τῆς νόσου, ἡ ἐρώτησις, εἰ ὀφείλει ἐν τῇ διὰ τὸ Πάσχα νηστείᾳ πάντως νηστεῦσαι, ἀντὶ τοῦ ἀπαραιτήτως, ἀσυμπαθῶς, ἢ μεταχεῖν οἴνου καὶ ἐλαίου διὰ τὴν ἀσθένειαν; ἡ δὲ ἀπόκρισις λέγει, ὅτι τὸν ἐκτακέντα ἐκ νόσου, δίκαιον καὶ οἴνου καὶ ἐλαίου μεταλαμβάνειν, ὡς δύναται ὑπομεῖναι, ἤγουν, ἢ διόλου, ἢ ἐν ἡμέραις τισὶ κατὰ τὴν κρίσιν τοῦ οἰκονομοῦντος αὐτόν. σημειωτέον οὖν ἐκ τούτου τοῦ κανόνος καὶ ἐκ τοῦ η'. ὅτι ἡ νηστεία τῆς τεσσαρακοστῆς τοῦ Πάσχα, ξηροφαγία ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ οἴνου ἀποχή. τινὲς δὲ καὶ ἐν ἀμφοῖν τοῖς κανόσι τούτοις, τὴν ἐν τῷ Πάσχα νηστείαν, τὴν τῶν ἁγίων παθῶν ἑβδομάδα λέγουσιν εἶναι, καὶ οὐ πᾶσαν τὴν τεσσαρακοστήν.

Ερώτησις.

Εἰς τὸ ζεῦξαι γάμον ἐὰν καλέσῃ τις κληρικὸν, ἀκούσῃ δὲ τὸν γάμον παράνομον, ἢ θειογαμίαν, ἤγουν ἀδελφὴν τελευτησάσης γυναικὸς τὴν μέλλουσαν ζεύγνυσθαι, εἰ ὀφείλει ἀκολουθῆσαι ὁ κληρικὸς, ἢ προσφορὰν ποιῆσαι;

Απόκρισις.

Απαξ εἴπατε, ἐὰν ἀκούσῃ ὁ κληρικὸς τὸν γάμον παράνομον. Εἰ οὖν ὁ γάμος παράνομος ἐστὶν, οὐκ ὀφείλει ὁ κληρικὸς κοινωνεῖν ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις.

Ερμηνεία.

Τοὺς κληρικοὺς δεῖ φησὶ καλουμένους εἰς τελετὴν γάμων ὥστε εὔξασθαι καὶ συζεῦξαι τοὺς νυμφευομένους, εἰ ἀκούσουσι παράνομον εἶναι τὸν γάμον, μὴ ἀπέρχεσθαι, μήτε εὔχεσθαι, μήτε προσφέρειν, καὶ οὕτω κοινωνεῖν ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις

Ερώτησις.

Εὰν ὀνειρασθεὶς ὁ λαϊκὸς ἐρωτήσῃ κληρικὸν εἰ ὀφείλει ἐπιτρέψαι αὐτῷ κοινωνῆσαι, ἢ οὔ;

Απόκρισις.

Εἰ μὲν ὑπόκειται ἐπιθυμία γυναικὸς, οὐκ ὀφείλει, εἰ δὲ ὁ σατανᾶς πειράζει αὐτὸν, ἵνα διὰ τῆς προφάσεως ταύτης ἀλλοτριῶται τῆς κοινωνίας τῶν θείων μυστηρίων, ὀφείλει κοινωνῆσαι. ἐπεὶ οὐ παύσεται ὁ πειράζων κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ὅτε ὀφείλει κοινωνεῖν ἐπιτιθέμενος αὐτῷ.

Ἑρμηνεία.

Περὶ τῶν ἐν ὀνείροις φανταζομένων, οἷς καὶ σπέρματος ἴσως γίνεται ἐκροή, φησὶν ὁ πατὴρ οὗτος, ὅτι εἰ μὲν πρὸ τούτου προσέβαλε τῷ ὀνειρωχθέντι ἐπιθυμίας γυναικὸς λογισμὸς καὶ ἐνέμεινεν ὁ νοῦς ἐπὶ τῇ ἐπιθυμίᾳ, καὶ ἐνεφιλοχώρησε ταύτῃ, κἀντεῦθεν ἡ φαντασία, ἐπῆλθε ἡ ῥύσις τοῦ σπέρματος, οὐκ ὀφείλει μεταλαβεῖν, καὶ εἰκότως. ἡ γὰρ συγκατάθεσις ἐμόλυνε τὸν λογισμὸν τοῦ ὀνειρωχθέντος. καὶ πῶς μετὰ τοιούτου λογισμοῦ προσελεύσεται τοῖς ἁγίοις. εἰ δὲ οὐδὲν τοιοῦτον προηγήσατο, τοῦ διαβόλου φησὶν ἐστὶ πεῖρα, ἵνα οὕτως ἀποξενώσῃ αὐτὸν τῆς θείας κοινωνίας. καὶ δεῖ αὐτὸν κοινωνεῖν. εἰ γὰρ ἴδῃ ὁ πονηρὸς οὕτω κατορθούμενον τὸ μὴ μετέχειν αὐτὸν τῶν ἁγιασμάτων, οὐ παύσεται ἐπιβουλεύων τῷ ἀνθρώπῳ ὁσάκις ἂν γνῷ αὐτὸν θέλοντα μεταλαβεῖν.

Ἐρώτησις.

Τοῖς ζευγνυμένοις εἰς γάμου κοινωνίαν, περὶ ποίων ἡμερῶν τῆς ἑβδομάδος διατίθεσθαι χρὴ ἀπέχεσθαι τῆς πρὸς ἀλλήλους κοινωνίας, καὶ ποίας ἔχειν ἐπ' ἐξουσίας;

Ἀπόκρισις.

Προείρηκα καὶ νῦν λέγω, ὁ ἀπόστολος λέγει, μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν ἵνα σχολάσητε τῇ προσευχῇ. καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἦτε, ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ σατανᾶς διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν. ἐξ ἀνάγκης δὲ τὸ σάββατον καὶ τὴν κυριακὴν ἀπέχεσθαι δεῖ διὰ τὸ ἐν αὐταῖς τὴν πνευματικὴν θυσίαν ἀναφέρεσθαι τῷ κυρίῳ.

Ἐρώτησις.

Ἐάν τις μὴ ἔχων ἑαυτὸν χειρίσηται ἢ κρημνίσῃ ἑαυτόν, εἰ γίνεται προσφορά, ἢ οὔ;

Ἀπόκρισις.

Ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ διακρῖναι ὀφείλει ὁ κληρικὸς τὸ ἀληθὲς ἐκφρενὴς ὢν πεποίηκε τοῦτο. πολλάκις γὰρ οἱ διαφέροντες τῷ πεπονθότι, θέλοντες τυχεῖν τῆς προσφορᾶς καὶ τῆς ὑπὲρ αὐτοῦ εὐχῆς, καταψεύδονται καὶ λέγουσιν ὅτι οὐκ εἶχεν ἑαυτόν. ἐνίοτε δὲ ἀπὸ ἐπηρείας ἀνθρώπων ἢ ἄλλως πως ἀπὸ ὀλιγωρίας πεποιηκέναι τοῦτο, οὐ χρὴ προσφορὰν ἐπάνω αὐτοῦ γίνεσθαι. αὐτοφονευτὴς γὰρ ἑαυτοῦ ἐστι. δεῖ οὖν πάντως τὸν κληρικὸν μετὰ ἀκριβείας ἐρευνῆσαι, ἵνα μὴ ὑπὸ κρίμα πέσῃ.

A SCHOL. BALS. De iis quibus visa se in somnis offerunt, quibus etiã fit fortasse fluxus seminis, dicit hic pater quod si mulieris desiderio cogitatio antea in mentem ei venerit, & mens in desiderio perstiterit, eique assensus est, & ex eo illi visio oblata est, & fluxio seminis est consecuta, non debet communicare, & merito. Assensio enim eius qui somniauit mentem polluit, & quomodo cum hac cogitatione ad sancta accedet? Si autem nihil tale præcessit, est diaboli tentatio, vt sic eum alienet à diuina communione. Si enim sciuerit malus se B per somnium efficere ne sit sacramenti particeps, non cessabit homini insidiari quoties eum velle communicare cognouerit.

INTERROGATIO.

Iis qui matrimonij societate iunguntur, in quibúsnam septimanæ diebus proponere oportet vt à mutuo congressu abstineant, & quibúsnam potestatem habeant?

Resp. Quod ante dixi, nunc quoque dico. Dicit apostolus, Ne vos priuetis nisi forte ex consensu inuicem ad tempus, vt vacetis orationi, & rursus eodem conueniatis, ne vos tentet satanas propter intemperantiam vestram. Necessario autem sabbato, & die dominico abstinere oportet quod spirituale sa- C *crificium in eis domino offeratur.*

INTERROGATIO.

Si quis cum sui compos non esset, sibi manum attulerit, vel etiam se præcipitauerit, sit ne oblatio annon?

Responsorio. Hoc debet clericus discernere an reuera hoc fecerit cum esset emotæ mentis. sæpe enim ij qui ad eum cui hoc accidit attinent, volentes assequi oblationem, & orationem pro ipso, mentiuntur, & dicunt eum non fuisse apud se: nonnunquam autem propter insultationem hominum, vel aliquo D *alio modo per negligentiam hoc fecit, tunc autem nõ est super eum facienda oblatio, est enim sui homicida, oportet ergo clericum accuratè sciscitari, ne in iudicium incidat.*

SCH. BAL. Interrogatus sãctus an is qui nõ est sanæ mẽtis, sed emotæ, sibi mortẽ consciuerit, vel se deorsũ præcipitẽ dederit, an pro eo faciẽda sit o-

Ἑρμηνεία.

Ἐρωτηθεὶς ὡς εἰ μὴ ἔχων τις ὑγιᾶ τὸν λογισμόν, ἀλλὰ παρατραπεὶς τὰς φρένας, αὐτόχειρ γένηται ἑαυτοῦ ἢ κατακρημνίσας ὤθησε ἑαυτόν, ἐὰν χρὴ ὑπὲρ αὐτοῦ εὐχὴν γίνεσθαι,

ratio, vel oblatio, dixit quod si homo quidem reuera emotæ mentis, & nesciens quid ageret, sibi manum attulerit, vel se præcipitauerit, vel aliquo alio modo interemerit, fiet pro eo oblatio & oratio. Oportet autem eos qui ad orationem euocantur subtiliter inuestigare, nunquid vel propter animi timiditatem, vel hominum insultationem, vel aliquo alio modo prudens ac sciens quid ageret sibi manum attulit. Pro eo enim nec orare, nec offerre oportet, quoniam fuit sui homicida.

INTERROGATIO.

Si alicuius vxor spiritu corripitur vt ferreos etiam compedes, & manicas gestet, vir autem dicat, non possum continere; & velit aliam accipere, debét ne aliã accipere an nõ?

Resp. In hac re quidem adulterium intercedit, nec inuenio quid de ea re respondeam, spirituali tamen sententia non debet.

SCHOL. BALS. Interrogatio est de marito, qui habet vxorem quæ spiritu malo scilicet agitatur, & ita furit, vt etiam ferreis compedibus, manicisque ligetur, ne seipsam interficiat, vel alios lædat, cum qua ipse rem habere non potest, dicit autem se non posse continere, & vult aliam vxorem legitimè accipere. Responsio autem est se nihil posse dicere, est enim adulterium, si constante matrimonio vir aliam mulierem ducat in matrimonium. Ex nouella autem Imperatoris domini Leonis philosophi marito concessum est, mulieris, quæ perpetua insania laborat soluere matrimonium, soluto autem matrimonio, licet marito aliam vxorem introducere.

INTERROGATIO.

Si quis ieiunans vt communicet, os lauans, vel in balneo aquam bibit nolens, debét ne communicare?

Resp. Quia etiam inuenit satanas occasionem prohibendi eum à communione, frequentius hoc faciet.

INTERROGATIO.

Sermonem dei sæpe audientes, & non facientes, an sumus iudicio obnoxij?

Resp. Si non faciamus, nec nos accusare contingat, quod audientes non pareamus. Est autem pars salutis, se ipsos accusare.

ἢ προσφοράν, εἶπεν ὅτι ἐὰν ἀληθῶς ἔξω φρενῶν γενόμενος ὁ ἄνθρωπος καὶ μὴ εἰδὼς ὃ ποιεῖ, διεχειρίσατο ἑαυτὸν ἢ ἐκρήμνισεν ἢ ἄλλως διέφθειρε, γενήσεται ὑπὲρ αὐτοῦ δέησις καὶ προσφορά. δεῖ δὲ τοὺς εἰς εὐχὴν προσκαλουμένους, ἀκριβοῦσθαι περὶ τούτου μήποτε ἢ ἐκ μικροψυχίας ἢ ἐξ ἐπηρείας ἀνθρώπων ἢ ἄλλως πως ἑκὼν καὶ εἰδὼς ὃ ποιεῖ, διεχειρίσατο ἑαυτόν. ὑπὲρ γὰρ τοῦ τοιούτου, οὐ δεῖ οὔτε εὔχεσθαι, οὔτε προσφέρειν, ὅτι αὐτοφονευτής ἐστι.

Ερώτησις.

Ἐὰν τινος γυνὴ πνευματιᾷ, ὥστε καὶ σίδηρα φορεῖν, ὁ δὲ ἀνὴρ λέγῃ ὅτι οὐ δύναμαι ἐγκρατεύεσθαι καὶ θέλω λαβεῖν ἄλλην, ὀφείλει λαβεῖν ἑτέραν, ἢ οὔ;

Απόκρισις.

Μοιχεία μεταλαβεῖ τῷ πράγματι, καὶ περὶ τούτου τί ἀποκρίνεσθαι οὐκ ἔχω ἢ ἐφευρίσκω.

Ερμηνεία.

Περὶ ἀνδρὸς ἡ ἐρώτησις ἔχοντος γυναῖκα πνευματιῶσαν, ἤγουν πνεύματι πονηρῷ συνεχομένην, ὡς καὶ σιδήροις δεσμεῖσθαι ἵνα μὴ ἑαυτὴν ἀπολέσῃ ἢ ἑτέραν, ᾗ συνελθεῖν αὐτὸν ἀδύνατον, καὶ λέγοντος σωφρονεῖν θέλοντός τε λαβεῖν γυναῖκα ἑτέραν νομίμως. ἡ δὲ ἀπόκρισις, ὅτι οὐ δύναταί τι εἰπεῖν. μοιχεία γάρ ἐστι τὸ ἔτι συνισταμένου τοῦ γάμου ἑτέραν ἀγαγέσθαι τὸν ἄνδρα γυναῖκα εἰς συμβίωσιν. ἐκ δὲ τῆς νεαρᾶς τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ φιλοσόφου, δέδοται τῷ ἀνδρὶ μαινομένης διηνεκῆ μανίαν τῆς γυναικὸς λύειν τὸν γάμον. τοῦ γάμου δὲ λυθέντος, ἔξεστι τῷ ἀνδρὶ ἑτέραν νομίμως εἰσοικίσασθαι.

Ερώτησις.

Ἐὰν νηστεύων τις ἐπὶ τῷ κοινωνῆσαι νιπτόμενος τὸ στόμα ἢ ἐν τῷ βαλανείῳ κατέπιεν ὕδωρ μὴ θέλων, ὀφείλει κοινωνῆσαι.

Απόκρισις.

Ἐπεὶ εὗρεν ὁ σατανᾶς ἀφορμὴν τοῦ κωλύειν αὐτὸν τῆς κοινωνίας, συχνότερον τοῦτο ποιήσει.

Ερώτησις.

Συχνῶς ἀκούοντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ καὶ μὴ ποιοῦντες, ἆρα ὑπὸ κατάκρισιν ἐσμέν.

Απόκρισις.

Εἰ καὶ μὴ ποιοῦμεν, ἀλλ' οὐκ ἐνδέχεται μὴ μέμφεσθαι ἑαυτοὺς ὅτι ἀκούοντες παρακούομεν. μέρος δὲ σωτηρίας ἐστὶ καὶ τὸ μέμφεσθαι ἑαυτούς.

Ἐρώτησις.

Ἐκ ποίας ἡλικίας κρίνονται παρὰ θεοῦ τὰ ἁμαρτήματα.

Ἀπόκρισις.

Πρὸς τὴν γνῶσιν ἑκάστου καὶ τὸ φρόνημα. οἱ μὲν ἀπὸ δεκαετοῦς ἡλικίας, οἱ δὲ καὶ μείζονος.

Ἑρμηνεία.

Πρὸς τὴν γνῶσιν ἑκάστου καὶ τὸ φρόνημα ἔφη κρίνεσθαι παρὰ θεῷ τὰ ἁμαρτήματα. οἱ μὲν γὰρ ὀξυτέρας φύσεως ὄντες τῶν παίδων καὶ μᾶλλον ἐγρηγορίας, συντομώτερον διακρίνουσι τὸ καλὸν καὶ τὸ χεῖρον. οἱ δὲ νωθροτέρας τυχόντες καὶ ἀναπεπτωκυίας ἕξεως, βραδεῖς εἰσι πρὸς τὴν γνῶσιν τοῦ δέοντος. διὸ τοῖς μὲν ἀπὸ δωδεκάτου ἐνιαυτοῦ τῆς ἡλικίας αὐτῶν λογίζεσθαι εἶπε τὰ ἁμαρτήματα, τοῖς δὲ ἐκ μείζονος καὶ τελεωτέρας.

INTERROGATIO.

Ex quanam ætate à deo iudicantur peccata?

Resp. Ex vniuscuiusque cognitione, & prudentia, illi quidem à decennio, hi vero à maiori ætate.

SCHOL. BALSAM. Ex vniuscuiusque cognitione, & intelligentia dicit à deo peccata iudicari. Pueri enim qui sunt acrioris, & vigilantioris naturæ bonum & malum citius discernunt. Qui autem sunt hebetiores, tardiorisque ingenij, tardi sunt ad cognitionem eius quod fieri oportet, & ideo illis quidem dicit à Deo ab anno decimo reputari peccatum, his vero à maiori & perfectiori ætate.

ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ Ἀλεξανδρείας προσφώνησις, τῶν θεοφανίων ἐπιστάντων ἐν κυριακῇ.

ΚΑΙ τὸ ἔθος καὶ τὸ πρέπον ἡμᾶς ἀπαιτεῖ πᾶσαν κυριακὴν τιμᾶν, καὶ ἐν ταύτῃ πανηγυρίζειν, ἐπειδήπερ ἐν ταύτῃ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἡμῖν ἐχαρίσατο. διὸ καὶ ἐν ταῖς ἱεραῖς γραφαῖς, καὶ πρώτη κέκληται, ὡς ἀρχὴ ζωῆς ἡμῖν ὑπάρχουσα καὶ ὀγδόη, ἅτε ὑπερβεβηκυῖα τὸν τῶν Ἰουδαίων σαββατισμόν. ἐπεὶ οὖν συνέβη τὴν τῶν ἁγίων θεοφανίων νήστιμον ἡμέραν εἶναι, ταύτην οἰκονομήσωμεν, καὶ πρὸς ἑκατέρων ἐπιστημόνως χωρήσωμεν, ἵνα μεταλαμβάνοντες ὀλίγων φοινίκων ἐκκλίνωμεν ἅμα καὶ τὰς αἱρέσεις τὰς μὴ τιμώσας τὴν ἀναστάσιμον τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡμέραν, καὶ τὸ ὀφειλόμενον τῇ νηστίμῳ ἡμέρᾳ ἀποδῶμεν, περιμένοντες τὴν ἑσπερινὴν συνάξιν, ἥτις ἐνταῦθα, θεοῦ θέλοντος, τελεῖται. συναχθῶμεν τοίνυν ἀπὸ ὥρας ἐννάτης ἐνταῦθα.

EDICTVM THEOPHILI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, cum Theophania in die dominico instarent.

ET mos & honestas à nobis exigit vt omnem diem dominicum honoremus, eúmque celebremus, quoniã Christus dominus noster præclarum in ea suæ resurrectionis munus obiit. Et ideo in sacris scripturis ipse & primus appellatus est, vt qui sit nobis vitæ principium, & octauus, vt qui Iudæorum sabbatismum exuperauerit. Quia ergo accidit vt sanctorum Theophaniorum hic esset dies ieiunandorum, dispensemus, & ad vtrumque scientes procedamus, vt paucos dactylos sumentes, simul & hæreses vitemus, quæ domini nostri Iesu Christi resurrectionem non honorant, & diei ieiunij quod debetur reddamus, vespertinam congregationem expectantes, quæ hic deo dante peragitur. Congregamur ergo hic ab hora nona.

EIVSDEM COMMONITORIUM QUOD ACCEPIT Ammon διὰ τὴν Λυκώ propter Lyco.

DE iis qui Arianis communicauerunt, & ecclesias huc usque detinent, ut se habet consuetudo, fiat, ita tamen ut alij constituantur qui in orthodoxia testificentur, & alij permaneant: his quoque ita dispensatis, ut alij in Thebaide fecerunt orthodoxi episcopi qui ab episcopo Apolline constituti sunt, & qui communicarunt cum Arianis ecclesias habentibus, puniantur, si quidem ipsorum voluntate hoc fecerunt. Si autem proprio episcopo obedierunt, permaneant & si quod iustum est non nouerint, & si omnes quidem populi eos cum aliis reiiciant, alij ordinentur. Sin autem eos retinent cum illis quibus communicarunt, ij quoque eam consuetudinem experiantur, qua usi sunt omnes orthodoxi in Thebaide episcopi. De Biste qui in Ereba constitutus est presbyter, quærendum est, & si alicui quidem mulieri separatæ viuente marito vim attulit, non sinatur esse presbyter. Nam nec ut laicus quidem debet communicare, cum eos qui tales sunt separare consueuerit ecclesia. Hoc autem nullum affert episcopo Apollini præiudicium, si eum per ignorantiam constituit, cum sancta synodus iusserit, eos qui propter crimen indigni esse conuincuntur, expelli.

SCHOL. BALSAM. Bistes ab Apolline episcopo presbyter constitutus fuerat, est autem ea regio Ægypti sicut & Lyco. Is autem dicebatur mulieri separatæ vim attulisse viuo marito. De eo interrogatus Theophilus, inquit, Quæratur an sit verum eum mulieri vim attulisse, & si ita sit ne ei esse presbyterum permittatur. Quomodo enim fuerit is presbyter, cui nec in ecclesiam quidem permittitur ingredi, cum sit propter peccatum segregatus? Eos enim qui sunt eiusmodi, extrudit ecclesia, & separat à fidelibus. Hoc autem à Theophilo nequaquam canonicè dictum est. quandoquidem sanctorum Apostolorum XXV. canon,

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΥΠΟΜΝΗΣΤΙΚΟΝ, ὅπερ ἔλαβε Ἀμμὼν, διὰ τὴν Λυκώ.

ΠΕΡΙ τῶν κοινωνησάντων τοῖς Ἀρειανοῖς καὶ μέχρι νῦν τὰς ἐκκλησίας κατεχόντων, ὡς ἔθος γενέσθω. οὕτω μέν τοι ἑτέρους καταστῆναι μαρτυρουμένους ἐν ὀρθοδοξίᾳ, κἀκείνους αὐλίζεσθαι. οὕτως οἰκονομουμένων καὶ τούτων ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι πεποιήκασιν οἱ ἐν τῇ Θηβαΐδι ὀρθόδοξοι ἐπίσκοποι, οἱ κατασταθέντες παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ ἐπισκόπου, καὶ κοινωνήσαντες τοῖς ἔχουσι τὰς ἐκκλησίας Ἀρειανοῖς, ἐπιτιμάσθωσαν, εἴγε γνώμῃ αὐτῶν πεποιήκασι τοῦτο. Εἰ δὲ ὑπήκοοι γεγόνασι τῷ οἰκείῳ ἐπισκόπῳ αὐλιζέσθωσαν καὶ μὴ ἐπεγνωκότες τὸ εὔλογον. καὶ εἰ μὲν πάντες οἱ λαοὶ τούτους ἀποποιοῦνται μετὰ τῶν ἄλλων, ἕτεροι χειροτονείσθωσαν, εἰ δὲ ἀντιποιοῦνται αὐτῶν μετ' ἐκείνων οἷς κεκοινωνήκασι ταῦτα, καὶ οὗτοι ἀποπειράσθωσαν τῆς συνηθείας, ἣ ἐχρήσαντο οἱ ἐν Θηβαΐδι πάντες ἐπίσκοποι ὀρθόδοξοι.

Περὶ Βίστου κατασταθέντος ἐν Ἐρέβῃ πρεσβυτέρου ζητητέον. καὶ εἰ μὲν ἀποταξαμένην τινὰ ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς ἐβιάσατο, μὴ συγχωρείσθω εἶναι πρεσβύτερος, ὅπου γε οὐδὲ ὡς λαϊκὸς ὀφείλει συνάγεσθαι, τῆς ἐκκλησίας εἰωθυίας τοὺς τοιούτους χωρίζειν. οὐ φέρει δὲ τοῦτο πρόκριμα τῷ ἐπισκόπῳ Ἀπόλλωνι, εἰ ἐξ ἀγνοίας αὐτὸν κατέστησε, τῆς ἁγίας συνόδου κελευσάσης τοὺς ἀναξίους μετὰ τὴν χειροτονίαν ἐλεγχομένους ἐπὶ ἐγκλήματα ἐκβάλλεσθαι.

Ἑρμηνεία.

Ὁ Βίστος παρὰ Ἀπόλλωνος ἐπισκόπου κατέστη πρεσβύτερος ἐν Ἐρέβῃ· χώρα δὲ αὕτη Αἰγυπτίων ἐστὶν, ὥσπερ καὶ ἡ Λυκώ. ἐλέγετο δὲ περὶ ἐκείνου, ὅτι πρὸ τῆς χειροτονίας γυναῖκα ἐβιάσατο ἀποταξαμένην ζῶντος τοῦ ἀνδρός. περὶ τούτου οὖν ἐρωτηθεὶς ὁ Θεόφιλος, ἔφη ὅτι ἐρευνηθήτω, καὶ εἰ ἀληθές ἐστι τὸ βιάσασθαι αὐτὸν τὴν γυναῖκα, μὴ συγχωρείσθω εἶναι πρεσβύτερος· πῶς γὰρ εἴη πρεσβύτερος. ὃς οὐδὲ λαϊκὸς συγχωρεῖται εἰσιέναι εἰς ἐκκλησίαν, ἀφοριζόμενος διὰ τὸ ἁμάρτημα. ἐξωθεῖ γὰρ τοὺς τοιούτους ἡ ἐκκλησία καὶ χωρίζει ἀπὸ τῶν πιστῶν. τοῦτο δὲ οὐ κανονικῶς παρὰ Θεοφίλῳ εἴρηται. ὅ, τε γὰρ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κε΄. κανὼν,

καὶ ὁ

καὶ ὁ τοῦ μεγάλου Βασιλείου τρίτος καὶ ὁ λβ΄. καὶ ὁ τῆς ἐν Καρθαγένῃ κβ΄. τοὺς κληρικοὺς ἁμαρτήσαντας καὶ καθαιρεθέντας, τῆς κοινωνίας οὐκ ἀπείργουσι. τὸ δὲ χειροτονηθῆναι αὐτὸν οὐ φέρει βλάβην τῷ χειροτονήσαντι αὐτὸν ἐπισκόπῳ ἐξ ἀγνοίας τοῦ ἁμαρτήματος. ἡ γὰρ σύνοδος ὥρισε τοὺς ἐλεγχομένους ἐπὶ ἐγκλήμασι καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν, ἐκβάλλεσθαι. τοῦτο δέ, τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου πρώτης ἐστὶ κανὼν ἔννατος. τὸ δὲ ἀποταξαμένην ζῶντος τοῦ ἀνδρός, τοῦ φάκτου ἐστί, διὰ τοῦτο καὶ τό, τινά, πρόσκειται, ὥσπερ καὶ τό, ἐβιάσατο. κἂν γὰρ ἁπλῶς δήποτε συνεφθάρη γυναικὶ μὴ ἀποταξαμένῃ, καὶ οὕτως ἡ καθαίρεσις αὐτῷ ἐπήγετο, κἂν μὴ ἐβιάσατο αὐτήν.

& magni Basilij tertius & xxxij. & Carth. xxij. clericos qui peccarũt, & depositi fuerunt à communione non arcent. Quod autem ordinatus sit, id non affert damnum episcopo, qui eum peccatum ignorans, ordinauit: statuit enim synodus, vt qui peccatorum conuicti fuerunt, etiam post ordinationem eiiciantur. Id autem est primæ synodi Nicenæ can. ix. Illud autem, Separatæ viuo marito, facti est, & ideo adiectum est, Alicui, sicut, & vim attulit: licet enim simpliciter cum muliere aliqua rem habuerit, licet non separata, sic quoque in eum depositio introducta est, & si ei vim non attulerit.

Κανὼν γ΄.

Περὶ δὲ Σοὺρ ἐπειδὴ ὁ ἐπίσκοπος Ἀπόλλων διεβεβαιώσατο καὶ ἀπεσταλκέναι τοῦτον καὶ ἀλλότριον τῆς ἐκκλησίας πεποιηκέναι, ἔστω οὕτως ὡς ἀπεφήνατο ὁ ἐπίσκοπος, χρωμένου ἐκείνου ταῖς ἐκείναις δικαιολογίαις εἴγε βούλεται, καὶ μέμφεται τὴν ἀπόφασιν τοῦ ἐπισκόπου.

Ἑρμηνεία.

Κληρικὸς ἦν ὁ Σοὺρ τοῦ ἐπισκόπου Ἀπόλλωνος· ὃς ἐπίσκοπος αὐτὸν ἀπεσταλκέναι τοῦ κλήρου διεβεβαιώσατο, ἀντὶ τοῦ ἐκβεβληκέναι. ἔστω οὖν φησὶ κατὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ κρίσιν τοῦ ἐπισκόπου, τοῦ κλήρου ἀλλότριος. εἰ δὲ αἰτιᾶται τὴν τοῦ ἐπισκόπου ἀπόφασιν, χράσθω ταῖς οἰκείαις δικαιολογίαις παρὰ τῇ συνόδῳ ἐξ ἧς ἦν πάντως καὶ ὁ ἐπίσκοπος.

CANON III.

De Sur autem, quia Apollo episcopus affirmauit se & eum amandauisse, & ab ecclesia alienum fecisse, ita sit vt pronunciauit episcopus, vtente illo suis defensionibus si vult, & de episcopi sententia conqueritur.

SCHOL. BALS. Erat quidem Sur clericus episcopi Apollinis, qui episcopus se eum à clero amandasse, pro eo quod est, expulisse, affirmauit. Sit ergo secundum episcopi iudicium, quod in ipsum prolatum est, à clero alienus. Sin autem episcopi sententiam accusat, vtatur suis defensionibus, apud synodum scilicet, ex qua est etiam episcopus.

Κανὼν δ΄.

Περὶ Πανοὺφ τοῦ κατασάντος διακόνου ἐν τῇ Λυκῷ, δεῖ ζητῆσαι. καὶ εἰ μὲν εὑρεθείη ἔτι κατηχούμενος τυγχάνων, τὴν ἀδελφιδῆν ἑαυτοῦ πρὸς γάμου δεξάμενος, μετὰ δὲ τὸ βάπτισμα εἰς κλῆρον ἐνεχθεὶς, μενέτω ἐν τῷ κλήρῳ εἴγε κεκοίμηται ἐκείνη καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα οὐκ ἐκοινώνησεν αὐτῇ. εἰ δὲ πιστὸς τυγχάνων, τὴν αὐτὴν ἀδελφιδῆν ἑαυτοῦ πρὸς γάμου κοινωνίαν ἐδέξατο, ἔστω τοῦ κλήρου ἀλλότριος. οὐ γὰρ πρόκριμα τῷ ἐπισκόπῳ Ἀπόλλωνι, εἰ ἐξ ἀγνοίας κατέστησεν αὐτόν.

Ἑρμηνεία.

Ὁ Πανοὺφ ἐλέγετο πρὸ τοῦ βαπτισθῆναι, τὴν οἰκείαν ἀδελφιδῆν εἰς γυναῖκα λαβεῖν. βαπτισθεὶς δὲ κεχειροτόνητο διάκονος. λέγει οὖν ὁ Θεόφιλος, ὅτι ἐὰν ἡ γυνὴ ἐτελεύτησε,

CANON IIII.

De Panuph, qui in Lyco diaconus constitutus est, quærere oportet: & si is quidem inuentus fuerit, cum esset catechumenus, fratris sui filiam in matrimonij societatem accepisse, post baptismum in clerum promotus in clero maneat, si illa dormierit, & post baptismum cum ea rem non habuerit. Sin autem cum esset fidelis, eandem fratris sui filiam in matrimonij societatem duxit, sit à clero alienus. Non est enim episcopo Apollini præiudicium, si eum per ignorantiam constituit.

SCHOL. BALSAM. Dicebatur Panuph antequam esset baptizatus fratris sui filiam vxorem duxisse. Baptizatus autem ordinatus fuerat. Dicit ergo Theophilus, quod si mulier è vita excesserit,

& post baptismum ea non vsa sit, maneat diaconus, nempe cum sanctus baptismus omnia peccata præcedentia deleat. Sinautem cum esset fidelis, seu post baptismum eam habuit, clero eiiciatur. Ei autem, qui eum insciens ordinauit, præiudicium non afferetur. Illud autem, Si mulier dormierit, dicit, vt pote quoniam ita euenisse dicitur. Nam etsi etiam post baptismum vixisset, nec eam Panuph cognouisset, sed ipsam etiam amandasset, potuisset sic quoque esse diaconus.

CANON V.

De Iacob quærere oportet, si enim lector erat, & crimini fornicationis fuisse eum obnoxium, & à presbyteris eiectum fuisse ostensum sit, deinde is ordinatus est, eiiciatur accurata examinatione facta, non autem ex susurris vel maledictis orta suspicione. Sinautem non fuerit inuentus crimini obnoxius, maneat in clero, neque enim vanis calumniis animum adhibere oportet.

SCHOL. BALS. Iacob quidam lector fuisse dicebatur, & clero esse eiectus, & deinde ad maiorem gradum fuisse ordinatus. scribit ergo Theoph. quod diligenti examinatione facta, si eum peccasse compertum fuerit, clero eiiciatur Non enim oportet ex susurris, seu clandestinis sermonibus, vel maledictis, seu apertis conuiciis orta suspicione condemnari aliquem. Quòd si causa examinata insons compertus fuerit, maneat in clero.

CANON VI.

Forma ordinationum.

De iis qui ordinandi sunt hæc erit forma, vt quicquid est sacerdotalis ordinis consentiat, & eligat, & tunc episcopus examinet, vel ei etiam assentiente sacerdotali ordine in media ecclesia ordinet præsente populo, & episcopo alloquente, an etiam possit ei populus ferre testimonium. Ordinatio autem non fiat clanculum. Ecclesia enim pacem habente decet præsentibus sanctis ordinationes fieri in ecclesia. In regione autem si qui sint qui eorum qui communicarunt animis communicauerint, non aliter ordinentur, quàm iis qui sunt orthodoxi clerici, examinantibus, præsente rursus episcopo, & præsente populo alloquente, solum modo ne fiat aliqua subreptio.

καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα οὐκ ἐχρήσατο αὐτῇ, μενέτω διάκονος, ὡς τοῦ ἁγίου βαπτίσματος τὰ πρὸ τούτου καθάραντος ἁμαρτήματα. Εἰ δὲ πιστὸς ὢν μετὰ τὸ βάπτισμα ἔσχεν αὐτὴν, ἐκβληθήτω τοῦ κλήρου. τῷ δὲ ἐξ ἀγνοίας αὐτὸν χειροτονήσαντι ἐκ τούτου βλάβη οὐ προσγενήσεται. τὸ δὲ εἰ κεκοίμηται ἡ γυνὴ, εἶπεν, ὡς οὕτω συμβεβηκέναι λεγόμενον. ἐπεί τοιγε κἂν ζῶσα ἦν καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα οὐκ ἔγνω αὐτὴν ὁ Πανοὺφ, ἀλλὰ καὶ ἀπεπέμψατο αὐτὴν, ἠδύνατο καὶ οὕτως εἶναι διάκονος.

Κανὼν ε'.

Περὶ Ἰακὼβ χρὴ ζητῆσαι εἰ ἀναγνώστης ἦν, καὶ ἐγκλήματι πορνείας ὑπεύθυνος ἐδείχθη, καὶ παρὰ τῶν πρεσβυτέρων ἐξεβλήθη, εἶτα κεχειροτόνηται ὕστερος, ἐκβαλλέσθω, ἀκριβοῦς ἐξετάσεως γενομένης, καὶ μὴ μόνον ἐκ ψιθυρισμῶν ἢ κακολογιῶν ὑποψίας εἰς αὐτὸν γενομένης. Εἰ δὲ μὴ εὑρεθείη ὑπεύθυνος, μενέτω ἐν τῷ κλήρῳ. οὐ γὰρ δεῖ ταῖς ματαίαις διαβολαῖς προσέχειν.

Ἑρμηνεία.

Ἰακὼβ τις ἀναγνώστης ἐλέγετο εἶναι, καὶ ἐπὶ πορνείᾳ διαβληθῆναι, καὶ ἐκβληθῆναι τοῦ κλήρου, εἶτα εἰς μείζονα χειροτονηθῆναι βαθμόν. γράφει οὖν ὁ Θεόφιλος, ὅτι ἐξετάσεως ἀκριβοῦς γενομένης ἐὰν εὑρεθῇ ἡμαρτηκὼς, ἐκβληθήτω τοῦ κλήρου. οὐ δεῖ γὰρ ἐκ ψιθυρισμῶν ἤτοι καταλαλίας λαθραίας, ἢ κακολογιῶν ἤτοι λοιδοριῶν φανερῶν ὑποψίας γινομένης κατακρίνεσθαί τινα· εἰ δὲ τῆς ὑποθέσεως ἐξεταζομένης ἀνεύθυνος εὑρεθείη, μενέτω ἐν τῷ κλήρῳ.

Κανὼν ς'.

Περὶ τῶν μελλόντων χειροτονεῖσθαι οὗτος ἔσται τύπος, ὥστε πᾶν τὸ ἱερατεῖον συμφωνεῖν καὶ αἱρεῖσθαι, καὶ τότε τὸν ἐπίσκοπον δοκιμάζειν, ἢ καὶ συναινοῦντος αὐτῷ τοῦ ἱερατείου, χειροτονεῖν ἐν μέσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ παρόντος τοῦ λαοῦ, καὶ προσφωνοῦντος τοῦ ἐπισκόπου, εἰ καὶ ὁ λαὸς δύναται αὐτῷ μαρτυρεῖν. χειροτονία δὲ λαθραίως μὴ γινέσθω. τῆς γὰρ ἐκκλησίας εἰρήνην ἐχούσης πρέπει παρόντων τῶν ἁγίων τὰς χειροτονίας ἐπὶ ταῖς ἐκκλησίαις γίνεσθαι. ἐν δὲ τῇ ἐνορίᾳ, εἰ μὲν κοινωνήσαντές εἰσί τινες ταῖς τῶν κοινωνησάντων γνώμαις, μὴ ἄλλως χειροτονείσθωσαν, ἀλλὰ τῶν ἀληθῶς ὀρθοδόξων κληρικῶν δοκιμαζόντων, παρόντος πάλιν τοῦ ἐπισκόπου καὶ προσφωνοῦντος παρόντι τῷ λαῷ, μόνον εἰ μὴ παρεισδρομή τις γένηται.

Ἑρμηνεία.

Περὶ τῶν μελλόντων χειροτονεῖσθαι ἐν κλήρῳ δίδωσι τύπον, καὶ φησὶν ὅτι δεῖ τὸν μέλλοντα χειροτονεῖσθαι παρὰ παντὸς ἱερατείου αἱρεῖσθαι, ἀντὶ τοῦ προκρίνεσθαι συμφώνως. οὕτω δὲ προκριθέντα, τότε δοκιμάζεσθαι αὐτὸν παρὰ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ ὅτι κἀκείνῳ δόξει ὁ ἄνθρωπος ἐπιτήδειος εἰς χειροτονίαν, τότε χειροτονεῖσθαι συναινέσει τοῦ ἱερατείου, παρόντος καὶ τοῦ λαοῦ. διὰ τί δὲ εἶπε χειροτονεῖν αὐτὸν συναινέσει τοῦ ἱερατείου; ἐπεὶ γὰρ ἐξελέγη παρὰ τοῦ ἱερατείου, ἡ ἐπὶ χειροτονίᾳ συναίνεσις δοκεῖ μὴ ἀναγκαία εἶναι, ἀλλ' εἰκὸς καιρόν τινα μετὰ τὴν ἐκλογὴν παρελθεῖν, καὶ ἐν τῷ μέσῳ γνῶναι τι τοὺς προκρίνοντας τὸν μέλλοντα χειροτονηθῆναι κωλῦον αὐτῷ τὴν χειροτονίαν. διὰ τοῦτο οὖν συναινεῖν αὖθις κεχειροτονημένου αὐτοῦ εἶπε καὶ τὸν ἐπίσκοπον καὶ τότε προσφωνεῖν τῷ λαῷ, ἐρωτῶντα εἰ μαρτυρεῖ αὐτὸν πρὸς χειροτονίαν ἄξιον. λαθραίας δὲ χειροτονίας γίνεσθαι ἀποτρέπει. ἐπεὶ γάρ φησιν εἰρήνη ἐστὶ παρὰ τῇ ἐκκλησίᾳ, ἤγουν ἐπεὶ νῦν οὐ μεμέρισται ὁ λαὸς παυθεισῶν τῶν αἱρέσεων, ἀλλὰ πάντες τῆς ὀρθοδόξου μοίρας εἰσὶ, πάντες μιᾶς ἔσονται γνώμης, καὶ δεῖ παρουσίᾳ τῶν ἁγίων ἤτοι τῶν πιστῶν, τὰς χειροτονίας γίνεσθαι ἔσω ἐκκλησίας· ἁγίους δὲ, τοὺς πιστοὺς ἐκάλεσεν, ἐκ τοῦ θεσπεσίου Παύλου τοῦτο παραλαβών. οὕτω γὰρ κἀκεῖνος ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς αὐτοῦ, τοὺς πιστοὺς ὀνομάζει. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῶν ἐν πόλεσιν ὄντων ἔοικε λέγειν. περὶ δὲ τῶν ἐν τῇ ἐνορίᾳ ἤτοι τῶν ἐν τῇ χώρᾳ, φησὶν, ὅτι ἐπεὶ πολλοὶ τῶν αἱρετικῶν ἐκοινώνουν καὶ ἄκοντες, τῶν τοιούτων δὲ πολλοὶ τῶν πιστῶν ἐκοινώνουν ταῖς γνώμαις, ἤγουν συγκατέβαινον καὶ συνῄνουν, εἰ ἐκ τούτων μέλλει τις χειροτονεῖσθαι εἰς τὸν κλῆρον, μὴ ἄλλως χειροτονεῖσθαι, εἰ μὴ μετὰ δοκιμασίας τῶν ὁμολογουμένως ὀρθοδόξων κληρικῶν παρόντων καὶ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ προσφωνοῦντος τῷ λαῷ, ὡς ἄνωθεν εἴρηται. ταῦτα δὲ λέγει γίνεσθαι, ἵνα μὴ μέσον γένηταί τις παραδρομὴ, ἤγουν ἀπάτη καὶ συναρπαγὴ, καὶ χειροτονηθῇ τις μὴ ὑγιῶς ἔχων περὶ τὴν πίστιν.

SCHOL. BALS. De iis qui in clero ordinandi sunt dat typum, & dicit, quòd oportet eum qui est ordinandus à toto ordine sacerdotali eligi, pro eo quod est, consentienter ab eis antea iudicari, & cum eiusmodi præiudicium de eo factum fuerit, tunc ipsum ab episcopo ordinari, & quando ille homo visus fuerit aptus vt ordinetur, tunc eum ordinet consensu sacerdotalis ordinis præsentis, & populi. Cur autem dixit eum ordinandum consensu sacerdotalis ordinis? Nam cum à sacerdotali ordine electus est, ad ordinationem consensus non videtur esse necessarius, sed est verisimile posse post electionem aliquid temporis præteriisse, & eos qui ordinandum præiudicant resciuisse aliquid, quod eius ordinationem prohibeat. Et ideo dicit ipsos consentire, & dum ordinatur populum quoque ab episcopo interrogari an dignus sit, cui testimonium ferant ad ordinationem. Dissuadet autem, ne fiant ordinationes clandestinæ. Cum enim, inquit, pax est in ecclesia, scilicet cum nunc non est diuisus populus cessantibus hæresibus, sed sunt omnes orthodoxæ partes, omnino erunt vnius sententiæ, & oportet in præsentia sanctorum, seu fidelium, ordinationes fieri in ecclesia. sanctos autem fideles appellauit, ex sancto hoc Paulo assumens. Ille enim sic fideles in suis epistolis appellat. Hæc itaque de iis qui in vrbibus habitant videtur dicere. De iis autem qui sunt in regione, seu in vicis, dicit quòd quoniam multi etiam inuiti communicabant hæreticis: eorum autem multi fidelium animis communicabant, & assentiebātur. Si quis eorum sit ordinandus in clerum, eum non alias ordinandum quàm cum ordinatione clericorum, quos constat esse orthodoxos præsente etiam episcopo, & alloquente populum, vt superius dictum est. Hæc autem dicit fieri ne intercedat aliqua circunuentio, seu fraus & obreptio & arripiatur, & ordinetur aliquis qui non recte sentit de fide.

Κανὼν ζ'.

Τὰ προσφερόμενα εἰς λόγον θυσίας, μετὰ τὰ ἀναλισκόμενα εἰς τὴν τῶν μυστηρίων χρείαν,

CANON VII.

Quæ in sacrificij rationem offeruntur, post ea quæ in sanctorum vsum consumuntur,

Oblatio ad rationem sacrificij.

clerici diuidant, & nec catechumenus ex iis bibat, vel comedat, sed solum clerici, & qui cum eis sunt fideles fratres.

Schol. Balsam. Siqua eorum quæ à fidelibus ad sacrificium offerantur, superabundant, post ea quæ in diuina mysteria consumuntur, ea, inquit, oportet clericis diuidere: vt ea ab ipsis comedantur, ac bibantur, & etiam à fidelibus laicis: catechumenis autem nihil ab eis detur. Quia enim altari oblata sunt, & ad diuina dona ex illis partes sumptæ sunt, illæque sanctificatæ sunt, quomodo iis qui sunt imperfectiores dabuntur consumenda? Quæ autem ad sacrificium offeruntur, ea sunt panis & vinum, nihil enim aliud ad altare offerri permittitur. Lege iij. canon. Apost. & synod. in Trullo quæ dicitur sexta, canon. xxviij.

Canon VIII.

Quoniam Hierax dicit eum non debere esse in clero vt qui sit fornicationis delatus. Apollo autem episcopus affirmauit nullum accusatorem aduersus eum in medium processisse, hic quoque examinetur, & si aliquis quidem accusator fide dignus exoritur, & crimen probatur productis fide dignis testibus, ecclesia eiiciatur: sinautem dignus est clero, & de eius continentia testimonium feratur, in eo maneat.

Schol. Balsam. Quidam ordinatus est clericus, deinde tanquam qui fornicatus esset accusatus est. Dicebat ergo quidam Hierax non oportere eum esse in clero, is autem qui eum ordinauerat, affirmabat, seu instabat eum non esse ab aliquo accusatum. Dicit ergo Theophilus, Homo examinetur, & si inuenitur quidem aliquis accusator fide dignus, seu qui sit ad accusandū admittendus (non enim cuiuis permittitur accusare eos qui sunt in sacris, vt vult ij. can. ij. syn. œcumenicæ, & xxj. iiij. vniuersalis syn.) ecclesia eiiciatur post probationem. Sinautē nihil tale probatur, maneat in clero.

οἱ κληρικοὶ διανεμέσθωσαν, καὶ μήτε κατηχούμενος ἐκ τούτων ἐσθιέτω ἢ πινέτω, ἀλλὰ μᾶλλον οἱ κληρικοὶ καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς πιστοὶ ἀδελφοί.

Ἑρμηνεία.

Εἴ τινα περιττεύουσι τῶν εἰς θυσίαν προσαγομένων παρὰ τῶν πιστῶν, μετὰ τὰ δαπανώμενα εἰς τὰ θεῖα μυστήρια, τοῖς κληρικοῖς δεῖν ταῦτά φησι διανέμεσθαι, ὥστε παρ' αὐτοῖς ἐσθίεσθαι καὶ πίνεσθαι, καὶ παρὰ τῶν πιστῶν λαϊκῶν. τοῖς δὲ κατηχουμένοις, μηδὲν ἐξ αὐτῶν δίδοσθαι. ἐπεὶ γὰρ προσηνέχθησαν τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ ἐξ αὐτῶν μερίδες ἐλήφθησαν εἰς τὰ θεῖα δῶρα κἀκεῖνα ἡγιάσθησαν, πῶς ἐκ τούτων τοῖς ἀτελεστέροις δοθήσονται δαπανηθησόμενα; τὰ δὲ εἰς θυσίαν προσαγόμενα, ἄρτος καὶ οἶνος εἰσίν. ἕτερον γάρ τι προσάγεσθαι εἰς θυσιαστήριον, οὐκ ἔξεστι. ἀνάγνωθι τὸν γ΄. ἀποστολικὸν κανόνα, καὶ τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου τῆς λεγομένης ϛ΄. κανόνα κη΄.

Κανὼν η΄.

Ἐπειδὴ Ἱέραξ τόνδε ὡσανεὶ ἐπὶ πορνείᾳ διαβαλλόμενον οὐκ ὀφείλειν λέγει ἐν τῷ κλήρῳ εἶναι, ὁ δὲ ἐπίσκοπος Ἀπόλλων διϊσχυρίσατο τηνικαῦτα, μηδένα κατήγορον ἐν μέσῳ ἐληλυθέναι κατ' αὐτοῦ, ἐξεταζέσθω καὶ οὗτος· καὶ εἰ μὲν κατήγορός τις ἀναφύεται πίστεως ἄξιος καὶ τὸ ἔγκλημα ἀποδείκνυται, φερομένων ἀξιοπίστων μαρτύρων, τῆς ἐκκλησίας ἐκβαλλέσθω. Εἰ δὲ τοῦ κλήρου ἄξιός ἐστι, καὶ ἐπὶ σωφροσύνῃ μαρτυρεῖται, μενέτω ἐν τούτῳ.

Ἑρμηνεία.

Ἐχειροτονήθη τις κληρικὸς, εἶτα διεβλήθη ὡς πορνεύσας. ἔλεγεν οὖν Ἱέραξ τις μὴ δεῖν αὐτὸν ἐν κλήρῳ εἶναι. ὁ δὲ χειροτονήσας αὐτὸν διϊσχυρίζετο, ἤτοι ἐνίστατο, μὴ κατηγορηθῆναι αὐτὸν παρά τινος. ἔφη οὖν ὁ Θεόφιλος, ὅτι ἐξετασθήτω ὁ ἄνθρωπος, καὶ εἰ μὲν εὑρίσκεταί τις κατήγορος πίστεως ἄξιος ἤγουν δεκτὸς εἰς κατηγορίαν (οὐ γὰρ παντὶ ἔξεστι κατηγορεῖν ἱερωμένων κατὰ τὸν ϛ΄. κανόνα τῆς δευτέρας οἰκουμενικῆς συνόδου) ἐκβληθήτω τῆς ἐκκλησίας μετὰ ἀπόδειξιν. Εἰ δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἀποδείκνυται μενέτω ἐν τῷ κλήρῳ.

Κανὼν θʹ.

Ὥστε γνώμῃ παντὸς ἱερατείου, οἰκονόμον ἀποδειχθῆναι ἕτερον, ἐφ' ᾧ συντίθεται καὶ ὁ ἐπίσκοπος Ἀπόλλων, ὥστε τὰ τῆς ἐκκλησίας εἰς δέον ἀναλίσκεσθαι.

Ἑρμηνεία.

Ὁ αὐτὸς γνώμην ἔδωκε κρίσει παντὸς τοῦ ἱερατείου τὸν οἰκονόμον τῆς ἐπισκοπῆς γίνεσθαι, εἰ καὶ ὁ ἐπίσκοπος συγκατατίθεται τῇ κρίσει τοῦ κλήρου. γίνεσθαι δὲ οἰκονόμον, ἵνα τὰ τῆς ἐκκλησίας εἰς δέον δαπανῶνται φροντίδι ἐκείνου. τὴν δὲ εἰς δέον δαπάνην, ὃ ἑξῆς δηλοῖ κεφάλ. ἥτις ἐστὶ, τὰ εἰς χήρας καὶ ξένους καὶ πένητας ἀναλώματα. ἰδιοποιεῖσθαι γὰρ τὰ τῆς ἐκκλησίας τινὶ οὐκ ἔξεστι, ὅτι ἀφιλάργυρον δεῖ εἶναι τὸν λειτουργὸν τοῦ θεοῦ, καὶ οὐδὲ εἰς οἰκείαν χρῆσιν τοῖς τῆς ἐπισκοπῆς πράγμασι κεχρῆσθαι τῷ ἐπισκόπῳ συγκεχώρηται, εἰ μὴ εἰς τὰ πάνυ ἀναγκαῖα. καὶ τότε ὅτε οἴκοθεν οὐκ εὐπορεῖ τούτων ὁ ἐπίσκοπος, κατὰ τὸν μαʹ. κανόνα τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. ζήτει τὰ ἐν ἐκείνῳ γεγραμμένα, καὶ τὸν κδʹ. κανόνα τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου.

Κανὼν ιʹ.

Χῆραι καὶ οἱ πένητες καὶ οἱ παρεπιδημοῦντες ξένοι, πάσης ἀναπαύσεως ἀπολαυέτωσαν, καὶ μήτις τὰ τῆς ἐκκλησίας ἰδιοποιείσθω.



CANON IX.

Vt totius sacerdotalis ordinis sententia alius renuncietur œconomus, in quo Apollo quoque episcopus consensit, vt bona ecclesiæ vt debent insumantur.

SCHOL. BALS. Idem tulit sententiam totius sacerdotalis ordinis iudicio fieri debere episcopatus œconomum, si etiam episcopus assentiatur cleri iudicio. Fieri autem œconomum vt bona ecclesiæ vt par est consumantur illius cura ac sollicitudine. Quid sit autem in ea quæ oportet impendere sequens docet caput; quod est impendere in viduas, hospites, & pauperes. Nemini enim permittitur bona ecclesiæ in proprios vsus transferre. Oportet enim dei ministrum esse ab auaritia alienum, & nec ad vsum proprium vti rebus episcopatus, nisi ad ea quæ sunt necessaria, & tunc demum quando eis domi desunt facultates, secundum xlj. can. sanctorum Apostolorum. Quære quæ in eo scripta sunt, & xxiiij. can. syn. Antioch.

CANON X.

Viduæ, & pauperes, & peregrinantes hospites omni quiete fruantur, & nemo ea quæ sunt ecclesiæ, vt sua vsurpet.



ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΦΗΓΗΣΙΣ περὶ τῶν λεγομένων Καθαρῶν.

ΔΕΔΗΛΩΚΕ μοι ἡ σὴ εὐλάβεια ὡς τινὲς τῶν ὀνομαζόντων ἑαυτοὺς Καθαροὺς, προσελθεῖν βούλονται τῇ ἐκκλησίᾳ. ἐπεὶ τοίνυν ἡ μεγάλη σύνοδος ἡ γινομένη ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῶν μακαρίων πατέρων ἡμῶν, ὥρισεν ὥστε χειροτονεῖσθαι τοὺς προσερχομένους, θέλησον κατὰ τὸν τύπον τοῦτον, τοὺς ἐθέλοντας προσέρχεσθαι τῇ ἐκκλησίᾳ, χειροτονεῖν, εἴγε ὁ βίος αὐτῶν ὀρθός ἐστι καὶ μηδὲν τούτοις ἀντίκειται.

Ἑρμηνεία.

Περὶ Ναυατιανῶν ἠρωτήθη. οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ λεγόμενοι Καθαροί. καὶ ἀπεκρίθη ὅτι εἰ

EIVSDEM EXPOSITIO DE IIS QVI DICVNTVR Cathari.

DECLARAVIT *mihi tua pietas, quòd quidam eorum qui se Catharos nominant, volunt ad ecclesiam accedere. Quoniam ergo magna synodus quæ Nicææ habita est à sanctis patribus, statuit vt ordinentur qui accedunt, velis iuxta hanc formam eos qui ad ecclesiam accedant ordinare: si quidem vita eorum recta est, & nihil eis aduersatur.*

SCHOL. BALSAM. De Nouatianis interrogatus est. Hi enim sunt qui etiam Puri dicuntur, & responsum est, quòd si

ad dei ecclesiam accedunt, quia magna & prima Nicena synodus statuit vt ij ordinentur, fac tu quoque secundum hanc formam, & ordina eos qui accedunt, nisi aliquod impedimentum ex vita eorum aduersetur. De Nouatianis autem canon est octauus primæ synodi.

προσέρχονται τῇ ἐκκλησίᾳ. ἐπεὶ ἡ μεγάλη σύνοδος ἡ ἐν Νικαίᾳ, ἤγουν ἡ πρώτη, ὥρισε χειροτονεῖσθαι αὐτοὺς, ποίει καὶ σὺ κατὰ τὸν τύπον, ἤτοι κατὰ τὸν κανόνα τοῦτον, καὶ χειροτόνει τοὺς προσερχομένους, εἰ μή τι κώλυμα ἀπὸ τοῦ βίου αὐτῶν αὐτοῖς ἐναντιοῦται. ὁ δὲ περὶ τῶν Ναυατιανῶν κανὼν, ὄγδοός ἐστι τῆς πρώτης συνόδου.

EIVSDEM AGATHONI EPISCOPO.

MAXIMVS asseruit se ecclesiæ leges ignorantem illicito matrimonio coniunctum esse, & quia hoc eum male habet quod non recte & ex ordine agat affirmauit, qui contra leges fecit per ignorantiam se ab illicita vitæ societate ex consensu abstenturum illa etiam hoc volente. Si ergo probaueris quòd hoc ex consensu faciant, & non fallant, quia est tempus decennale, si consideres eos debere versari cum catechumenis, nunc eos sic dispensa. Sin autem vides quòd velit decipere, & acerbitate adhuc in eos opus sit, fac id quod deus tibi suggesserit, id semper sequens quod in vsu est vimque obtinet. Nam cum sis in iis locis, potes eorum mentes magis nosse.

SCHOL. BALSAM. Maximus quidam, vt illicito matrimonio mulieri coniunctus, segregatus fuerat, & à congregatione cum fidelibus prohibebatur. Is verò dicebat se per ignorantiam fecisse contra leges, & paratum esse ab hoc matrimonio recedere, muliere etiam volente: & petebat, vt ab ea abscedens admitteretur. Ad hæc ergo dicit Theophilus, quòd si inquirens inueneris eos ex consensu, hoc est communi consilio à matrimonio absistere, & non fallere, cùm decem annis simul cohabitarint. Cohabitationis autem tempus adiecit, declarans, quod quoniam tantum tempus simul vixerunt, difficilis existimari posset à se inuicem disiunctio, & ne fallant. Si consideras ergo, hoc est, si iudicas eos stare debere cum catechumenis, nunc id est in præsentia, sic eos dispensa vel quia per fraudem hæc dicunt,

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΓΑΘΩΝΙ ἐπισκόπῳ.

ΑΓΝΟΩΝ τοὺς τῆς ἐκκλησίας νόμους Μάξιμος, διϊσχυρίσατο παρανόμως συμβιῶσαι συναφθῆναι· καὶ ἐπειδὴ θορυβεῖ αὐτὸν τὸ ἀσυντάκτως εἶναι, διεβεβαιώσατο, ἐπειδὴ ἀγνοίᾳ τὸ παράνομον ἔδρασεν, ἐκ συμφώνου ἀπέχεσθαι τῆς παρανόμου συμβιώσεως, κἀκείνης ἀγαπώσης τοῦτο. ἐὰν δὲ κρίνῃς δοκιμάσῃς, ὅτι τοῦτο ποιοῦσιν ἐκ συμφώνου καὶ μὴ ἀπατῶσιν. ἐπειδὴ δεκαετής ἐστιν ὁ χρόνος εἰ σκοπεῖς μετὰ τῶν κατηχουμένων αὐτοὺς συνάγεσθαι, τέως οὕτω διοίκησον. εἰ δὲ συνορᾷς ὅτι ἀπατῆσαι βούλεται, καὶ δεῖται τὰ κατ᾽ αὐτοὺς ἐπιστύψεως, ὅπερ ὁ θεὸς ὑποβάλῃ σοι, τοῦτο ποίησον πανταχοῦ πρὸς τὸ ἐπέχον ὁδηγούμενος. ἐπὶ γὰρ τῶν τόπων τυγχάνων, τὰς γνώμας αὐτῶν μᾶλλον εἰδέναι δύνασαι.

Ἑρμηνεία.

EPISTOLA *tractat de sustinendis, & æquo animo ferendis tentationibus, deinde subiungit quid passi sumus, nec passionibus pro Christo digni habiti sumus. Si autem quòd domum orationis grauia detinent, nos autem sub dio cæli, & terræ conditorem adoramus, hoc vos male habet, considerate quòd vndecim quidem discipuli erant in cœnaculo inclusi. Qui autem Christum crucifixerunt, in celebri templo Iudaicum cultum peragebant. Iudas enim qui suspendio vitam finire maluit, quam cum dedecore viuere, ostendit se iis esse meliorem qui ad omnem hominum condemnationem frontem perfricuerunt, & ideo impudenter ad omnia affecti sunt. Ab eorum tantum falsiloquiis ne tingamini, qui fidei rectitudinem profitentur. Christi enim cauponatores sunt, & non Christiani, qui id quod eis semper in vita est vtile, veræ vitæ præferunt. Quando autem existimarunt, se posse hoc vanum imperium acquirere, dei inimicis additi sunt. Quando autem viderunt concitatos efferatósque populos, rursus rectitudinē simulant. Nescio an sint epi-*

scopi, nec in Christi sacerdotibus eos enumerauerim, qui à profanis manibus ad hoc vt præsint promoti sunt ad dissolutionem fidei. Hoc est meum iudicium. Vos autem si quam habetis partem nobiscum, eadem videlicet nobiscum sentite. Sin autem separati esse vultis, sit vnusquisque suæ sententiæ dominus.



TARASII

SANCTISSIMI PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI

Ad Adrianum Papam Romę veteris, de non faciendis pecunia ordinationibus.

Sanctissimo, & beatissimo fratri, & comministro domino Adriano Papæ veteris Romæ, Tarasius miseratione diuina Episcopus Constantinopolis nouæ Romæ, salutem in Domino.

MVLTIPLICITER multisque modis Euangelicè, Apostolicè, & Paternè docemur, vt mores ab auaritia alienos in sacerdotij consecratione habeamus, & neque deauremur, vel deargentemur, vel nobis aliquid vindicemus in cuiusquam sacerdotalis viri ordinatione: vt demonstrabimus in sententiis hic subiectis ex diuinis scripturis & paternis doctrinis. Qui enim manus imponunt, sunt ministri spiritus, non spiritus venditores: & qui spiritus gratiam gratis accepere, eam quoque gratis dari debere, iis qui illam participant, pronuntiarunt, à domini voce hac libertate accepta. Si quis autem eam auro emisse conuictus fuerit, eum ab ordine sacro abiectum fore promulgant. Etsi enim nomine sacerdotium sortitus est, re tamen ipsa falsa esse eius oratio côuincitur. Nemo enim potest Deo & mammonæ seruire, vt ex Euangelio didicimus. Et quoniam audiuimus Deum prophetice loquentem, Sacerdotes loquimini ad cor Hierusalem: & rursus minitantem & dicentem, Speculator si gladium exeuntem viderit, & id tuba non significauerit, & po-

Matth.6.c.
Isa.40 a
Ezech.33 b.

A σκοποὶ εἶεν, μηδὲ ἀριθμησαίμην ἐν ἱερεῦσι Χριστοῦ, τὸν παρὰ τῶν βεβήλων χειρῶν ἐπὶ καταλύσει τῆς πίστεως εἰς προστασίαν προβεβλημένον. αὕτη ἐστὶν ἡ ἐμὴ κρίσις. ὑμεῖς δὲ, εἴ τινα ἔχετε μεθ' ἡμῶν μερίδα, τὰ αὐτὰ ἡμῖν φρονήσατε· δηλονότι, εἰ δὲ ἀφ' ἑαυτῶν βούλεσθε, τῆς ἰδίας γνώμης ἐστὶν ἕκαστος κύριος. ἡμεῖς ἀθῷοι ἀπὸ τοῦ αἵματος τούτου.



ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΑΡΑΣΙΟΥ

B ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ Κωνσταντινουπόλεως, νέας Ῥώμης, πρὸς Ἀδριανὸν τὸν Πάπαν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, περὶ τοῦ μὴ ἐπὶ χρήμασι γίνεσθαι τὰς χειροτονίας.

Τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ κυρίῳ Ἀδριανῷ Πάπᾳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Ταράσιος ἐλέῳ θεοῦ ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΠΟΛΥΜΕΡΩΣ καὶ πολυτρόπως εὐαγγελικῶς, ἀποστολικῶς τε καὶ πατρικῶς C διδασκόμεθα, ἀφιλάργυρον τὸν τρόπον ἔχειν ἐν τῇ τῆς ἱερωσύνης ἁγιστείᾳ, καὶ μὴ χρυσίζεσθαι ἢ ἀργυρίζεσθαι ἐπὶ χειροτονίᾳ παντὸς ἱερατικοῦ ἀνδρὸς, ὡς ὑποδείξομεν ἐν ταῖς καθυποτεταγμέναις χρήσεσιν ἀπό τε γραφικῶν θεηγορειῶν, καὶ πατρικῶν διδασκαλιῶν. οἱ γὰρ ἐπιτιθέντες χεῖρας ὑπηρέται τοῦ πνεύματός εἰσιν, οὐχὶ πρᾶται τοῦ πνεύματος. δωρεὰν γὰρ λαμβάνοντας τὴν χάριν τοῦ πνεύματος, δωρεὰν δίδοσθαι τοῖς παρ' αὐτῶν μεταλαμβάνουσιν ἀπεφήναντο, ἐκ τῆς κυριακῆς φωνῆς τὴν ἐλευθερίαν ταύτην εἰληφότες. εἰ δέ τις ἐλεγχθείη χρυσίῳ ταύτην ὠνησάμενος, ἀποκήρυκτον διαγορεύουσι τὸν τοιοῦτον τῆς ἱερατικῆς τάξεως. εἰ γὰρ καὶ ὀνόματι D τὴν ἱερωσύνην κεκλήρωται, ἀλλ' οὖν διαψεύδεται ὁ λόγος ἐπὶ τῷ πράγματι. οὐδεὶς γὰρ θεῷ δουλεύειν δύναται καὶ μαμωνᾷ, ὡς εὐαγγελικῶς ἐμάθομεν. καὶ ἐπειδὴ ἠκούσαμεν προφητικῶς τοῦ θεοῦ βοῶντος, ἱερεῖς λαλήσατε εἰς τὴν καρδίαν Ἱερουσαλὴμ, αὖθίς τε ἐπαπειλοῦντος καὶ λέγοντος, ὁ σκοπὸς ἐὰν ἴδῃ τὴν ῥομφαίαν ἐρχομένην, καὶ μὴ σημάνῃ τῇ σάλπιγγι, καὶ ὁ

λαὸς μὴ φυλάξηται, καὶ ἐλθοῦσα ἡ ῥομφαία λάβῃ ἐξ αὐτῶν ψυχὴν, τὸ αἷμα ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ σκοποῦ ἐκζητήσω· φόβῳ τοῦ τῆς σιωπῆς παραγγέλματος ἢ κατακρίματος ἀναγγέλλομεν τοῖς προέδροις πᾶσι τῶν καθ' ἡμᾶς ἐκκλησιῶν· ἵνα μετὰ παρρησίας κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον εἴπωμεν. καθαροί ἐσμεν ἀπὸ τοῦ αἵματος τῶν παραβαινόντων τὰς κανονικὰς διατάξεις, καὶ πολύγε μᾶλλον τῶν ἐπὶ χρήμασι χειροτονησάντων, ἢ χειροτονηθέντων· Πέτρου τοῦ θείου ἀποστόλου, οὗ τὴν καθέδραν ἐκληρώσατο ἡ ἀδελφικὴ ὑμῶν ἁγιότης, ὡς Σίμωνα τὸν μάγον τούτους καθελόντος. τούτου ἕνεκεν, οὐχ ὑποστελλόμεθα τοῦ ἀναγγέλλειν τὴν ἀλήθειαν, φυλάττοντες καὶ κρατοῦντες τὰ παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ τῶν ἀοιδίμων πατέρων ἡμῶν κανονικῶς ἐκδοθέντα· καὶ εἴ τι τούτων παρεβάθη ὑπό τινων, βδελυττόμεθα. ἡ οὖν ἀδελφικὴ ὑμῶν ἱεροπρεπὴς ἀρχιερωσύνη ἐνθέσμως, καὶ κατὰ θεοῦ βούλησιν πρυτανεύουσα τὴν ἱεραρχικὴν ἁγιστείαν, διαβόητον ἔχει τὴν δόξαν. εἴρηκε γὰρ διὰ τοῦ προφήτου ὁ μέγας καὶ πρῶτος ἀρχιερεὺς Χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν· ζῶ ἐγὼ, ἀλλ' ἢ τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω. οἶδας γὰρ ἀνὴρ ἐπιθυμιῶν τῶν τοῦ πνεύματος, ὅτι φορητοτέρα μᾶλλον ἐστὶ Μακεδονίου καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν πνευματομάχων ἡ δυσσεβὴς αἵρεσις. ἐκείνων γὰρ κτίσμα καὶ δοῦλον τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς τὸ ἅγιον πνεῦμα ληρωδούντων· οὗτοι ἑαυτῶν ὡς δοκοῦσι δοῦλον αὐτὸ ποιοῦσι. πᾶς γὰρ δεσπότης ὅ, τι ἂν ἔχοι, εἰ βούλοιτο πιπράσκει· εἴτε οἰκέτην, εἴτε ἕτερον, ὧν κέκτηται, ὡσαύτως καὶ ὁ ἀγοράζων, δεσπότης βουλόμενος εἶναι τοῦ ἠγορασμένου, διὰ τιμῆς ἀργυρείου τοῦτο κτᾶται, οὕτως οἱ ταύτην τὴν ἄθεσμον πρᾶξιν ἐργαζόμενοι, καταβιβάζουσι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἴσα ἁμαρτάνοντες τοῖς βλασφημοῦσιν ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια τὸν Χριστόν· ἢ τό γε ἀληθέστερον εἰπεῖν, παρεοίκασιν Ἰούδα τῷ προδότῃ, ὃς τοῖς θεοκτόνοις Ἰουδαίοις τιμῆς ἀργυρείου, τὸν Χριστὸν ἀπημπολήσατο. ὡς οὖν τὸ ἅγιον πνεῦμα ὁμοούσιόν ἐστι Χριστῷ τῷ θεῷ ἡμῶν. τῆς αὐτῆς πάντῃ που δῆλον ἔσονται μερίδος ὡς ἀποδέδεικται. εἰ δὲ οὐ πιπράσκεται, (πρόδηλον γὰρ οὐδαμῶς) ἀναμφιλέκτως οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ἡ χάρις τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἤτοι ἡ τῆς ἱερωσύνης ἁγιστεία. καὶ οὐκ ἔλαβον, οὐδὲ ἔχουσι. μνησθήτωσαν γὰρ τοῦ ἁγίου Πέτρου πρὸς τὸν τοῦ

pulus non cauerit, & veniens gladius animam ex eis abstulerit, sanguinem ex speculatoris manu requiram, metuentes ne ob silentium accusemur aut damnemur, denuntiamus omnibus nostrarum Ecclesiarum præsulibus, vt liberè iuxta diuinum Apostolum loquamur. Mundi sumus à sanguine eorum qui trāsgrediuntur canonicas constitutiones, & multo magis eorum qui pecuniis ordinauerunt, vel ordinati sunt, cum diuinus Petrus apostolus, cuius cathedram sortita est fraterna vestra sanctitas, vt Simonem Magum, eos deposuerit. Eam ob causam veritatem annunciare non veremur, seruantes & retinentes ea quæ à sanctis Apostolis, & inclytis patribus nostris canonicè tradita sunt. Et si quid eorum ab aliquibus est præteritum, auersamur. Fraterna ergo vestra sacerdotalis sanctitas, quę legitimè atque ex dei volūtate pontificale munus administrat, percelebrē habet gloriā. Dixit enim per prophetam magnus & primus pontifex Christus deus noster, Viuo ego, sed eos qui me glorificant glorificabo. [1. Reg. 2. f.] Scis enim vir desideriorum spiritus, quod Macedonij, & eorum qui circa illum erant sancti spiritus hostium, tolerabilior erat hæresis. Cùm enim illi sanctum spiritum dei & patris creaturam & seruum nugentur, hi ipsum, vt videtur, suum seruum faciunt. Omnis enim dominus id quod habet vendit. Similiter & qui emit, volens esse dominus eius quod emptum est, argenti precio id acquirit. Sic qui rem hanc nefariam faciunt, spiritum sanctum deprimunt, æquè peccantes ac ij qui Christum in Beelzebub dęmonia eiicere impiè blasphemèque dicebant. [Luc. 11. b.] Vel, vt verius dicam, sunt Iudæ proditori similes, qui dei interfectoribus Iudæis argenti precio Christum vendidit. Quemadmodum ergo diuinus spiritus est Christo deo nostro cōsubstantialis, eos eiusdē futuros partis cuilibet manifestū est, vt fuit demonstratum. Si autem non venditur, absque vlla dubitatione clarum est non esse eis sancti spiritus gratiam, sacerdotij scilicet sacrosanctam dignitatem. Etsi non acceperunt, non habēt. Meminerint S. Petri, qui ei qui hoc [Act. 8. d.]

exercuit sic dicit, Non est tibi pars, neque sors in sermone isto. Si enim venundatur sacerdotij dignitas, an non est eis superuacanea honestę vitæ institutio, & in puritate ac veritate conuersatio? Superuacaneus est ipsis & Paulus diuinus Apostolus, docens oportere episcopum esse à reprehensione alienum, temperantem, moderatum, docilem, continentem, sobrium, retinentem fidelem in doctrina sermonem: vt possit in sana doctrina exhortari, & eos qui contradicunt refellat. Hæc ergo omnia euanescunt, si vendatur & ematur sacerdotium. Subiectæ itaque è sanctis electæ sententiæ, à sacerdotio omnino esse alienum eum pronunciant, qui dat vel accipit in quocunque tempore, siue ante ordinationem, siue post ordinationem. Capere enim est quandocunque capere. Sed & omnes etiam ecclesiasticas promotiones ob pecuniæ dationem remouent.

Canon 29. sanctorum Apostolorum.

Si quis episcopus pecuniis hanc dignitatem fuerit assecutus, vel presbyter, vel diaconus, deponatur & ipse, & qui eum ordinauit, & à communione omnino excindatur, vt Simon Magus.

Ex Actibus Apostolorum.

Videns autem Simon quòd per impositionem manuum Apostolorum datur spiritus sanctus, attulit eis pecunias dicens, Date & mihi hanc potestatem, vt cui manus imposuero, accipiat spiritum sanctum. Petrus autem dixit ei, Argentum tuum sit tecum in perditionem: quoniam existimasti dei donum pecuniis acquiri, non est tibi pars, nec sors in hoc sermone. Cor enim tuum non est rectum coram deo: age ergo pœnitentiam, & roga deum, si tibi non remittetur cordis tui cogitatio: in bile enim amaritudinis & vinculo iniquitatis te esse video.

Ex tertio Regum.

Et non conuersus est Hieroboam ab iniquitate sua, & se conuertit, & fecit ex parte populi sacerdotes excelsorum: qui volebat, implebat manum suam: & factum est hoc verbum in peccatum domui Israël, & in exitium & deletionem à facie terræ.

A ἐπιτηδεύσαντα οὕτω λέγοντος. οὐκ ἔστι σοι μερίς, οὐδὲ κληρονομία ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ. εἰ γὰρ ἀπεμπολεῖται ἡ τῆς ἱερωσύνης ἀξία, ἄρα περιττὴ αὐτοῖς ἡ κατὰ τὸν βίον σεμνὴ πολιτεία, καὶ ἡ ἐν ἁγνείᾳ καὶ ἀρετῇ ἀναστροφή· περιττὸς κατ' αὐτοὺς καὶ Παῦλος ὁ θεῖος ἀπόστολος διδάσκων δεῖν τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι, σώφρονα, κόσμιον, διδακτικόν, ἐγκρατῆ, νηφάλιον, ἀντεχόμενον τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου, ἵνα δυνατὸς ᾖ καὶ παρακαλεῖν ἐν τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ, καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν. οἴχεται τοίνυν ταῦτα πάντα ἐκ τοῦ πράτου καὶ ἀγοραστοῦ τῆς ἱερωσύνης. B αἱ οὖν ἀποκείμεναι ἁγιόλεκτοι χρήσεις ἀλλότριον πάντη τῆς ἱερωσύνης ἀποφαίνονται τὸν ποτὲ διδόντα λαμβάνοντα, ἐν οἱῳδήποτε χρόνῳ, εἴτε καὶ πρὸ τῆς χειροτονίας, εἴτε καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν· λαβεῖν γάρ ἐστι τὸ λαβεῖν ὁπηδήποτε. ἀλλὰ καὶ πάσας τὰς προβολὰς τὰς ἐκκλησιαστικὰς ἀφαιροῦσιν ἐπὶ τῇ τῶν χρημάτων δόσει.

Κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων.

Εἴ τις ἐπίσκοπος διὰ χρημάτων τῆς ἀξίας ταύτης ἐγκρατὴς γένηται, ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος καθαιρείσθω, καὶ αὐτὸς καὶ ὁ χειροτονήσας, καὶ C ἐκκοπτέσθω παντάπασι τῆς κοινωνίας ὡς Σίμων ὁ Μάγος.

Ἐκ τῶν πράξεων τῶν ἁγίων ἀποστόλων.

Ἰδὼν δὲ ὁ Σίμων ὅτι διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τῶν ἀποστόλων δίδοται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, προσήνεγκεν αὐτοῖς χρήματα, λέγων, δότε κἀμοὶ τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἵνα ᾧ ἂν ἐπιθῶ τὰς χεῖρας, λαμβάνῃ πνεῦμα ἅγιον. Πέτρος δὲ εἶπε πρὸς αὐτόν· τὸ ἀργύριόν σου σὺν σοὶ εἰς ἀπώλειαν, ὅτι δωρεὰν τοῦ θεοῦ ἐνόμισας διὰ χρημάτων κτᾶσθαι. οὐκ ἔστι σοι μερὶς οὐδὲ κλῆρος D ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ. ἡ γὰρ καρδία σου οὐκ ἔστιν εὐθεῖα ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. μετανόησον οὖν ἀπὸ τῆς κακίας σου ταύτης, καὶ δεήθητι τοῦ θεοῦ. εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι ἡ ἐπίνοια τῆς καρδίας σου. εἰς γὰρ χολὴν πικρίας καὶ σύνδεσμον ἀδικίας ὁρῶ σε ὄντα.

Ἐκ τῆς τρίτης τῶν Βασιλειῶν.

Καὶ οὐκ ἐπέστρεψεν Ἱεροβοὰμ ἀπὸ τῆς κακίας αὐτοῦ, καὶ ἐπέστρεψε καὶ ἐποίησεν ἐκ μέρους τοῦ λαοῦ ἱερεῖς ὑψηλῶν. ὁ βουλόμενος ἐπλήρου τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ ἐγένετο τοῦτο τὸ ῥῆμα εἰς ἁμαρτίαν τῷ οἴκῳ Ἱεροβοὰμ, καὶ εἰς ὄλεθρον καὶ ἀφανισμὸν ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς.

Ἐκ τῆς τετάρτης τῶν βασιλειῶν.

Καὶ ἐπέστρεψε Νεεμὰν πρὸς Ἐλισσαιὲ, αὐτὸς καὶ πᾶσα ἡ παρεμβολὴ αὐτοῦ, καὶ ἦλθε, καὶ ἔστη ἐνώπιον αὐτοῦ καὶ εἶπεν. ἰδοὺ ἐγὼ ἔγνωκα, ὅτι οὐκ ἔστι θεὸς ἐν πάσῃ τῇ γῇ, ἀλλ' ἢ ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ λάβε τὴν εὐλογίαν παρὰ τοῦ δούλου σου. καὶ εἶπεν Ἐλισσαιὲ, ζῇ κύριος, ᾧ παρέστην ἐνώπιον αὐτοῦ εἰ λήψομαι· καὶ παρεβιάσατο αὐτὸν λαβεῖν, καὶ ἠπείθησε. Καὶ μετ' ὀλίγον. Καὶ εἶπε Γιεζῆ, τὸ παιδάριον Ἐλισσαιὲ, ἰδοὺ ἐφείσατο ὁ κύριός μου Νεεμὰν τοῦ Σύρου, τοῦ λαβεῖν ἐκ χειρὸς αὐτοῦ ἃ ἐνήνοχε. ζῇ κύριος εἰ μὴ δραμοῦμαι ὀπίσω αὐτοῦ, καὶ λήψομαι παρ' αὐτοῦ τι, καὶ ἐδίωξε Γιεζῆ ὀπίσω Νεεμὰν, καὶ μετὰ βραχύ. καὶ εἶπε Νεεμάν. λάβε διτάλαντον ἀργυρίου. καὶ ἔλαβε δύο τάλαντα ἀργυρίου ἐν δυσὶ θυλάκοις, καὶ δύο ἀλλασσομένας στολάς. καὶ μεθ' ἕτερα, καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν Ἐλισσαιὲ, πόθεν Γιεζῆ; καὶ εἶπε Γιεζῆ· οὐ πεπόρευται ὁ δοῦλός σου ἔνθα καὶ ἔνθα. καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν Ἐλισσαιὲ, οὐχὶ ἡ καρδία μου ἐπορεύθη μετὰ σοῦ; καὶ οἶδα ὅτι ἐπέστρεψεν ὁ ἀνὴρ ἀπὸ τοῦ ἅρματος εἰς συνάντησίν σου. καὶ νῦν ἔλαβες καὶ ἀργύριον, καὶ λήψῃ ἐν αὐτῷ κήπους καὶ ἀμπελῶνας καὶ ἐλαιῶνας καὶ πρόβατα καὶ βόας καὶ παῖδας καὶ παιδίσκας. καὶ ἡ λέπρα Νεεμὰν κολληθήσεται ἐν σοὶ, καὶ ἐν τῷ σπέρματί σου εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ προσώπου αὐτοῦ λελεπρωμένος ὡσεὶ χιών.

Τοῦ ἁγίου Βασιλείου ἐκ τῆς εἰς τὸν Ἡσαΐαν ἑρμηνείας.

Νόμον ἔδωκεν εἰς βοήθειαν, ἵνα εἴπωσιν, οὐχ ὡς τὸ ῥῆμα τοῦτο περὶ οὗ οὐκ ἔστι δῶρα δοῦναι περὶ αὐτοῦ. ἔστι δὲ ὁ νόμος οὐκ ἔστιν ὡς τὸ ῥῆμα τοῦτο τοῦ ἐγγαστριμύθου. οὐ γὰρ πρὸς ἀπάτην ἐπινενόηται. ὥσπερ ἐκεῖνοι μὲν ἐπ' ἀργυρίῳ μαντεύονται. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ καταγέλαστον, ὅτι καὶ ἀργύριον αὐτοῖς τελοῦσι μισθὸν τοῦ ψεύδους οἱ ἀπατώμενοι, τὸ δὲ ῥῆμα τοῦ νόμου οὐκ ἔστι τοιοῦτον, ὥστε δῶρα δοῦναι περὶ αὐτοῦ. οὐδεὶς γὰρ τὴν χάριν ἀποδίδοται. Δωρεὰν, φησὶν, ἐλάβετε δωρεὰν δότε. ὁρᾷς πῶς ἠγανάκτησε Πέτρος ἐπὶ Σίμωνι ἀργύριον ἐπὶ τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος προσκομίσαντι, τὸ ἀργύριόν σου σὺν σοὶ, φησὶν, εἰς ἀπώλειαν, ὅτι ἐνόμισας τὴν δωρεὰν τοῦ θεοῦ διὰ χρημάτων κτᾶσθαι. οὐκ ἔστιν οὖν ὁ τοῦ εὐαγγελίου λόγος ὡς τὰ πωλούμενα ῥήματα

Ex quarto Regnorum.

Et conuersus est Naaman ad Helisæum, & ipse, & omnis exercitus eius. Ecce ego cognoui quòd non est Deus in vniuersa terra, præterquam in Israël. Et nunc accipe benedictionem à seruo tuo. Et dixit Helisæus, Viuit dominus, cui adstiti coram ipso, si accepero. Et vim attulit vt acciperet, & non paruit. Et paulo post, Et dixit Giezi famulus Helisæi, Ecce dominus meus parsit Naaman Syro è manu eius accipere quæ attulit: viuit dominus, nisi ego post eum cucurrero, & ab ipso aliquid accipiam: & Giezi Naaman à tergo persecutus est. Et paulo post, Et dixit Naaman, Accipe duo talenta argenti: & accepit duo talenta argenti, in duobus canistris, & duas mutatorias vestes. Et post alia, Et dixit ei Helisæus, Vndenam Giezi? & dixit Giezi, Non est profectus seruus tuus, nec huc nec illuc. Et dixit Helisæus, Nunquid cor meum tecum ambulauit? & scio quòd vir rediit à curru in occursum tuum: & nunc accepisti argentum, & ipso acquires hortos, & vineta, & oliueta, & oues, & boues, & pueros, & puellas: & lepra Naaman adglutinabitur in te, & in semine tuo in seculum: & exiit à facie eius lepra infectus, tanquam nix.

Ex sancti Basilij interpretatione in Esaiam.

Legem dederunt in auxilium, vt dicant non vt hoc verbum, pro quo dari dona nequeunt. Hæc lex non est vt hoc verbum ventriloqui. Non enim ad fraudem excogitatum est, vt illud, sed est magistra veritatis. Ac illi quidem argento vaticinantur. Hoc est enim maximè ridiculum, quòd eis etiam mendacii mercedem pendunt qui decipiuntur. Verbum autem legis non est eiusmodi vt pro eo dona dentur. Nemo enim emit gratiam. Gratis, inquit, accepistis, gratis date. Vides quomodo Petrus aduersus Simonem indignatus sit, qui argentum ob spiritus gratiam attulerat. Argentum, inquit, tecum sit in perditionem, quia dei donũ per pecunias te acquirere putasti. Nõ est ergo sermo euangelij, vt ea quæ venduntur

Matth. 10. a.

Act. 8. c.

ventriloquorum verba. Quid enim dederit quispiam, quod eius æstimationi respondeat? Audi Dauid dubitantem, & dicentem, Quid reddam domino pro omnibus quæ mihi dedit? Nõ possunt ergo dona dari, quæ eius gratiæ æstimationi respondeãt. Vnũ donum dignũ est, eius scilicet quod donatum est custodia. Qui dat thesaurum, non petit precium eius quod donatum est, sed dignam eius quod donatum est custodiam.

Et ex eodem in Epistola ad Episcopos, qui sibi suberant, ne pecuniis ordinarent.

Existimant quidem esse peccare, simul accipere, sed non post ordinationem accipere. Accipere autem, est quãdocunque accipere. Adhortor ergo vt hũc redditum vel potius ad gehennam aditum deponatis: & ne manus eiusmodi lucris coinquinantes, vos ad sancta peragenda mysteria indignos efficiatis.

Ex vita sancti Ioannis Chrysostomi.

Accessit prolixitatis verborum causa nobis omnibus Episcopus Eusebius, sex reliquorum Episcoporum accusator, volens in communionem recipi. Contradicunt quidam Episcopi, ipsum non debere suscipi, vtpote sycophantam & calumniatorem. Ad hæc supplicauit, dicens, Quoniam causa maxima ex parte duobus annis examinata est, ad testes autem producendos dilatio data est: rogo vestram pietatem, vt hodie mihi liceat testes exhibere. Etsi enim mortuus est Antoninus Episcopus, qui argento accepto ordinauit, supersunt tamen adhuc qui dederunt, & sunt ordinati: æquum censuit præsens synodus, vt de re quæreretur. Et incipit causa à lectione Actorum quę nuper ea de re confecta fuerant. Ingressi sunt testes, & ingressi sunt sex eorum qui dederant, & ordinati fuerant. Ii à principio negabãt: sed cum testes persisterẽt, hi quidem laici, illi verò presbyteri, quibus cõfidere visi fuerant, primum quidem negabant. Postquàm autem testes cõuincebãt, & loca & tẽpora eis in memoriã redigẽtes, & eorũ quę sunt tradita formas & quãtitatem dicentes, non bene affecta eorum conscientia, sua spõte propter multũ vrgentem necessitatẽ confessi sunt, hoc modo: Dedimus,

τῶν ἐγγαστριμύθων. τί γὰρ ἄν τις δῴη ἄξιον αὐτοῦ ἀντάλλαγμα; ἄκουε τοῦ Δαβὶδ διαπορῶντος καὶ λέγοντος, τί ἀνταποδώσω τῷ κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκέ μοι; οὐκ ἔστιν οὖν δῶρα δοῦναι περὶ τούτου ἀντάξια τῆς αὐτοῦ χάριτος. ἓν δῶρον ἄξιον, ἡ φυλακὴ τοῦ δωρηθέντος. ὁ δοὺς σοι τὸν θησαυρὸν, οὐχὶ τιμὴν ἀπαιτεῖ τοῦ δοθέντος, ἀλλὰ φυλακὴν ἀξίαν τοῦ δεδομένου.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τῆς πρὸς τοὺς ὑφ' ἑαυτὸν ἐπισκόπους, ὥστε μὴ χειροτονεῖν ἐπὶ χρήμασι.

Νομίζουσι μὲν ἁμαρτάνειν, τὸ μὴ ἅμα προσλαμβάνειν, ἀλλὰ μετὰ τὴν χειροτονίαν λαμβάνειν. λαβεῖν δέ ἐστιν ὁτεδήποτε λαβεῖν. παρακαλῶ οὖν ταύτην τὴν πρόσοδον, μᾶλλον δὲ τὴν προσαγωγὴν τὴν ἐπὶ γέενναν ἀπόθεσθε, καὶ μὴ τὰς χεῖρας μολύνοντες τοῖς τοιούτοις λήμμασιν, ἑαυτοὺς ἀναξίους ποιήσητε τοῦ ἐπιτελεῖν τὰ ἅγια μυστήρια.

Ἐκ τοῦ βίου τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου.

Προσῆλθεν ὁ τῆς μακρηγορίας ἡμῖν αἴτιος τοῖς ἐπισκόποις πᾶσιν Εὐσέβιος ὁ κατήγορος τῶν ἓξ λοιπῶν ἐπισκόπων, ἀξιῶν δεχθῆναι εἰς κοινωνίαν. προσαντιλέγουσι τινὲς τῶν ἐπισκόπων, μὴ δεῖν αὐτὸν δεχθῆναι, ὡς συκοφάντην, ἐπὶ τούτοις ἱκέτευε, λέγων, ἐπειδὴ ἡ δίκη τὸ πλεῖστον μέρος ἐπὶ ἔτη δύο ἐβασανίσθη, εἰς μάρτυρας δὲ γεγένηται ἡ ὑπέρθεσις, δέομαι τῆς ὑμετέρας θεοφιλίας σήμερον παρ' αὐτὰ δοῦναί με τοὺς μάρτυρας. εἰ γὰρ καὶ Ἀντωνῖνος τετελεύτηκεν ὁ ἐπίσκοπος, ὁ λαβὼν τὸ χρυσίον καὶ χειροτονήσας, ἀλλ' οὖν γε μένουσιν οἱ δεδωκότες, καὶ χειροτονηθέντες. ἐδικαίωσεν ἡ παροῦσα σύνοδος ζητηθῆναι τὸ πρᾶγμα, καὶ ἄρχεται ἡ ὑπόθεσις ἐξ ἀναγνώσματος τῶν πρώην πραχθέντων ὑπομνημάτων. εἰσῆλθον οἱ μάρτυρες, καὶ εἰσῆλθον οἱ ἓξ τῶν δεδωκότων καὶ χειροτονηθέντων. ἐν ἀρχῇ ἠρνοῦντο, ἐπιμενόντων δὲ τῶν μαρτύρων, τῶν μὲν λαϊκῶν, τῶν δὲ πρεσβυτέρων, οἷς ἔδοξαν τεθαρρηκέναι, πρῶτον μὲν ἠρνοῦντο, ὡς δὲ οἱ μάρτυρες ἤλεγχον τόπων αὐτοὺς ὑπομιμνήσκοντες καὶ καιρῶν, καὶ τὰ εἴδη τῶν ἐνεχύρων λέγοντες καὶ τὴν ποσότητα, οὐ πάνυ καλῶς αὐτῶν διακειμένης τῆς συνειδήσεως, αὐθαίρετοι ὁμολογοῦσι δίχα πολλῆς ἀνάγκης, ὅτι δεδώκαμεν ὁμολογοῦμεν,

ὁμολογοῦμεν, καὶ γεγόναμεν τοιαύτην νομίσαντες ἀκολουθίαν εἶναι, ἵνα τῆς λειτουργίας τῆς δημοσίας ἐλευθερωθῶμεν. καὶ νῦν δεόμεθα, εἰ μὴ ἐστὶν ὅσιον ἡμᾶς εἶναι ἐν τῇ λειτουργίᾳ τῆς ἐκκλησίας· ἐπεὶ κἂν τὸ χρυσίον ὃ δεδώκαμεν, ἵνα λάβωμεν, τῶν γὰρ γυναικῶν ἡμῶν δεδώκαμεν τινὰ σκεύη. ὁ Ἰωάννης πρὸς ταῦτα ὑπέσχετο τῇ συνόδῳ, ὅτι τοῦ μὲν βουλευτηρίου ἐγὼ αὐτοὺς ἀπαλλάξω, ἀξιώσας τὸν βασιλέα. ὑμεῖς δὲ προστάξατε λαβεῖν αὐτοὺς, ὃ δεδώκασι, παρὰ τῶν Ἀντωνίνου κληρονόμων. προσέταξεν ἡ σύνοδος τὸ μὲν χρυσίον αὐτοὺς λαβεῖν παρὰ τῶν Ἀντωνίνου κληρονόμων, κοινωνεῖν δὲ ἔνδον τοῦ θυσιαστηρίου· εἶναι δὲ ἀπὸ ἱερέων, ἵνα μὴ τούτων συγχωρηθέντων ἔθος γένηται Ἰουδαϊκὸν, τὸ πωλεῖν καὶ ἀγοράζειν τὴν ἱερωσύνην. φασὶ γὰρ τὸν λυμεῶνα καὶ ψευδώνυμον πατριάρχην τῶν Ἰουδαίων κατ' ἔτος ἀμείβειν ἢ παρ' ἔτος τοὺς ἀρχισυναγώγους, ἐπὶ συλλογῇ τοῦ ἀργυρίου, ὁμοίως καὶ τὸν ζηλωτὴν τούτου τῶν Αἰγυπτίων πατριάρχην, ἵνα πληρωθῇ τὸ προφητικὸν, οἱ ἱερεῖς αὐτῆς μετὰ δώρων ἀπεκρίναντο, καὶ οἱ προφῆται αὐτῆς μετ' ἀργυρίου ἐμαντεύοντο.

& hanc esse consequentiam existimauimus, vt à ministerio publico liberaremur, & nunc rogamus, si fas est nos non esse in ministerio Ecclesiæ, saltem vt recipiamus argentum, quod dedimus. Nostrarum enim vxorum quædam vasa seu nonnullam supellectilem dedimus. Ioannes ad hæc synodo est pollicitus, Ego, inquit, eos à curia liberabo, Imperatorem precatus. Vos autem iubete eos accipere quod dederunt ab hæredibus Antonini. Præcepit synodus aurum quidem eos recipere ab hæredibus Antonini, sed intra altare communicare, & sacerdotio priuatos esse: ne his concessis sit Iudaïca vel Ægyptiaca sacerdotium vendendi, & emendi consuetudo. Dicunt enim exitiosum, & falso nomine appellatum Iudæorum patriarchā quotannis vel certis annis præteritis suos Archisynagogos mutare, vt ex eo pecuniam colligat. Similiter & eius æmulatorem Ægyptiorum patriarcham: vt propheticum illud impleretur: Sacerdotes ipsorum cum donis responderunt, & prophetæ ipsorum cum argento diuinauerunt.

Mich. 3. d.

Ἐκ τῶν κανόνων τῶν χλ'. ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Χαλκηδόνι συνελθόντων.

Ex canonibus DC.XXX. *sanctorum patrum, qui Chalcedone conuenerunt.*

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἐπὶ χρήμασι χειροτονίαν ποιήσαιτο, καὶ εἰς πρᾶσιν καταγάγῃ τὴν ἄπρατον χάριν, καὶ χειροτονήσῃ ἐπὶ χρήμασιν οἰκονόμον, ἢ ἔκδικον, ἢ παραμονάριον, ἢ ὅλως τινὰ τοῦ κανόνος, δι' αἰσχροκέρδειαν οἰκείαν, ὁ τοῦτο ἐπιχειρήσας, ἐλεγχθεὶς κινδυνευέτω περὶ τὸν οἰκεῖον βαθμὸν, καὶ ὁ χειροτονούμενος μηδὲν ἐκ τῆς κατ' ἐμπορείαν ὠφελείσθω χειροτονίας, ἢ προβολῆς, ἀλλ' ἔστω ἀλλότριος τῆς ἀξίας ἢ τοῦ φροντίσματος, οὗπερ ἐπὶ χρήμασιν ἔτυχεν. εἰ δέ τις καὶ μεσιτεύων φανῇ τοῖς οὕτως αἰσχροῖς καὶ ἀθεμίτοις λήμμασι, καὶ οὗτος, εἰ μὲν κληρικὸς, τοῦ οἰκείου ἐκπιπτέτω βαθμοῦ, εἰ δὲ λαϊκὸς ἢ μονάζων, ἀναθεματιζέσθω.

Si quis Episcopus pecuniis ordinationem fecerit, & non venalem gratiam ad venditionem deduxerit, & œconomum, vel defensorem, vel paramonariū pecuniis ordinauerit, vel omnino aliquem ex canone, sui turpis quæstus gratia, qui id aggressus esse conuictus fuerit, de proprio gradu in periculum veniat: & qui ordinatus fuerit, nihil ex ordinatione vel promotione, quæ instar mercaturæ facta est, iuuetur: sed sit alienus à dignitate vel curatione, quam pecuniis adeptus est. Si quis autem sequester seu mediator fuerit tam turpibus, & nefariis lucris, hic quoque si sit quidem clericus, à proprio gradu excidat, sin autem laicus vel monachus, anathematizetur.

Ἐκ τῆς ἐγκυκλίου ἐπιστολῆς Γενναδίου τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως καὶ τῆς σὺν αὐτῷ συνόδου.

Ex Gennadij sanctissimi archiepiscopi Constantinopolitani vulgata epistola, & synodi quæ fuit vnà cum ipso.

Ἔστω τοίνυν καὶ ἔστιν ἀποκήρυκτος, καὶ πάσης ἱερατικῆς ἀξίας καὶ λειτουργίας ἀλλότριος, καὶ τῇ κατάρᾳ ἀναθέματος ὑποκείμενος

Sit itaque, & est abdicatus, & ab omni sacerdotali dignitate, & ministerio alienus, & anathemati maledictionis

obnoxius, tam qui se hoc sacerdotium pecuniis acquirere posse putat, quàm qui se pecuniis id præbere pollicetur, siue sit clericus, siue laicus, siue hoc facere conuincatur, siue non. Neque enim fieri potest vt ea coniungantur, quæ coniungi non possunt, nec vt mammona cum Deo conueniat, vel vt qui ei seruiunt, Deo seruiant. Hæc est dominica, & minimè dubia sententia: Non potestis Deo seruire, & mammonæ.

Ex canonibus sanctæ sextæ synodi.

Eos qui ordinantur datis pecuniis, siue Episcopos, siue clericos cuiusmodicumque & non ex vitæ examinatione siue electione, deponi iubemus, sed & eos etiam qui ordinauerunt.

Audiamus hæc, omnes auscultemus, non solum antistites, sed & qui in clero connumeramur, & omnes qui terram habitant. Oportet enim nos iis quæ audita fuerint, mentem diligentius adhibere, ne forte diffluamus: quoniam non corruptibilibus auro vel argento empti sumus ex vana, & inani à patribus tradita conuersatione, sed precioso sanguine tanquam agni puri, & immaculati Christi. Sic nos quoque doce vir sanctissime, & scripturæ, & Euangeliorum, & Apostolorum, & canonum, & patrum præcepta sequi. Verbis enim oris vestri paremus. In altum montem conscende: exalta in fortitudine vocem tuam: ambula in dilatationibus: prædica cum libertate, vt tollatur, & ad interitum deducatur quæ pecuniis facta est per manuum impositionem ordinatio, & quicquid eam propter auaritiam, iniustitiam & mercaturam, turpis lucri gratia consequitur. Ea enim, cum iis quæ cum illa conueniunt sublata ex peculiari populo qui à nomine Christi est appellatus, & redemptionem gratis est assecutus, omnia vitij inquinamenta, quæ consequuntur, funditus excisa sunt: & sacerdotes vt palma florebunt, Christi bonum odorem iis qui seruantur inspirantes, & Ecclesiæ epinicion canentes. Abstulit Deus à te iniquitates tuas, præterea autem & eos qui decerpuntur fructus, dulces efficientes, & ipsos in senecta vberi multiplicantes, beatæ illius inquam, & immaculatæ vitæ hæredes ostendentes.

A ὅ, τε κτᾶσθαι ταύτην τὴν ἱερωσύνην διὰ χρημάτων οἰόμενος, καὶ ὁ ταύτην παρέχειν ἐπὶ χρήμασιν ὑπισχνούμενος, εἴτε κληρικὸς, εἴτε λαϊκὸς εἴη, κἂν ἐλέγχοιτο, κἂν μὴ ἐλέγχοιτο ποιεῖν. οὐ γὰρ οἷόν τε συμβιβασθῆναί ποτε τὰ ἀσύμβατα, οὐδὲ θεῷ συμφωνῆσαι τὸν μαμωνᾶν, ἢ τοὺς τούτῳ δουλεύοντας, δουλεῦσαι θεῷ. δεσποτικὴ καὶ αὕτη ἐστὶν ἀπόφασις ἀναμφίλεκτος, οὐ δύνασθε θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ.

Ἐκ τῶν κανόνων τῆς ἁγίας συνόδου.

Τοὺς ἐπὶ χρήμασι χειροτονουμένους, εἴτε B ἐπισκόπους ἢ οἱουσδήποτε κληρικοὺς, καὶ οὐ κατὰ δοκιμασίαν καὶ τοῦ βίου αἵρεσιν, καθαιρεῖσθαι προστάσσομεν. ἀλλὰ καὶ τοὺς χειροτονήσαντας.

Ἀκούσωμεν ταῦτα πάντες, ἐνωτισώμεθα, οὐ μόνον ἀρχιερεῖς, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐν τῷ κλήρῳ καταριθμούμενοι, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην. δεῖ γὰρ περισσοτέρως ἡμᾶς προσέχειν τοῖς ἀκουσθεῖσι, μή ποτε παραρρυῶμεν. ὅτι οὐ φθαρτοῖς χρυσίῳ ἢ ἀργυρίῳ ἠγοράσθημεν ἐκ τῆς ματαίας πατροπαραδότου ἀναστροφῆς, ἀλλὰ τιμίῳ αἵματι, ὡς ἀμνοῦ ἀμώμου καὶ ἀσπίλου, Χριστοῦ. οὕτω καὶ ἡμᾶς δίδαξον ἀνὲρ ἱερώτατε ἕπεσθαι C τοῖς γραφικοῖς καὶ εὐαγγελικοῖς καὶ ἀποστολικοῖς τε καὶ πατρικοῖς παραγγέλμασι. πειθόμεθα γὰρ τοῖς ῥήμασι τοῦ στόματος ὑμῶν, ἐπὶ τὸ ὑψηλὸν ἀνάβηθι, ὕψωσον ἐν ἰσχύϊ τὴν φωνήν σου πορεύθητι ἐν πλατισμῷ, κήρυξον μετὰ παρρησίας, ὅπως ἐξαρθῇ, καὶ εἰς ἀφανισμὸν οἰχήσηται, ἡ διὰ χρημάτων χειροθεσία, καὶ πᾶν εἴ τι διὰ φιλαργυρίαν ταύτῃ ἀδικίαν τε καὶ ἐμπορείαν αἰσχροκερδῆ παρέπεται. ταύτης γὰρ μετὰ τῶν συστοιχούντων αὐτῇ ἐξαιρουμένης ἐκ τοῦ περιουσίου λαοῦ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ κεκλημέ- D νου, καὶ δωρεὰν τυχόντος τῆς ἀπολυτρώσεως, πάντα τὰ τῇ κακίᾳ συνεπόμενα μιάσματα πρόρριζα συνεκτμηθήσονται, καὶ οἱ ἱερεῖς ὡς φοίνιξ ἀνθήσουσι, Χριστοῦ εὐωδίαν τοῖς σωζομένοις ἐμπνέοντες καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπινικίως προσᾴδοντες· περιεῖλε κύριος ἐκ σοῦ τὰ ἀδικήματά σου, ἔτι δὲ καὶ τοὺς δρεπομένους καρποὺς γλυκάζοντες. πληθύνοντές τε αὐτοὺς ἐν γήρᾳ πίονι, τῆς μακαρίας ἐκείνης λέγω καὶ ἀκηράτου ζωῆς κληρονόμους ἀναδεικνύντες.

Ἑρμηνεία.

Ἡ ἐπιστολὴ αὕτη κατεσκευάσθη ἀπὸ γραφικῶν καὶ κανονικῶν ἀποδείξεων, διαλαμβάνουσα χείρονα τῶν πνευματομάχων ἁμαρτάνειν, τοὺς ποιοῦντας χειροτονίας διὰ χρημάτων, καὶ πωλοῦντας τὴν χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματος. οἱ μὲν, δοῦλον τοῦ θεοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγουσιν. οὗτοι δὲ δοῦλον ἑαυτῶν ποιοῦσι τοῦτο διὰ τὴν πρᾶσιν. ἐκεῖνα γάρ τις πωλεῖ, τὰ οἰκεῖα. παρεικάζει δὲ τούτους καὶ τῷ προδότῃ Ἰούδᾳ, ὡς τολμῶντας πωλεῖν τὸ ἅγιον πνεῦμα, τὸ ὁμοούσιον τῷ Χριστῷ καὶ θεῷ ἡμῶν. ὀφείλεις δὲ εἰδέναι ὅτι τὸ, ἱερεῖς λαλήσατε εἰς τὴν καρδίαν Ἱερουσαλὴμ, ἐκ τῆς προφητείας ἐστὶ τοῦ Ἡσαΐου· τὸ, ὁ σκοπὸς ἐὰν ἴδῃ τὴν ῥομφαίαν καὶ τὰ ἑξῆς, τοῦ Ἰεζεκιήλ. τὸ, καθαροί ἐσμεν ἀπὸ τοῦ αἵματος τῶν παραβαινόντων τὰς κανονικὰς διατάξεις, ἐκ τῶν πράξεων τῶν Ἀποστόλων, ἤτοι ἐκ τῆς πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους τῶν Ἐφεσίων διαταγῆς τοῦ μεγάλου Παύλου. τὸ, ὡς τὸν Σίμωνα τὸν μάγον κατακρίνεσθαι τοὺς διὰ χρημάτων χειροτονουμένους, ἐξελήφθη ἀπὸ τοῦ κθʹ. ἀποστολικοῦ κανόνος. τὸ, νῦν φησι Κύριος, ἀλλ' ἢ τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς πρώτης τῶν βασιλειῶν. τὸ, ὃ οὐκ ἔλαβον οὐδὲ ἔχουσιν, ἀπὸ τῆς πρὸς Κορινθίους πρώτης ἐπιστολῆς. τὸ, οὐκ ἔστι σοι μερὶς, οὐδὲ κλῆρος ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ, ἀπὸ τῶν πράξεων τῶν Ἀποστόλων. τὸ, δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι, ἀπὸ τῆς πρὸς Τιμόθεον πρώτης ἐπιστολῆς. τὸ, ἀκούσωμεν ταῦτα πάντα καὶ ἐνωτισώμεθα, ἀπὸ τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς. τὸ, οὐ φθαρτοῖς ἀργυρίῳ ἢ χρυσίῳ ἐλυτρώθημεν, ἀπὸ τῆς πρώτης Καθολικῆς ἐπιστολῆς Πέτρου. τὸ, ἐπ' ὄρος ὑψηλοῦ ἀνάβηθι, ἐκ τοῦ Ἡσαΐου καὶ τοῦ Ὠσηέ. τὸ, οἱ ἱερεῖς ὡς φοῖνιξ ἀνθήσουσιν, ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους δευτέρας ἐπιστολῆς. καὶ τὸ, περιεῖλε Κύριος ἐκ σοῦ τὰ ἀδικήματά σου, ἐκ τοῦ Σοφωνίου.

A SCHOL. BALSAM. Hæc epistola ex scriptura & canonicis demõstrationibus composita est, tractans eos grauius peccare quàm spiritus sancti hostes, quicunque pecuniis ordinationem faciunt, & sancti spiritus gratiã vendunt. Illi enim seruum Dei sanctum spiritum esse dicunt, hi vero seruum suum illum faciunt propter venditionem. Ea enim vendit quis, quæ sua sunt. Eos autem Iudæ quoque proditori comparat, vt qui sanctum Spiritum vendere audeant, Christo & Deo nostro consubstan- B tialem. Debes autem scire, quod illud, Sacerdotes loquimini ad cor Hierusalem, est ex prophetia Esaiæ: & illud, Speculator si viderit gladium, &c. ex Ezechiele. & illud, Mundi sumus à sanguine eorum, qui transgrediuntur canonicas constitutiones, ex Actibus Apostolorum, seu ex magni Pauli constitutione ad presbyteros Ephesiorum. Illud, Tanquam Simonem Magum condẽnari eos, qui pecuniis ordinantur, ex xxix. canone Apostolico. Illud, Nũc dicit Dominus, sed eos qui me glorificãt, glorificabo, ex principio primi Regũ. C Illud, Quod non acceperunt, nec habẽt, ex prima ad Corinthios epistola. Illud, Oportet Episcopum esse à reprehensione alienum, ex prima epistola ad Timotheum. Illud, Audiamus hæc omnia, & auribus percipiamus, ex epistola ad Hebræos. Illud, Non corruptibilibus auro & argento redempti sumus, ex Petri catholica epistola prima. Et illud, In altum montem conscende, ex Esaia, & Osee. Illud Sacerdotes vt palma florebunt ex 2. ad Corinthios epistola, & illud, Abstulit Dominus abs te iniquitates tuas ex Sophonia.

EXPOSITIO EORVM QVI SVBSVNT THRONO PATIARCHALI REGINÆ CIVITATVM, EDITA regnante Imperatore domino Andronico Palæologo sene.

EPISCOPI.

		1	Cæsareæ.	2	Ephesi.
3	Heracleæ.				
4	Ancyræ.	5	Cyzici.	6	Sardium.
7	Nicomediæ.	8	Niceæ.	9	Calchedonis.
10	Philadelphiæ.	11	Thessalonicæ.	12	Adrianopolis.
13	Monenbasiæ.	14	Sidæ.	15	Sebastiæ.
16	Amaseæ.	17	Mitylenes.	18	Tyanensium.
19	Gangrorum.	20	Heracleæ Ponticæ.	21	Prusæ.

22	Pegarum.	23	Pergami.	24	Neocæsareæ.
25	Pisinus.	26	Myrorum.	27	Stauropolis.
28	Laodiceæ.	29	Synadarum.	30	Iconij.
31	Barrhœæ.	32	Pisidiæ.	33	Sylei.
34	Corinthi.	35	Athenarum.	36	Mocesi.
37	Cretæ.	38	Calabriæ.	39	Veterum Patrarum.
40	Trapezuntis.	41	Larissæ.	42	Naupactipolis.
43	Philippolis.	44	Traianipolis.	45	Rhodi.
46	Serrarum.	47	Philipporum.	48	Christipolis.
49	Hierapolis.	50	Dyrrachij.	51	Smyrnæ.
52	Mitylenæ.	53	Ioanninorum.	54	Didymatichi.
55	Lacedæmoniæ	56	Melenici.	57	Cataræ.
58	Amorij.	59	Camachi.	60	Cotyæ.
61	S. Sebastianæ.	62	Neopatrarum.	63	Apro.
64	Amastidis.	65	Chonorum.	66	Hydruntis.
67	Celtzenes.	68	Coloneæ.	69	Thebarum.
70	Pompeiopolis.	71	Russiæ.	72	Alaniæ.
73	Aeni.	74	Pharsalorum.	75	Tiberiopolis.
76	Euchenorum.	77	Cerasuntis.	78	Nacoliæ.
79	Bermij.	80	Omadytarum.	81	Apameæ.
82	Galotze.	83	Litbuni.	84	Caucasij.
85	Bydines.	86	Gotthiæ.	87	Basilæi.
88	Nazianzi.	89	Corcyræ.	90	Abydi.
91	Methymnæ.	92	Christianopolis	93	Rosij.
94	Paronaxiæ.	95	Attaleæ.	96	Zenchiæ.
97	Bosophori.	98	Bitzines.	99	Sugdaliæ.
100	Mosembriæ.	101	Arcadiopolis.	102	Selibriæ.
103	Mileti.	104	Gardicij.	105	Argorum.
106	Odristæ.	107	Pyrgij.	108	Sebastipolis.
109	Euripi.	110	Cybisti.	111	Antiochiæ.
112	Achirai.				

Hæ postea honoratæ sunt, Brysei, Gani, Chersonis, Calitzergo, Litborum, Bitzinæ, & Pyrgij, hic poni debent, vel cum Chersone. Hunc enim locum videmus hos habere hodie, eo quòd Galitzæ locus sæpe in episcopatum erectus, Russiæ dominio rursus subiiciatur. Litborum autem semen factus imperatoris illius Andronici Palæologi veteris in his rebus ambitione omnino cessauerit, tum quod valde pauci essent in Litbis Christiani, tum quòd cum sit prope Russiam, à Russiæ episcopo facile regi possit. Bitzines autem vt qui ab eo imperatore honoratus rursum contemnitur, eo quòd sit hic locus sub barbaris, & paucos in se Christianos habeat. Pyrgij verò rursus quidem tempore domini Isaac in Metropolim erectus est. Deinde rursus fuit sub Epheso. Quinetiam Pyrgij episcopus ab Ephesino ordinatus in Metropolim erectus est. Mediæ, Dramæ, Xanthiæ, hæ quoque fuere archiepiscopatus, sub domino Andronico Palæologo recens in metropolitanos erecti sunt, Zechnorum & Chij episcopus. Metropolitani quoque postea facti sunt Byzpes episcopus, Maroniæ, Garellæ, Mediæ, Dramæ, Xanthiæ, Tenedi, Probandis, Scopeli, Rædesti, Calliopolis, Macres, Peritheorij, Pytitzeæ, Hieresi, & Archiepiscopatus facti sunt Episcopatus, Hezamilij, & Tzuruloes.

SANCTI NICONIS EX EPISTOLA AD ENCLISTIVM DE INIVSTA excommunicatione.

Iniustæ pœnæ & excommunicationes.

SCIAS *autem pater, quòd diuinæ scripturæ cum diuinis canonibus definiunt, quòd iniustæ quæ imponuntur punitiones, apud deum non ligant, etiamsi pontifex eas imposuerit. Quanto magis si inferior? sicut dicit sanctus Dionysius. Qui itaque inconsiderata sententia, & intemperante animo aliquem à fidelibus separauit, eum non solum non attingit, sed in eius etiam caput recurrit, sicut sanctæ quoque synodi pronunciant, sed illæ pœnæ ligant, quæ secundum diuinos canones & leges sunt impositæ, non autem quæ secundum propriam voluntatem.*

Qui enim pœnam præter rationem imponit, ipse est segregatus, & ipse debet eam pœnam obseruare, sicut diuini & sacri canones decernunt. Magnus quoque Petrus ad Clementem, Tu quidem ea ligabis, quæ ligare oportet, & solues quæ soluenda sunt. Dicit enim sanctus quoque patriarcha Nicolaus diuinitus promotus. Habent enim antistites potestatem puniendi, sicut etiam sancta synodus definiit, vt qui ius ligandi & soluendi à deo acceperint. Sin autem antistes præter dei scopum punierit, deus eum non sequitur, & ecce inuenitur pœna, quæ ab eo infligitur iniusta, & propterea inualida. Et de sacerdotio dixit dominus Petro, Quæcunque ligaueris super terram, erunt ea etiam ligata in cælis. Vide vim verbi. Non dixit, quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata in terra, sed in cælis, vt qui excommunicat, vel deponit, vel prohibet, rem terribilem ducat, vt qui deum ad vna secum ferendam sententiam vocet, nempe qui sub eius qui est in cælis testimonio hoc agat. Iam & qui prohibetur, vel deponitur, horret, vt qui extra regnum cælorum eiiciatur. Vide, inquit, quid facis ô sacerdos, quæ inferius ligas, ea esse superius in rationes referenda existima. Non est à ratione reddenda liberum vinculum, si iniuste ligaueris. In iudicio Angelorum ostensurus es, num ira, & animi perturbatione vinculum intuleris, num vt te ipsum vlciscens. Deus enim eum qui iniustè alligatus est defendit, & vlciscitur. Qui itaque dei gregem sincere pascit, os Dei vocatus est. Dicit enim, Si quod est preciosum ab eo quod est nullius precij separaueris, eris vt os meum.

Ligandi & soluendi potestas.

DE PESSIMORVM ARMENIORVM
PESSIMA RELIGIONE.

QVÆ *ab Armeniis præter rationem fiunt, & creduntur, hæc sunt. Dicunt diuinam naturam esse patibilem, & in Aphthardocitarum hæresim inducti, trinitatem pati dicunt. Hoc autem etsi non audent apertè dicere, iis tamen quæ faciunt hoc, declarant. Tres enim cruces coniungentes, & vni ligno tanquam iugo affigentes, nominant hoc, sancta Trinitas. Adiiciunt autem sancto, atque adeò sanctissimo hymno illud, qui crucifixus es pro nobis, Petri Fullonis rabiem sequentes, & nobis quidem asserunt se de filio hoc adijcere: ipsi autem deum esse patibilem apertè sentiunt. Existimant spiritum quoque esse patre & filio minorem, sicut & paulo ante dictarum crucium mediam minorem statuunt, in spiritus typum hanc esse reuelantes. Iidem & in duarum Christi naturarum vnione confusionem decernunt. In pane quoque mystico vtuntur azymis, & in sanctum calicem aquam non immittunt, & quinto mensis Ianuarij vespere festum euangelismi celebrant, tum aliam quoque huius festi consequentiam facientes, tum etiam conueniens euangelium legentes. Mane autem Christi natalem celebrant, & in diuino sacrificio sancta Theophania: an autem eo euangelismi die venerabilissimum seruatoris nostri natalem fuisse existimantes hoc festum celebrent, incertum: manifestum autem est, quòd non sicut nos, carnem domini in dei matris vtero formatam esse existimant. Quomodo enim fieri posset vt infans vno die perfectus, completúsque nasceretur? & innumerabiles absurditates ex eo deducuntur. Sin autem existimant post xij. menses anno in eundem reuerso editum esse partum, non tam magis humanam natiuitatem, quam ab equis & asinis similem introducunt. Hæc enim animalia post annum pariunt. In festo autem sanctorum Theophaniorum non oratione, non euangelio, non hymno, non aliarum scripturarum lectione vtuntur, sed crucem tantum in aquam immergentes hoc sibi sufficere existimant. Circumcisionem autem octo diebus post Theophania celebrantes, falluntur, nescientes quòd prius circuncisus, deinde baptizatus est. Deinde cum magnus Gregorius, qui fuit magnæ Armeniæ episcopus, cauisset Armeniæ episcopum à nullo esse alio ordinandum quam ab illius temporis Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopo, vbi ipse quoque ordinatus est, & horrendæ execrationes, & anathema in eo sit intentatum qui aliter faciunt, hæc quidem illi transgrediuntur: à Syriæ autem Amerano vniuersalis eorum episcopus ordinatur. Sin autem negant magnum Gregorium hæc constituisse, ostendant nobis eius ad filios constitutiones: & os eis obturabitur. Sin autem adhuc dubitauerint, dicant si possint, cum in eos anathematis sententiam protulimus, quid ab eis factum nouimus. Quòd si ex hoc loco Chrisma non susceperunt, nec qui apud eos sunt sacerdotes, sacerdotio digni sunt. Quando enim vniuersalis eorum episcopus non ordinatur ex canonibus, quomodo qui ab eo ordinantur, fide digni habebuntur? Porro autem à sacris quoque euangeliis abstulerunt vocem, quæ dicit, Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis in terram descendentes, hoc esse imbecillitatis existimantes non diuinæ maiestatis, sed etiam historiam quæ nos docet, quòd mulier ad Iesum tanquam adultera adducta est, cum is autem*

dixisset, Qui non peccauit, lapidem in eam proiiciat, recesserunt omnes, & nec à Christo condemnata est, eiiciunt, hanc auditionem multis esse perniciosam dicentes. Comedunt autem, & in sabbatis, & in dominicis sanctæ quadragesimæ ouum, & caseum, & butyrum, & in primis eorum vniuersalis episcopus, & est apud eos canon qui dicit, Si quis butyrum, caseum, & ouum, vino & oleo non æquiualere existimet, sit anathema. Septimana quoque τῆς τυροφάγου *carne vescuntur, ieiunantes septimana, quæ est ante* ἀπόκρεω *intensis ieiuniis, præter panem & aquam, nihil aliud gustantes. Vocant autem hanc septimanam arthiburtzia: nesciunt tamen quid sibi velit vis huius nominis. Sed nonnulli quidem dicunt fuisse hoc cuiusdam Sergij ieiunium: nonnulli verò Nineuitarum. Aliqui verò Adam, quando ex paradiso deliciarum eiectus est, & hinc sine ratione ieiunare conuincuntur. Quidam autem dicunt & videtur verum esse, quod ab eis dicitur, fuisse quendam apud eos episcopum, qui vtebatur catulo, cui erat cognomen Artziburzes. Id autem præcursor, seu processor Latinè appellatur. Præcedebat enim episcopum in vrbem, vel in vicum ingressurum. Quo mortuo, septem dierum ieiunium ab episcopo constitutum est in memoriam luctus, qui fuit propter canem. sacrum autem celebrantes non solum capiti tegmen non detrahunt, sed etiam capiti cucullam adiiciunt, licet diuus Paulus apertè exclamet detectos esse debere in oratione. Venerabiles autem imagines non adorant, sed quod magis est eorum vniuersalis episcopus cum reliquis, eos qui adorant anathemate percutit. Nec crucem adorant nisi clauum in eam immiserint, & ipsam etiam baptizauerint. Postquam autem clauo fixa, & baptizata crux fuerit, & alterum duorum lignorum diuisum, & relictum fuerit, rectum scilicet, vel transuersum, id solum quod relictum est adorant. Sed & omnia ferè quæ sunt abolita legalia adhuc peragunt. Agnum enim magno dominico sacrificant, & limina inungunt, & eorum ossa comburentes, seruant cinerem cum sanguine in signum expiationis, & velum ante altare statuunt, & tintinnabula ipsi & altari appendunt. Quinetiam pro mortuis ouium & boum sacrificia peragunt: nec defunctum aliter seruandum existimant, nisi tertiis, & nonis, & quadragesimis eius diebus eiusmodi sacrificia peracta fuerint. Antequam autem eiusmodi sacrificia peragantur, sales benedicentes dant bestiis in nutrimentum, & super earum etiam capita dicunt quasdam orationes, & eas mactant. Nominant autem hæc sacrificia, Natalitia. Si qui autem aliquid eorum negant, eum qui hoc facit anathematizant.*

TIMOTHEI PRESBYTERI SANCTISSIMÆ MAGNÆ ECCLESIÆ, ET VASORVM CVSTODIS SACROsanctæ Deiparæ, quæ est in Calchopratæis de differentia eorum qui accedunt ad sanctissimam nostram fidem.

INVENIMVS *tres ordines eorum qui ad sanctam dei catholicam & Apostolicam ecclesiam accedunt, sanctißime sacrorum comminister Ioannes, & mihi omnium dilectißime: & primus quidem ordo est eorum qui sancto baptismate indigent. Secundus autem eorum qui non baptizantur, sed sancto baptismate inunguntur. Tertius autem eorum qui nec baptizantur, nec inunguntur, sed solum anathematizant suam & propriam hæresin. Et qui baptizantur quidem sunt hi, Tascodrugi, Marcionistæ, seu Artotyritæ, Saccophori, Apotactitæ, Valentini, qui etiam Basilidij, & Hermæi appellantur, Nicolaitæ, Montanistæ, Pepuzeni, Manichæi, Eunomiani seu Anomij, Paulianistæ, qui etiam à Paulo Samosateno, Photiniastæ à Photino Syrmij episcopo, Sabelliani, Cerinthiani à Cerintho, Menandriani, Ebionæi, Simoniani à Simone Mago, Carpocratiani, qui à Carpocrate: Saturniani, & qui ab impio Marco initium duxere, Et qui ab Apelle, & qui à Theodoto Coriario, Helcesaitæ qui à Nepote, qui à Pelagio & Cælestino & Melchisedechitæ. Qui autem sancto Chrismate vtuntur, sunt hi, Thessaresdecitæ, seu Tetraditæ, Nouatiani, seu Sabbatiani, Arriani, Macedoniani, Apolinaristæ. Qui neque inunguntur, neque baptizantur, sed suam & omnem hæresin anathematizant, sunt ij, Meletiani schismatici, qui à Meletio schismatico orti sunt. Hi quidem non habent malam opinionem, sed proprium schisma anathematizant. Nestoriani, Eutychianistæ, & eorum socius Dioscorus, Seuerus, Iacobus, & reliqui acephali. Marcianistæ qui à Marciano Trapezita, Messaliani, qui etiam Euchitæ, & Enthusiastæ, & Choreutæ, Lampetiani, Adelphiani, & Eustathiani, Aposchistæ, qui & Doxarij, & Anthroproscoptæ. Iam verò videmus in magnis, & vniuersalibus ecclesiis seu patriarchatibus, & metropolibus, & reliquis, quòd & Armenios & Iacobitas & Nestorianos,*

Chrisma sanctum.

reliquos Acephalos, & quicunque eis similes ad fidem orthodoxam conuertuntur, inungunt, & non baptizant, eorum solum duces auctorésque anathematizantes, & hoc propter iustas causas nuper necessario constitutum est. Nos ergo his omnibus cum prudentissimis patribus consideratis, ita etiam ab eis docti sumus, quod quemadmodum catholica ecclesia pridem accepit, & sicut nostra testimonium prohibens consuetudo in patriarchatibus, & in metropolibus seruata est, ita etiam nos quoque sequi oportet.

METHODII SANCTISSIMI PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI CONSTITVTIO, DE IIS qui abnegauerunt per diuersos modos & ætates.

Si puer quidem comprehensus fuerit, & abnegauerit, seu metu, seu ignorantia, & inscitia, is propiciatorias preces septem diebus accipiat, & octauo die lauetur, & à lauacro linteo accinctus Chrismate inungatur, vt solent inungi qui baptizantur, & ferat vestes nouas secundum ordinem eorum qui illuminantur. Sin autem sint adolescentes, vel senes seniove confecti, si quidem per tormenta negauerunt, clementer ac benigne cum eis agatur: sed duas quadragesimas ieiunent, vacantes orationibus, & genuum flexiones, assiduasque preces peragentes. Duarum autem quadragesimarum fine appropinquante, octo diebus preces propiciatorias accipiant, & sub omnibus qui inueniuntur cum sacerdote qui pro eis deum placat, eas faciant, & dicant intensa voce, Kyrie eleison centies, & sicut superius statuimus, lauentur, & vngantur secundum priorem constitutionem: & celebrato sacrificio sacrosanctis mysteriis digni habeantur, vacantes ecclesiæ & sacrorum celebrationi octo diebus. Si qui autem sua sponte ad negandum transfugerunt, ij quidem habent canonem terribilem, sed propter commiserationem duos annos ieiunent à carnium, & casei, & ouorum esu, & à vino abstinentes, genuum inflexiones facientes, si sint quidem iuuenes & robusti, quotidie centum diebus ducenties dicentes, Kyrie eleison. Duobus autem annis expletis ante octo dies preces propitiatorias accipiant, & quæ sequuntur, vt prius statutum est, in ipsis fiant, siue sint viri, siue mulieres, modo sint perfectæ ætate.



ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου ἐκ τῆς δ'. πρὸς τὸν Ναυκράτιον ἐπιστολῆς.

Ἃ δὲ ἐπεζήτησας ἀποκριθῆναί με περί τε τῶν αἱρέσεων καὶ βαπτισμάτων κατ' ἔπος, ἐπιστολῆς ὑπερβαίνει μέτρον. καὶ πάλιν περιττολογεῖν ἐστι ταῦτα ἀφηγήσασθαι ἃ ὁ θεοφόρος Ἐπιφάνιος ἐξεῦρε καὶ διέγραψεν, ὡς οὐδεὶς τῶν πατέρων. ἔντυχε οὖν τῇ περὶ αὐτῶν ἱερᾷ αὐτοῦ βίβλῳ. κἀκεῖσε διαγνώσεσθαι ἃ μαθεῖν ἐφίεσαι. παρέξοι δὲ αὐτὴν ἐν χερσί σου ὁ καλὸς Εὐτρεπιανός. τὸ δὲ τῶν βαπτισμάτων συντομώτερον ἀποκριθήσομαι. τριχῆ διῄρηται τὸ θεώρημα· βαπτίζονται μὲν γὰρ Μαρκιωνισταὶ, Τασκοδρουγγοὶ, Μανιχαῖοι, καὶ οἱ σύστοιχοι αὐτῶν ὁμοῦ ἕως τῶν Μελχισεδεκιτῶν αἱρέσεις εἴκοσι πέντε. χρίονται δὲ τῷ ἁγίῳ μύρῳ Τεσσαρε-



SANCTI THEODORI STVDITÆ EX IIII. epistola ad Naucration filium.

Ex apographo ms. P. Iacobi Sirmōdi, in quo hæc erat epistola quadragesima libri I.

Qvæ autem à me petiuisti vt sigillatim responderem de sectis, & baptismis, ea mensuram epistolæ excedunt, rursúsque superuacaneum est recensere quæ diuinus Epiphanius inuenit, & ita conscripsit, vt nemo ex patribus melius. Accede ergo ad sacrum eius librum, & quæ scire desideras, illic discernes melius. Eum autem tibi in manus præbuerit egregius Eutrepianus. De baptismis autem breuiter tibi respondebo. Contemplatio tripliciter diuiditur. Baptizantur autem Marcionistæ, Tascodrugi, Manichæi, & qui sunt eiusdem ordinis vsque ad Melchisedechitas, xxv. hæreses. Inunguntur autem sacro chrismate Te-

Qui hæretici baptizantur.

Qui hæretici inunguntur solum.

traditæ, Nouatiani, Arriani, Macedoniani, Apolinaristæ, simul quinque. Qui verò nec baptizantur, nec vnguntur, sed solum propriam & omnem aliam hæresin anathematizant, Meletiani, Nestoriani, Eutychianistæ, & qui sunt eiusdem ordinis vsque ad hæresin quæ hic est, à me in præsentia non numerati, eo quòd Acephali sint multiplices, & ne nimis crescat epistola. Quod autem dixisti canonem non distinguere, sed definitiuè pronunciare, eos qui ab hæreticis ordinati sunt, vel baptizati, nec clericos esse posse, nec fideles, illud cogita quòd Apostolicus quidem canon illos dicit hæreticos, qui non in nomine patris, & filij, & spiritus sancti baptizati sunt, vel baptizant. Porro autem id quoque à magni Basilij voce docemur. Dicit enim hæreses eas quæ omnino abruptæ sunt, & aduersus ipsam fidem alienatæ. Schismata autem, eos qui propter aliquas causas ecclesiasticas, & quæstiones, quibus potest remedium adhiberi, inter se dissident. Parasynagogas autem, congregationes quæ à parere recusantibus presbyteris, vel episcopis, vel populis insolentibus fiunt. Et ipse quidem primi exemplum afferens, dicit ad Amphilochium, Quámnam enim habent rationem, vt Pepuzenorum baptisma esse iudicetur, qui baptizant in patrem, & filium, & Montanum, & Priscillam? Neque enim baptizati sunt qui in ea quæ nobis tradita non sunt, baptizati sunt. Eos ergo & qui cum eis sentiunt canon, & patres, vt dicit diuinus Basilius, hæreticos nominauit. Secundi autem exemplum rursus dicit sanctus Basilius, Cathari sunt, & ipsi ex iis qui abscissi sunt, seu schismatici. Sinautem dixeris, Et quomodo dicuntur ij quoque hæretici, & omnes posteriores? Hoc dicimus, & ita intelligimus. Primi autem sunt propriè hæretici, eo quòd in ea quæ sunt principalia nostræ fidei, trinitatem scilicet, impietatem suam declararunt. Secundi autem abusiuè, & vt qui sunt ex primis deriuati, qui confitebantur quidem se in trinitatem credere, & baptizare in separata proprietate vniuscuiusque personæ, & non tanquam trium vna sit, licet in aliis hæreticum quid assererent. Tertij exemplum ipse rursus dicit sanctus: vt si quis criminis conuictus à ministerio suspensus sit, & canonibus non cesserit, sed primam sibi sedem & mi-

A καιδεκατῖται, Ναυατιανοί, Ἀρειανοί, Μακεδονιανοί, Ἀπολιναρισταί, ὁμοῦ πέντε. οἱ δὲ μήτε βαπτιζόμενοι, μήτε χριόμενοι, ἀλλὰ μόνον ἀναθεματίζοντες τὴν ἰδίαν καὶ πᾶσαν ἄλλην αἵρεσιν, Μελετιανοί, Νεστοριανοί, Εὐτυχιανισταί, καὶ οἱ τούτων ὁμόστοιχοι, μέχρι τῆς δεῦρο αἱρέσεως τῶν ἀριθμῷ οὐχ ὑποβαλλόμενοί μοι κατὰ τὸ παρὸν διὰ τὸ πολυσχιδὲς τῶν ἀκεφάλων, καὶ τὸ ὑπερτινὲς τῆς ἐπιστολῆς. τὸ δὲ εἰρηκέναι σε μὴ διακρῖναι τὸν κανόνα, ἀλλ' ὁριστικῶς ἀποφᾶναι τοὺς ἀπὸ αἱρετικῶν χειροτονηθέντας, ἢ βαπτισθέντας, οὔτε κληρικοὺς εἶναι δυνατὸν, οὔτε πιστοὺς, ἐκεῖνο λογίζου· ὅτι αἱρετικοὺς ὁ ἀποστολικὸς κανὼν ἐκείνους ἔφη, τοὺς μὴ εἰς ὄνομα πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος βαπτισθέντας ἢ βαπτίζοντας. καὶ τοῦτο ἐκ θείας φωνῆς τοῦ μεγάλου Βασιλείου διδασκόμεθα. φησὶ γὰρ αἱρέσεις μὲν τὰς παντελῶς ἀπερρηγμένας, καὶ κατ' αὐτὴν τὴν πίστιν ἀλλοτριωμένας. σχίσματα δὲ, τοὺς δι' αἰτίας τινὰς ἐκκλησιαστικὰς καὶ ζητήματα ἰάσιμα πρὸς ἀλλήλους διενεχθέντας· παρασυναγωγὰς δὲ, τὰς συνάξεις τὰς παρὰ τῶν ἀνυποτάκτων πρεσβυτέρων ἢ ἐπισκόπων ἢ τῶν ἀπαιδεύτων λαῶν γινομένας. καὶ τοῦ μὲν πρώτου αὐτὸς ἐπιφέρων ἓν παράδειγμα φησὶ

C πρὸς τὸν ἅγιον Ἀμφιλόχιον· τίνα οὖν λόγον ἔχει τὸ τῶν Πεπουζηνῶν βάπτισμα ἐγκριθῆναι τῶν βαπτιζόντων εἰς πατέρα, καὶ υἱὸν καὶ Μοντανὸν ἢ Πρίσκιλλαν; οὐ γὰρ ἐβαπτίσθησαν οἱ εἰς τὰ μὴ δεδομένα ἡμῖν βαπτισθέντες. τούτους οὖν καὶ τοὺς κατ' αὐτοὺς ὁ κανὼν καὶ οἱ πατέρες, ὡς φησὶν ὁ θεῖος Βασίλειος, αἱρετικοὺς ὠνόμασαν. τοῦ δὲ δευτέρου παράδειγμα πάλιν φησὶν ὁ θεῖος Βασίλειος, οἱ Καθαροὶ καὶ αὐτοὶ τῶν ἀπεσχισμένων εἰσίν. εἰ δὲ φαίης, καὶ πῶς λέγονται αἱρετικοὶ καὶ οὗτοι καὶ

D πάντες οἱ μεταγενέστεροι; τοῦτο λέγομεν καὶ νοοῦμεν. οἱ μὲν πρῶτοι κυρίως αἱρετικοὶ, διὰ τὸ εἰς αὐτὸ τὸ κεφάλαιον τῆς τριαδικῆς ἡμῶν πίστεως ἠσεβηκέναι. οἱ δὲ δεύτεροι κατὰ κατάχρησιν, καὶ ὡς ἐκ πρώτων παρηγμένοι, ὁμολογοῦντες μὲν ὅμως εἰς τριάδα καὶ πιστεύειν καὶ βαπτίζειν ἐν ἰδιώματι ἐκείνῳ τῆς ἑκάστης ὑποστάσεως, καὶ οὐχὶ μιᾶς τῶν τριῶν ἐπάρχουσι, κἂν ἐν ἄλλοις ἠρέτιζον. τοῦ τρίτου παράδειγμα αὐτὸς ὁ ἅγιος πάλιν φησὶν, οἷον εἴ τις ἐν πταίσματι ἐξετασθεὶς ἐπεσχέθη τῆς λειτουργίας. καὶ μὴ ὑπέκυψε τοῖς κανόσιν. ἀλλ' ἑαυτῷ ἐξεδίκησε τὴν προεδρίαν. καὶ τὴν λει-

τουργίαν. καίγε ὡς οἱ δεύτεροι ὁμώνυμοι τοῖς πρώτοις· οὕτω οἱ τρίτοι ὁμώνυμοι τοῖς δευτέροις. ἀμέλει τοὺς Μελετιανοὺς σχισματικοὺς οἱ πάλαι καλοῦσι, Μελετίῳ τῷ σχισματικῷ συναπαχθέντας, καί τοι μὴ ὄντας κακοδόξους. ἀναθεματίζοντες γὰρ τὸ ἴδιον σχίσμα ὥς φασι, δεδεγμένοι εἰσὶ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ. ἔοικε δὲ σειρά τις εἶναι δαιμονοπλόκος ἡ καθόλου αἵρεσις ἑτέρα τῆς ἑτέρας ἐχομένη· καὶ ὡς ἐκ κορυφῆς μιᾶς ἐξηρτημένων ἁπασῶν τῆς ἀσεβείας καὶ ἀθείας κἂν ἑτερωνυμίᾳ, καὶ χρόνῳ, καὶ τόπῳ, καὶ ποσότητι, καὶ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ διαφέρωσιν. ἐπεὶ καὶ πολλαὶ καὶ διάφοροι αἱ τούτων πρὸς ἄλληλα ἐνέργειαι, δυνάμεις, ἰδιότητες, θέσεις τε καὶ τιμαί.

A *nisterium vendicauerit. Ac vt secundi quidem idem nomen cum primis sortiti sunt, ita etiam tertij cum secundis. Certè Meletianos antiqui schismaticos appellant, qui à Meletio schismatico abducti erant, licet non essent cacodoxi. Proprium enim schisma, vt aiunt, anathematizantes, à catholica ecclesia suscepti sunt. Videtur autem omnino hæresis esse quædam catena à dæmone contexta, alia alij connexa, omnibus tanquam ab vno vertice impietatis appensis, etiam si diuersas cognominationes sortitæ, & loco, &* B *tempore, & quantitate, & qualitate, & potentia, & actu differant. Nam nec hoc quidem corpus vnum est membrum, sed multa: & diuersæ sunt eorum inter se potestates, operationes, proprietates, & situs, & honores.*

EX NOMOCANONE NESTEVTÆ.

De confessione.

OPORTET *eum qui confessiones suscipit, videre & adolescentiam, & vires senectutis, & imbecillitatem, & loci differentiam, & modi per quem malum factum est, & an capto consilio ac præmeditato, an casu factum est, & an ex vino, vel ex satietate, vel non sic, sed vel metu, vel immoderata potestate, vel paupertate, & quæ sunt his similia. Is qui confessiones audit, debet examinare, & horam, & locum, & vitam, & prudentiam. Similiter & contritionem, & pudorem, & tristitiam, & metum, & fidei constantiam, vel inconstantiam, & misericordiam: similiter & doctum & indoctum, diuitem & pauperem, seruum & liberum, nobilem & ignobilem, & militem, & eum qui sanctum amictum suscepit, & qui in eis immoritur. Similiter & contemptorem, ac impudentem, & qui potest humiliari. Hæc omnia debet examinare qui audit confessiones, & sic pœnas iniungere: si autem hæc quidem semel vel bis, vel ter fecerit, & sint intra triginta annos ætatis, sunt omnino misericordia digni: etiam si ea valde magna sint. Sin autem xxx. annos superauerint, ij multis condemnationibus digni fuerint, etiam si ea sint multo minora. Debet etiam hoc quoque perscrutari, an sæpe peccauerit, an etiam ad senectutem vsque in eo sit enutritus. Et quæcunque sunt quidem præter naturam, vt cædes voluntariæ, adulteria, puerorum, virorúmque concubitus, iumentorum volucrúmve initus & incestus quoque & magni & parui. Similiter & si vt in consiliolas & filios ipsos peccaretur sustinuit, & quæcunque sunt eiusmodi, vel his etiam maiora æqualem habent punitionem. Cautum enim est ac prouisum, vt excommunicationis segregatio ad sex annos, & septem, & octo, & nouem, & decem extendatur. Quæcunque autem sunt secundum naturam, vt fornicationes, cædes inuoluntariæ, stupra, periuria, & quæcunque sunt eiusmodi ad annum vnum, & duos, & tres puniuntur: & qui minoris quidem sunt habitus monachi, & monachæ fornicantes, vt fornicatores iudicantur. Qui autem maioris sunt habitus, vt adulteri. In hoc autem toto pœnitentiæ tempore, in Christi natiuitate & epiphania, & in tribus Paschæ diebus, vel in magna quinta feria, & magno sabbato, & magno dominico, & in memoria sanctorum Apostolorum, pro communione participes existant sanctificationis illuminationum, & sic ieiunium soluant, alij quidem caseo, & ouis, mundani verò carne. Antea enim diximus quod est in eorum, qui confessiones audiunt potestate, vel leues vel graues pœnas imponere. Eius enim qui confitetur certa & indubitata fides, & eorum quæ habet elargitio, quam beatus Paulus fidei fructum appellat, eiúsque qui audit confessionem circunspecta cognitio, prudénsque iudicium, & de summo iure remittens leuitas, scit omnia leuiora facere, quæ ad cibum & potum, precésque & communionem pertinent, maximè si contingat, vt qui confitetur ante confessionem peccatum absciderit, vel si etiam confitens à confessione abscindat. Sunt enim multi qui confitentur, & dolore afficiuntur, sed tamen vel natura, vel malignitate, vel mala consuetudine rursus labuntur & in peccata incidunt. Hi ergo debent semper confiteri quoties ceciderint etiam si iniunctas pœnas compleuerint, quas ab eo qui ipsos ligauit acceperunt, nunquam autem*

communicare. Sin autem eorum omnino misereris, communicabunt: cauendum est tamen ne communicent, donec peccatum absciderint. Misericordiæ enim gratia sic quoque digni habebuntur. Quoniam autem sunt nonnulli, qui vi habitus ne in magna quidem quadragesima se possunt à peccatis continere, ipsi quoque sæpe mulieres habentes, oportet postquam ipsi pœnas iniunctas peregerint, si multum tempus præterierit, nec potuerint communicare, eo quòd in peccata semper incidant, in sancta quidem quadragesima se à peccato continere, & sic cum timore & tremore tribus Paschæ diebus communicent. Hoc autem dicimus, eo quòd dubitetur ne à carnis pollutionibus nunquam abstinere potuerunt, & non quòd alia fiat differentia. Si autem hi in quadragesima in mollitiem inciderint, ne sic quidem communicent. Similiter & monachi, vel etiam alij concertatores, si in id ipsum in quadragesima inciderint, caueant à communione: est enim affectio miserabilis, & potentissima, & quæ difficiliter auelli potest, etiamsi solis quadraginta diebus non communicare eos debere, qui in id incidunt, à patribus canonicè cautum est. id tamen verum est in aliis quidem anni, non in sanctæ quadragesimæ diebus. In rei autem sacræ celebratione omnes qui pœnitentiam agunt, & non communicant, diximus catechumenorum edicto debere ex templo egredi, & stare in ferula: in matutino autem, vesperis, & reliquis, templi aditum non eis esse prohibitum, quominus possint ingredi, & in eo stare si velint.

DAMASCENI EX HÆRESI MESSALIANORVM SEV EVCHITARVM.

TANTVS est autem eorum arrogantiæ fastus, vt qui sunt apud eos sensus spiritus participes, ab ipsis beati existimentur, vt perfecti, & ab omni peccato liberi, eóque superiores, ab eísque colantur, & honorentur, vt qui non sint amplius peccato subiecti, eísque omnis relaxatio, ciborúmque omnium potestas, omnéque satellitium, honorque sit eis permissus, quorum multi etiam post eiusmodi eorum perfectionis testimonium, nec eos qui extra sunt Christianos appellare dignantur, ipsi autem in multa turpia facinora, & pecuniarum furta, & fornicationes incidere visi sunt. Multa etiam alia monstrosa faciunt, vt & ipsi legitima matrimonia indiscriminatim dissoluant, eosque qui matrimonium deseruerunt tanquam ascetas assumant, beatosque appellent, & vt patris & matris ac liberorum educationis curam non gerant persuadeant, & ad omnia sua ad se portanda eos incantent: seruos autem à dominis fugientes promptè accipiant, & qui ex diuersis peccatis ad se accedunt, sine vllo fructu pœnitentiæ, sine sacerdotum auctoritate, sine gradibus qui in canonibus ecclesiasticis editi sunt, ab omni peccato quam primum purgare profiteantur: modo quis vulgo iactatam eorum orationem meditatus sortis illorum temerarius mystes fuerit, adeò vt nonnullos eorum antequam ipsos à peccatis liberauerint, ad clericorum ordinationes deducant. Episcopis fraudulenter persuadentes, vt eis manus imponant, eorum, qui ab ipsis ascetæ appellantur testimonio inescatis. Hoc autem tanto studio agunt, non vt qui clericorum gradus venerabiles iudicent, qui ipsos etiam episcopos quando volunt contemnunt, sed vt sibi potestatem aliquam, & auctoritatem comparent. In quos præter alia delicta hoc quoque confertur, quod ecclesiarum & altarium contemptum induxerunt, tanquam oporteat ascetas in ecclesiasticis congregationibus non manere, sed contentos esse precibus quæ fiunt in oratorio. Tantas enim dicebant esse eorum orationis vires, vt & sibi, & suis discipulis sanctus spiritus sensiliter appareret. Prodigiose enim iactitant, quòd oportet eos qui volunt seruari, orare, & nihil penitus agere, donec senserint peccatum tanquam fumum aliquem, vel ignem, vel draconem, vel aliquod eiusmodi animal, per orationem expulsum, & sensiliter per preces egrediens: spiritus autem sancti ingressum rursus sensiliter accipiant, & apertum in anima sensum habeant introëuntis spiritus, & hanc dicunt esse veram Christianorum communionem, adeò vt cum quidam presbyteri eis dixissent, Nos sanctum spiritum in fide habere confitemur, & non in sensu, ipsi quoque professi sunt se per orationem spiritum sanctum eis sensiliter communicaturos. Præterea manuum quoque operationem auersantur, vt quæ Christianis non conueniat. Dicunt enim se eam vt execrabilem auersari, & seipsos ideo spiritales nominant, iudicantes fieri non posse, nec etiam iustum esse, vt ij deinceps opus sensile attingant: in hoc etiam abrogantes Apostolorum traditionem.

EX HISTORIA THEODORITI, DE EADEM HÆRRESI.

HABENT autem etiam aliam appellationem quæ ex nomine deducitur. Enthusiastæ enim appellantur, id est diuino furore correpti, vt qui alicuius dæmonis operationem suscipiant, & eam esse sancti spiritus existiment. Qui autem perfectum hunc morbum suscipiunt manuum quidem operationem vt malam auersantur: se autem somno dantes, diuini spiritus afflationem somniorum imaginationis efficiunt.



SANCTI EPIPHANII EX PANARIIS DE HÆRESI EVCHITARVM.



HI verò Euchitæ sunt in Antiochia à fluuiorum intermedio perfecti. Habuerunt autem hanc perniciosam sententiam ex immoderata quorundam fratrum negligentia. Quidam enim ex nostris orthodoxis fratribus, nescientes metiri vitæ in Christo instituendæ agendæque perfectionem, nolunt renunciare mundo, & à propriis pecuniis, & possessionibus alienari, propriamque vendere, & sequi veritatem, sed potius esse ociosi, & munera deuorare, fucoque qui est inter apes assimilari, & non propriis manibus operari, vt diuus Paulus, qui cum mundo renunciasset, & esset præco veritatis, habebat manus proprias, quæ non sibi solum suppeditabant, sed & iis qui cum eo habitabant, qui nec ipsi erant ociosi, sed vnà cum illo in operatione aderant, tacitans & dicens, & apertissimè docens: Qui non operatur, non manducet. Nonnulli autem ex prædictis fratribus habuerunt hanc perniciosam sententam, quam à Mancte didicerunt, qui forte, vt ita dicam, à Perside ascenderat. Quod quidem non sic fieri oportebat, sed potius considerare quod iubet sermo diuinus, nempe fugere eos qui non operantur. Nonnullorum autem opinionem decepit sermo, qui à senatore scribitur habitus. Operamini non cibum qui perit, sed qui manet in vitam æternam. Existimant ergo esse parentem pulchram operationem cuius habemus laborem ad iustitiam quæ complebatur in Abraham per vitulum, & in labore viduæ per Heliam, & in operatione Iob per suos liberos, & possessiones, & in omnibus etiam Dei seruis, qui propriis manibus laborant ad iustitiam, vt sibi & iis qui egent suppeditent: semper enim cupit diuinitus afflata anima, & in dei spiritu confirmata, cælestes opes quæ sunt secundum iustitiam cum laude & gloria, & per diuina dogmata, diuináque sanctæ scripturæ, & dei eloquiorum meditationem, psalmodias, sanctásque synaxes, per ieiunia, & castitatem, ac rectam vitæ institutionem, & voluntariam iustitiæ gratiam per manus operationem se optime gerere, sed hæc coacti sumus dicere propter id quod à Messalinis prætexitur. Ipsi enim illinc & ex paupertate accepto arrogantiæ morbo, à veritate exciderunt, & per vim ocij aliorúmque malorum grauissima constituta est hæresis.

SANCTI NILI.

NVNQVID Angelos, vel potestates vel Christum sensiliter videre potes, lupum pro pastore suscipiens, & dæmones inimicos adorans? Vana gloria est mentis erroris initium qua mens incitata, id quod diuinum est formis, & figuris circumscribere conatur. Te autem ne hanc quidem fraudem ignorare oportet, quòd dæmones seipsos in tempore impertiunt, & si visus fueris auxilium petere, sunt deinceps in figuris angelicis innoxij, primos expellentes: vt ab ipsis decipiaris, tanquam ipsi sint sancti angeli. Dæmones nonnunquam cogitationes suggerunt, & te rursus incitant, ad eis male precandum, vel eis contradicendum, & sua sponte cedunt, vt fallaris, existimans te cepisse cogitationes vincere, & dæmones terrere. Non oportet sacerdotes iuste vel iniuste iudicare, vel eos examinare, sed & si quis in eis labitur, à deo iudicabitur, & arguetur in hoc & in futuro seculo

vel à maiori sacerdote: sacerdos non est qui pro sacerdotis dignitate non viuit. Non oportet offendi propter sacra quæ celebrantur ab improbo sacerdote: eadem autem est oblatio, & si habeat vitam impuram is qui offert. Audiendi sunt doctores, & sacerdotes dum docent, ex diuinis scilicet scripturis, vt deo placet, & non secundum proprias cupiditates, vt scriptum est, & non iudicare ipsos, etiam si malam vitam habeant: & si in fide quidem labantur, tunc non oportet credere, sed eos etiam fugere, ac iudicare. Deus quidem non omnes ordinat, sed per omnes operatur, vt seruetur populus. Assuescendo sacerdotes contemnere, deum quoque contemnimus, & quemadmodum in periculo versatur is cui secundum mundum nec exercitus, nec dignitas regia commissa est, si ea agat quæ ad regiam dignitatem pertinent, ita & qui quæ sunt sacerdotis munera aggreditur etiam si videatur iis longè sapientior.

CHRYSOSTOMI EX SECVNDA HOMILIA IN II. EPIST. PAVLI AD TIMOTHEVM.

De sacerdotibus. Morale est homil. 2. in 2. ad Timoth. ποιοῦντ τὸ τὸν διδάσκαλον χρὴ.

TALEM esse doctorem oportet, ita suorum discipulorum curam gerere, eos omnino existimare. Nunc viuimus, inquit, si vos statis in domino. Et rursus, Quæ vobis spes est, vel gaudium, vel corona gloriationis, si non & nos ante dominum nostrum Iesum Christum? Vides eum de iis sollicitum, & non minorem eorum curam gerere, quam necessariorum, vel discipulorum? Oportet enim eos patres naturales superare, & iis esse acriores, & vehementiores. Sed & filios beneuolè, amanterque in eos esse affectos oportet. Obedite enim, inquit, vestris rectoribus, & cedite, scientes quòd pro vestris animabus vigilant tanquam rationem reddituri. Dic enim mihi, Ipse est tantis periculis obnoxius. Tu autem ne vis quidem ipsi parere, etiam si quæ dicit sint in rem tuam. Et si enim sua rectè ordinauerit, si tua quoque non rectè ordinata ac composita fuerint, in discrimen vocatur, & est duplici rationi reddendæ obnoxius. Considera quantum est de vnoquoque eorum quibus præsunt, examinari, & pro iis in periculum venire. Quemuis honorem, cultum, & obseruationem tot periculis respondentem statuere. Sed nihil quod eis exæquari possit afferes, nondum enim tradidisti animam. Ipse autem hoc facit, & animam pro te ponit, & si eam non ponat hic dum tempus exigit eam illic perdit. Tu autem ne verbo quidem tenus vis ei esse subiectus. Hoc est causa omnium malorum, hinc factum est vt rectores euanuerint, quòd nullus pudor, nullus honor, nullus denique sit metus. Obedite, inquit, rectoribus, & cedite, nunc autem omnia conuersa, & confusa sunt. Non hæc dico pro solis rectoribus. Quam enim tantam vtilitatem ex vestro honore percipient, præterquam quod vos morigeros habebunt? Sed id fit propter vestram vtilitatem. Quamuis enim hi honorati fuerint, nihil id eis in futurum proderit, sed maior erit eis condemnatio, & si contumelia conuitiove affecti fuerint, nihil eis in futurum oberit, sed sui defendendi maiorem materiam habebunt, sed volo omnia vestra causa fieri. Quando enim rectores ab iis quibus præsunt honorantur, hoc quoque eis à deo allegatur, sicut & Heli dixit, Accepi te ex domo patris tui. Quando autem iniuria afficiuntur, quemadmodum in Samuel, Non me, inquit, sed te contemptui habuerunt. Quare contumelia quidem est eis lucrum, honor vero onus. Non propter eos ergo hæc dico, sed propter vos. Qui sacerdotem honorat, deum quoque honorabit. Qui autem in via incedens sacerdotem contemnere didicerit, in deum quoque aliquando erit iniuriosus. Qui vos, inquit, recipit, me recipit. Et alius alibi, Habe, inquit, in honore sacerdotes eius. Hinc didicerunt Iudæi deum contemnere, quia Mosen contempserunt quando eum lapidabant. Quando enim quispiam in sacerdotem piè affectus fuerit, multo magis in deum, & si sacerdos malus fuerit, deus qui videt quòd propter eius honorem etiam eum qui non est dignus honore colis & obseruas, ipse tibi mercedem retribuet. Si enim qui prophetam suscipit in nomine prophetæ, prophetæ mercedem accipiet, & is quoque qui sacerdotem honorat, & ei cedit. Si autem ratione hospitalitatis, cum non noris eum qui apud te diuertit, tantam mercedem accipis, si ei cui subiici iubet subijciaris, multo magis. Super Mosis, inquit, cathedram sederunt Scribæ & Pharisæi. Quæcunque ergo vobis facienda dixerint facite, secundum autem opera eorum ne facite. Nescis quid sit, sacerdos est angelus, seu nuncius domini, sua enim non dicit. Si eum contemnis, non ipsum contemnis, sed deum qui ipsum ordinauit. Et vndénam, inquit, claram euadet, quòd deus ipsum ordinauit? si hanc ergo habes opinionem, spes tua exinanita est. Si deus enim nihil per ipsos operatur, nec lauacrum habes, nec es mysteriorum particeps, nec benedictiones percipis. Non es ergo Christianus. Quomodo ergo deus omnes etiam indignos ordinat? per omnes operatur, & si sint indigni, vt populus seruetur. Si enim per asinum, & Balaam sceleratum hominem populi gratia locutus est, multo

magis

magis per sacerdotem. Quid enim non facit deus nostræ salutis gratia? Quid non loquitur? Per quem autem non operatur? Si per Iudam operatus est, & per eos qui prophetabant, quibus dicit, Nescio vos, abite à me qui operamini iniquitatem, etiam dæmones eiecit, hoc multo magis per sacerdotes efficiet. Si enim vitam rectorum sumus examinaturi, rectorum quoque & doctorum futuri sumus ordinatores, & quæ sunt superiora inferiora fiunt, superiores quidem pedes, inferius verò caput. Audi Paulum, Mihi vero minimum est vt à vobis iudicer, vel à die hominis. Et rursus, Tu quid iudicas fratrem tuum? si autem fratrem non oportet iudicare, multo magis doctorem. Si deus enim hoc præcepit, recte facis, & peccas si non facis. Sin autem contra, ne audeas hoc facere, nec septa transilire conare. Dathan, Core, & Abiron post vituli fabricationem aduersus Aaron insurrexerunt. Quid autem, an non perierunt? vnusquisque curet quæ sua sunt. Si enim peruersum habet dogma, etiam si sit Angelus, ne obedi. Sin autem recta docet, non attende vitam, sed verba. Habes Paulum, qui te verbis, & factis ad id quod opus est componit. Sed non dat, inquit, pauperibus, nec recte dispensat, vnde hoc tibi constat? Priusquam didiceris ne reprehendas, caue reddendam rationem. Multa ex suspicione iudicantur. Imitare dominum tuum. Audi eum dicentem, Descendam, & videbo an secundum eorum clamorem fiant. Sin minus, vt cognoscam. Sin autem didicisti, examinasti, & vidisti, expecta iudicem. Ne Christi ordinem præueneris. Illius est hæc examinare, non tuum. Tu es seruus vltimus, non dominus. Tu es ouis, ne sis de pastore nimium curiosus perscrutator, ne etiam propterea quòd eum accusas rationem reddere compellaris. Et quomodo, inquit, mihi dicit, quod ipse non facit? Non ipse tibi dicit. Si ei obedis, non habes mercedem. Christus ipse hæc suadet. Et quid dico? Ne Paulo quidem credendum est, si quid proprium, & si quid humanum dicat: sed Apostolo, qui habet Christum in se loquentem. Ne nos inuicem iudicemus, sed vnusquisque sua iudicet. Vitam tuam examina. Sed ille, inquit, debet esse me melior, Quare? Quia est sacerdos. Et quánam in re te non superat? An non laboribus, non periculis, non certaminibus, non afflictionibus, est te superior? Quomodo ergo cum hæc habet, non est te melior? Sin autem non est melior, dic mihi an propterea debes te ipsum perdere? Hæc sunt verba dementiæ. Quánam enim ratione non est te melior? Si furetur, inquit, & si sit sacrilegus. Quî scis ô homo? Cur te per prærupta præcipitas? Ac tu quidem si dixerit quispiam, Hic habet purpuram, etiam si noris, aures obturas, & si possis probare, statim resilis; sin minus, te nihil scire simulas, nolens valde magnum subire periculum. Hic autem non solum resilis, sed etiam maximum adis discrimen. Hæc verba non sunt immunia à ratione reddenda, cum Christus dicat, Omne verbum ociosum quod dixerint homines, dabunt eorum rationem in die iudicij. Te autem esse omnino aliquo meliorem existimas, & non suspiras, nec pectus pulsas, nec deorsum aspicis, nec publicanum imitaris. Te ipsum itaque perdidisti, etiam si sis melior. Melior es, tace, vt melior maneas. Sin autem dixeris, totum euacuasti. Si existimaueris, non es. Si non existimaueris, permultum addidisti. Si enim qui erat peccator, postquam confessus est, abiit iustificatus: qui non est peccator, sed tamē ita de se sentire in animum induxit, quid non lucrifaciet? Vitam tuam examina. Non furaris, sed rapis, sed vim affers, sed alia eiusmodi innumerabilia facis. Non furtum laudans hæc dico: absit: sed etiam valde doleo, si quis sit eiusmodi: verumtamen non credo. Quantum enim sit malum sacrilegium, ne dicere quidem licet. Sed vobis parco, nolo enim vestram virtutem in aliis accusandis exinaniri. Dic mihi, quid est puplicano deterius? Verum erat eum & esse puplicanum, & malis innumerabilibus obnoxium, sed tamen hac tantum de causa quod dixit Pharisæus, Non sum vt hic publicanus, omnia perdidit. Et tu cum dicis de sacerdote, non sum vt hic sacrilegus, non omnia euacuas: Sed hæc quidem cogor dicere, & orationem extendere, non quod hæc mihi sint curæ: sed quia vobis timeo, ne per hanc gloriationem, & condemnationem, virtutem vestram euacuetis. Audi enim Paulum adhortantem, & dicentem, Opus suum probet vnusquisque, & tunc in seipso solum gloriationem habebit, & non in alio. Dic mihi, si in medici officinam veneris vulneratus, prætermissa ne medicamenti applicatione, & vlceris curatione, de medico curiose indagabis, an vlcus, an non, vel si habeat, te ipsum non curabis: & dices, Oportebat te cum sis medicus, esse sanum, sed quia non es sanus cum sis medicus, ego quoque meum vulnus incuratum relinquo? Nunquid enim si sacerdos malus est, id eum, qui illi subiectus est iuuabit? nequaquam, sed ille quidem pœnas dabit, dabis autem tu quoque debitas. Præceptor enim seu doctor ordinem tantum implet. Erunt enim, inquit, omnes eiusmodi vt à deo doceantur, & non dicent: Cognosce dominum. Omnes enim me cognoscent à paruo vsque ad magnum ipsorum. Quannam ergo, inquis, ob causam precedet? Quam ob causam præficitur? Ne quæso de iis nimium subtiliter agamus, nec de doctore male dicamus: ne in nos ipsos male affecti simus. Nostra examinemus, & nemini male dicamus. Illum diem reuereamur quo nos illuminauit. Pater tuus ex eo quòd te illuminauit factus est. Sin autem pater est, æquum fuerit eum honorari, non iudicari.

Et qui patrem quidem habet voluntate carnis, mille habentem vitia, omnia contegit, & adumbrat. Tu autem eius qui tibi spiritu pater est vitia traducis. Ne gloriare, inquit Sapiens, quispiam, in patris ignominia: non enim erit hoc tibi gloria, sed dedecus, & si defectus fuerit prudentia, venia ei detur. Sin autem ita habet in patribus corporum, hoc multo magis in spiritalibus patribus dicendum est. Reuerere eum quoniam singulis tibi diebus ministrat, & vt scripturas intelligas efficit, propter te domum exornat, propter te precatur, propter te vigilat, propter te deum rogat, propter te stat deum rogans, propter te deo supplicat, pro te est omnis eius cultus, ac religio. Hæc reuerere, hæc cogita, cum omni cautione, & veneratione accede. Dic mihi, malus est. Quid tum? Qui enim non malus est, ipse sibi magna bona largitur. Pro tuæ fidei ratione vniuersum exercetur. Nec te iustus iuuerit, si non sis fidelis, nec tibi malus obfuerit, si sis fidelis. Per boues deus in arca operatus est, quando voluit seruare populum: neque enim vita sacerdotis, nec virtus tantum confert. Non sunt ea quæ deus gratificatur talia, vt à sacerdotali virtute peragantur. Vniuersum quicquid est, est gratiæ. Eius est os solum aperire. Deus autem totum largitur. Is solum signum, symbolúmve peragit. Cogita quantum inter Ioannem, & dominum Iesum interest. Audi autem Ioannem dicentem, Ego vt à te baptizer opus habeo, & non sum idoneus soluere corrigiam calciamenti. Et rursus, Nos omnes ex eius plenitudine accepimus, & gratiam pro gratia. & tamen cum tantum inter eos interesset, super ipsum tamen spiritus descendit. Quam ob causam ergo hoc fit, vt scias quòd Ioannis symbolum complet sacerdos. Nullus autem homo tantum differt ab homine, quantum Ioannes à Christo. Sed tamen super ipsum spiritus descendit, vt scias quòd deus omnia operatur. Quòd autem deus facit vniuersum, volo tibi aliquid dicere mirabilius, sed ne miremini, neque conturbati sitis. Quid hoc autem est? Eadem est oblatio quicunque eam offerat, seu Petrus, seu Paulus, quam tunc Christus dedit discipulis, & quam nunc sacerdotes peragunt. Quamobrem? Quia & eam non homines sanctificant, sed ipse, qui illic sanctificauit. Quamadmodum enim verba quæ deus protulit ea ipsa sunt, quæ sacerdos quoque nunc loquitur, ita & oblatio est eadem, & baptismus quem dedit. ita vniuersum est fidei. Spiritus protinus in Cornelium insiliit, quoniam primo sua opera ostenderat, & fidem introduxerat. Ex hoc ergo corpus est, & illud. Qui autem hoc illo minus esse existimat, nescit quod Christus nunc quoque adest, & nunc operatur. Hæc ergo scientes, (neque enim propter ipsa tantum hæc à nobis dicta sunt, sed vt vestram sententiam corrigamus, & in posterum tutiorem firmiorémque reddamus) magnam eorum quæ dicta sunt cautionem à vobis adhiberi ostendite. Sin autem semper quidem audimus, nunquam autem facimus, eorum quæ dicuntur nulla erit vobis vtilitas. His ergo diligenter vacemus, & iis quæ dicta sunt attentam mentem adhibeamus. Hæc in nostra cogitotione inscribamus, in nostra conscientia insculpta habeamus: & gloriam patri, & filio, & spiritui sancto assidue reddamus, nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.

EIVSDEM EX HOMIL. IN PRIMAM EPISTOLAM AD CORINTH.

CONTINGIT enim vt laici pie viuant, sacerdotes autem improbe, & si omni ex parte gratia dignitatem requireret, non erat futurus baptismus, nec corpus Christi, nec per illos oblatio. Iam vero quia etiam per indignos Christus operari est solitus, baptismatis quoque gratia nihil à vita sacerdotis læditur. ita enim qui accepit erat detrimento afficiendus. Hæc dico, ne quis de vita sacerdotis nimis curiose inquirens, in iis quæ peraguntur offendatur. Nihil enim affert sacerdos ad ea mysteria, quæ peraguntur: sed est vniuersum opus dei potentiæ, & ille est qui nos ad mysteria introducit.



ANASTASII SINAITÆ EX SERMONE DE SANCTA Communione,



RATRES, ergo ne iudicemus rogo, vt venia digni existimemur. Tu enim fratrem tuum forte peccantem vides: nescis autem quis sit eius vitæ futurus exitus. Latro ille, qui vnà cum Iesu crucifixus est, sicarius erat, & homicida. Iudas autem erat Apostolus, & discipulus Christi, & ex veris, & germanis discipulis. In exiguo autem tempore parua rerum commutatio facta est, & latro quidem in regnum, discipulus verò in perniciem factus est. Sed age verò sit sibi frater peccator, reliquas eius rationes vndénam scis? Multi enim qui palam peccarunt, clanculum posteà magnam pœnitentiam egerunt, & nos quidem eos peccantes vidimus: eorum autem pœnitentiam, & conuersionem non nouimus, & apud nos quidem iudicantur vt peccatores: sunt autem apud deum iustificati. Quamobrem rogo vos ne vllius hominis mala in memoriam reuocemus, eíve exprobremus, donec iustus iudex venerit, qui etiam occulta tenebrarum illuminabit, & cordium consilia manifestabit. Imprimis autem ne dei sacerdotes de occultis & incertis, quæ de illis audiuisti peccatis iudica. Ne dixeris, is qui offert, est peccator, condemnatus indignus. Occultorum peccatorum est iudex, & examinator, hoc in te agnosce quemlibet esse te altiorem, & iusto iudici iudicium permitte. Sit autem sacerdos in decretis de deo firmus & constans, reliquorum autem tu non es iudex & inquisitor. Sed modum proprium auctoritatémque cognosce. Quid verò, inquit, non examinationibus, ecclesiasticísque canonibus est obnoxius sacerdos? Maximè. Sed is per te non iudicabitur, vel examinabitur, sed à deo, vel sæpe etiam à maiori sacerdote, seu antistite. Tu autem cur pastorem iudicas, cum sis ouis: Cur dei iudicium, ac sacerdotalem dignitatem, quæ tibi non est tradita, nec à deo credita Pharisaicè accipis: & ideo rogo vos neminem iudicate, præcipuè autem dei sacerdotem: sed accede cum fide, & efficaci pœnitentia & pura conscientia ad dei mysteria, & omnem sanctificationem assequeris: est enim dei angelus, seu nuncius qui offert incruentum sacrificium. Tu autem indignè accedis: angelus te nequaquam à peccatis purgabit. Et quòd id quod dicitur verum sit, ipse Iudas testabitur. Ipse enim cum ex impollutis manibus domini diuinum panem accepisset, quia eum indignè acceperat, protinus ingressus est Satanas.



SANCTI METHODII DOMINO POL. EX SEGREGATIONIBVS

στουδιωτῶν μοναχῶν.



VM multis & sanctis senibus qui adhortantur, supra omnes magnum Basilium audiant, quod cum ira, & cupiditate, & ratione solis vita reis agere licet, non autem de quouis eorum qui in clero constituti sunt, loqui, vel audire eis omnino permittetur, sicut canon edixit. Sed neque vnquam mundana negocia aggredi. Quemadmodum enim sibi imperium, vel principatum nemo vnquam accipiet, etiam si bellicosus, & pugnacissimus esse videatur: & si velle deprehensus fuerit, abducetur in custodiam, vt maximus Dionysius literis mandauit: ita nec sacerdotalia quis sibi munera permiserit, quandoquidem magnus quoque dicit Apostolus, quod non quis honorem sibi assumit, sed qui à deo vocatur, & subiungit, sicut & Aaron. Ita & Christus non seipsum glorificauit vt fieret pontifex, sed is qui dixit ei, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Quòd autem episcopi, seu antistites, & hierarchæ, Apostolorúmque successores patriarchæ eos iure segregauerint secundum diuinum Dionysium, canonum quoque inscriptio manifestissime declarauit. Inferiores enim ordines à superioribus iure segregantur, seu excommunicantur.

CANON IV. CHALCED. SYNODI.

QVI verè, & sincerè vitam Monasticam persequuntur, conuenienti honore digni habeantur. Quia autem nonnulli eorum qui vita Monastica vtuntur, & ecclesias, & Remp. perturbant, in vrbibus indiscriminatim circumcursantes, student etiam Monasteria construere, visum est vt neque loquantur, neque vllo modo ædificent.

SANCTI DIONYSII AREOPAGITÆ EX EPISTOLA AD DEMOPHILVM THERAPEVTAM, QVOD non oportet presbyterum, etiam si peccet, à diacono, vel monacho accusari, maximè à laicis, idque sine hæresi. Hoc est enim supra ordinem monachorum, & ministrorum, seu diaconorum.

DIONYSIVS DEMOPHILO.

De sacerdotibus non accusandis.



AVDITE nostra. Non fas est sacerdotes qui fecerint præaccusari. Si id enim sequitur ordinis confusio, rerúmque diuinarum perturbatio, decretorúmque & consuetudinum transgressio, nullam habet rationem, vt qui à deo traditus est ordo pro eo subuertatur. Non enim deus in seipsum diuisus est. Quomodo enim stabit regnum eius, si in seipsum scilicet diuisum est? Et si dei est, vt sacra dicunt eloquia iudicium. Sacerdotes autem post Hierarchas, à quibus diuina acceperunt, sunt diuinorum iudiciorum nuncij, & interpretes, tu per intermedios ministros edocere, per quos etiam minister esse dignus habitus es.

SCHOL. BALS. Nota quod qui diuina scire quærunt à presbyteris, non debent hoc facere, etiam si sint monachi, nisi per intermedios diaconos, idque quando tempus opportunum inuitauerit.

DEMOPHILI OPPOSITIO QVOD EST IMPIETAS IN SACERDOTIBVS QVI non corriguntur.

DEMOPHILVS. Esto, ita est. Quid ergo dicis? Non oportet sacerdotes se impie gerentes, vel alicuius alterius turpis absurdéque rei conuictos, corrigi? & eis solis licet in lege gloriantibus deum per præuaricationem contemnere? Et quomodo sunt sacerdotes dei interpretes? Quomodo enim populo diuinas virtutes annunciant? qui earum potestatem ignorant? Vel quomodo illuminabunt qui sunt obscurati? Quomodo autem erunt diuini spiritus participes, qui nec quòd sit diuinus spiritus, habitui, & veritati crediderunt? DIONYSII *Ad Oppositionem responsio.*

EGO quidem adhæc tibi respondebo. Non es enim inimicus Demophilus: nec te amplius à Satana occupari patiar. Si est itaque sacerdotum illuminatiuus apparatus, à sacerdotali ordine, & potestate omnino excidit, qui non est illuminatiuus, vel potius qui est quodammodo illuminatus, & mihi quidem nimis audax ac temerarius videtur, qui cum sit eiusmodi, sacerdotalia adgreditur, & non metuit, nec erubescit, quæ sunt diuina præter dignitatem persequi, & existimare deum ea ignorare quæ ipse sibi condonauit, & audet infausta malique ominis verba. neque enim ea preces dixerim, ad diuina symbola Christiano ritu dicere.

SCHOL. BALSAM. Hoc est ad diuinorum mysteriorum celebrationem, quia sacerdotes diuinis muneribus seu symbolis orantes domini locum obtinent.

DEMOPH. Is non est, non est, inquam, sacerdos, sed maleuolus, fraudulentus, sui illusor, & in diuinum populum Lupus ouina pelle armatus. Dionys. Sed non est fas hæc Demophilo corrigere. Et paulo post: Rationi, & iræ, & cupiditati ea quæ par est tribuat, & ne suum ordinem iniuria afficiat.

SCHOL. BALS. Suam à ratione alienationem, irámque, & suam ambitionem puniat Demophilus.

DEMOPH. Non est. Dionys. Sed opem ferat ei quod subiectum est, quæ dominatur ratio.

SCHOL. BALS. Vincat, inquit, ratio iram, & cupiditatem. Hæc enim sunt subiecta. In iis enim reprimendis, ac sustinendis cernitur rationis facultas, ac potentia, vt eis non simpliciter, sed ad aliquid vtile vtantur. Et paulo post Dionysius.

IPSE quidem cupiditati, iræ, & rationi ea quæ par est tribuis: tibi autem diuini ministri, & iis sacerdotes: Hierarchæ verò sacerdotibus, & Hierarchis Apostoli, & Apostolorum successores, & sicubi quis etiam in illis ab eo quod decet prolapsus fuerit, à sanctis eiusdem ordinis corrigatur: & non ordo super ordinem conuertatur, sed erit vnusquisque in suo ordine, & ministerio.

SCHOL. BALS. Ecclesiasticum ordinem dixit, vt monachis diaconi, & eis presbyteri, & presbyteris epicopi pœnas imponant, episcopis autem Apostoli, & qui sunt eorum successores. In Apostolorum autem successoribus apud eos qui sunt eiusdem ordinis residet pœnarum impositio. Apostolorum autem successores eos qui nunc sunt Patriarchæ appellat. De presbytero, qui à monacho appellabatur & iniuria afficiebatur, epistola scripta est, & quòd per presbyteros monachorum eis datur habitus. Ex Terontico. De Abbate Marco Ægyptio dicebant, quòd xxx. annis mansit ex cella non egrediens. Habebat autem sacerdotem qui veniebat, & ei sanctam oblationem faciebat. Diabolus autem cum vidisset eius firmam, & ex virtute tolerantiam improbe machinatus est eum in condemnatione tentare, & procurauit vt quidam spiritu vexatus sub orationis prætextu ad senem accederet. Is autem, qui à spiritu vexabatur, antequam aliud loqueretur, alta voce dicebat, Tuus presbyter habet odorem peccati, ne sinas eum amplius ad te ingredi. Vir autem diuino spiritu afflatus ei dixit, Fili, immunditiam omnes extra eiiciunt: tu autem eam ad me attulisti. Sed scriptum est, Ne iudicetis, ne iudicemini: tamen etsi sit peccator, deus eum seruabit. Scriptum est enim, Orate pro vobis inuicem, vt curemini. & post hæc verba, facta oratione, dæmonem ab homine fugauit, & eum sanum reliquit. Postquam autem, vt consueuerat venit sacerdos, senex eum cum gaudio accepit. Bonus ergo deus cum vidisset senis probitatem, ei signum ostendit. Narrauit enim, Cum, inquiebat, staturus erat sacerdos ante sanctam mensam, vidi Angelum qui de cælo descenderat, & suam manum super caput clerici posuerat, & ideo clericus factus erat totus columna ignis. Cùm ego autem visum mirarer, venit vox mihi dicens, Homo cur propter hanc rem admiratione motus es? Si Rex terrenus non sinet suos principes, & magnates ante se sordidos stare, sed potius cum magna gloria, quanto magis purgabit diuina potestas sanctorum mysteriorum ministros, vt non sint sine gloria cælesti? Generosus ergo Christi athleta Marcus, qui magnus fuerat, dignus est habitus hoc munere, eo quod non iudicauit clericum.



SVPPLEMENTVM LOCORVM, THEODORI BALSAMONIS QVÆ IN CODICIBVS MANVSCRIPTIS

Parisiensibus desiderabantur, & ex libris item mss. Vaticanæ Summi Pontificis Bibliothecæ Romæ exscripta sunt, vna cum aliquot variis lectionibus & emendationibus.

In Concilij Nicæni canonem xv. pag. 293. C. post illa verba. ἴσως ἀρνησόμενοι.

Altera expositio.

ἑτέρα ἑρμηνεία.

CVM xiiij. canon Apostolicus à A parochia in parochiam inuasionem seu irruptionem prohibeat: trãslationem autem propter magnam & honestam causam permittat, & xvi. canon Antioch. Synodi decernat, vt qui vacat, in vacantem ecclesiam transeat, cum diiudicatione & examinatione perfectæ synodi: similiter primus & secundus canon Sardic. Synod. eam valde puniat qui improba via ac ratione, eam quæ ipsum sortitus est, relinquit, & maiorem ecclesiam occupat & arripit, & præsens xv. canon primæ Synodi transitum episcoporum à ciuitate in ciuitatem omnino prohibeat, eum autem non puniat, sed irritum esse decernat id quod factum fuerit, & priori ecclesiæ restitui episcopum & Presbyterum, in quam ordinati erant, dixerit quispiam canones sibi inuicem repugnare, vtpote cùm Sardicensis quidem synodi canones scilicet, puniant à parochia in parochiam transitum, primæ verò synodi xv. canon eam non puniat, sed episcopum ad priorem ciuitatem traducat: Apostolicus autem xiiij. canon & Antiochenæ synodi eam fieri permittant. SOL. Canones inter se non pugnant, sed est differentia inter translationem, transitionem, & inuasionem. translatio enim est, quæ fit à parochia in parochiam traductio: quando fortasse episcopus varia ac multiplici scientia instructus ac

ΤΟΥ ιδʹ. ἀποστολικοῦ κανόνος τὴν μὲν ἀπὸ παροικίας εἰς παροικίαν ἐπίβασιν, ἤτοι ἐπιπήδησιν τῶν ἐπισκόπων κωλύοντος· τὴν δὲ μετάθεσιν ἐπιτρέποντος διὰ μεγάλην καὶ εὔλογον αἰτίαν· καὶ τοῦ ιϛʹ. κανόνος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου διοριζομένου τὸν σχολάζοντα ἐπὶ σχολάζουσαν μεταβαίνειν μετὰ διαγνώσεως καὶ παρακλήσεως τελείας συνόδου· ὡσαύτως καὶ τοῦ αʹ. καὶ δευτέρου κανόνος τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου μεγάλως κολαζόντων τὸν διὰ μεθόδου καὶ οἰκονομίας φαύλης τὴν λαχοῦσαν αὐτὸν καταλιμπάνοντα, καὶ μείζονα ἐκκλησίαν ἁρπάζοντα, καὶ τοῦ παρόντος ιεʹ. κανόνος τῆς αʹ. συνόδου παντάπασι μὲν κωλύοντος τὴν ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μετάβασιν τῶν ἐπισκόπων, τῶν πρεσβυτέρων καὶ τῶν διακόνων. μὴ κολάζοντος δὲ ταύτην, ἀλλὰ διοριζομένου ἀκυροῦσθαι τὸ κατασκεύασμα, καὶ ἀποκαθίστασθαι τῇ προτέρᾳ ἐκκλησίᾳ τὸν ἐπίσκοπον, ἢ τὸν πρεσβύτερον, εἰς ἣν ἐχειροτονήθησαν, εἴπῃ τις ἐναντιοῦσθαι τοὺς κανόνας ἀλλήλοις· ὡς τῶν μὲν τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου δηλαδή, κολαζόντων τὴν ἀπὸ παροικίας εἰς παροικίαν μετένεξιν· τοῦ δὲ τοῦ ιεʹ. κανόνος δηλονότι τῆς αʹ. συνόδου, μὴ κολάζοντος ταύτην, ἀλλὰ πρὸς τὴν προτέραν πόλιν μετάγοντος τὸν ἐπίσκοπον· τοῦ ἀποστολικοῦ δὲ ιδʹ. κανόνος καὶ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου, ἐπιτρεπόντων ταύτην γίνεσθαι, οὐκ ἐναντιοῦνται οἱ κανόνες ἀλλήλοις, ἀλλὰ διαφορά ἐστι μεταθέσεως, μεταβάσεως, καὶ ἐπιβασίας. μετάθεσις γάρ ἐστιν, ἡ ἀπὸ παροικίας εἰς παροικίαν μετένεξις, ὅταν τυχὸν ἐπίσκοπος παντοίᾳ σοφίᾳ κεκοσμημένος.

μετακληθῇ παρὰ πλήθους ἐπισκόπων, εἰς μείζονα ἐκκλησίας χηρευούσης βοήθειαν. κινδυνευούσης περὶ τὴν εὐσέβειαν. οἷόν τι γέγονεν εἰς τὸν μέγαν Γρηγόριον τὸν Θεολόγον, ἀπὸ τῶν Σασίμων εἰς Κωνσταντινούπολιν μετατεθέντα. καὶ ἔστιν αὕτη συγχωρητέα, καθὼς παρίσταται ἀπὸ τοῦ ιδ΄. κανόνος τῶν ἁγίων ἀποστόλων. μετάβασις ἐστὶν, ὅταν τις σχολάζων δηλονότι μὴ ἔχων παροικίαν. ὡς ὑπὸ ἐθνῶν κατεχομένην. ἀναγκασθῇ παρὰ ἐπισκόπων πολλῶν. εἰς σχολάζουσαν ἐκκλησίαν μεταβῆναι. διὰ τὸ περὶ τὴν ὀρθοδοξίαν, καὶ τὰ λοιπὰ ἐκκλησιαστικὰ, χρησιμώτατον αὐτοῦ. καὶ ἔστι καὶ αὕτη δεκτέα παρὰ τοῖς θείοις κανόσι τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ συνελθόντων ἁγίων πατέρων. ἐπίβασις δέ ἐστιν, ἡ αὐτόνομος, ἢ καὶ μετὰ οἰκονομίας φαύλης τοῦ σχολάζοντος, ἢ καὶ τοῦ ἔχοντος ἐκκλησίαν ἐπισκόπου, πρὸς χηρεύουσαν ἐκκλησίαν παράλογος μετένεξις. ἣν τοσοῦτον οἱ ἐν Σαρδικῇ συνελθόντες ἅγιοι πατέρες ἐβδελύξαντο, ὥστε καὶ ἀκοινώνητον εἶναι παντὶ Χριστιανῷ τὸν ἐργάτην ταύτης διωρίσαντο, καὶ μηδὲ ταῖς τελευταίαις ἀναπνοαῖς λαϊκῆς κοινωνίας ἀξιοῦσθαι αὐτόν. ὁ δὲ ιε΄. κανὼν τῆς α΄. συνόδου παρὰ μηδενὸς τοιούτου μνείαν ποιούμενος, οὐδ᾽ ἐναντιοῦται τινὶ τῶν ἀνωτέρω καταστρωθέντων κανόνων. οὔτε γὰρ περὶ μεταθέσεως. οὔτε περὶ μεταβάσεως, οὔτε περὶ ἐπιβασίας διδάσκει. ἀλλὰ κωλύει τὸ μεταπίπτειν ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν ἑτέραν ἀνήκουσαν τῇ αὐτῇ παροικίᾳ, ὥσπερ ποτὲ ὁ ἀρχιεπίσκοπος Δέρκου ἐκεῖνος κύριος Ἰωάννης ἐπεχείρησε τὸν θρόνον τῆς Δέρκου, μεταγαγεῖν εἰς τὸ τοῦ Φιλέα πρωτοπαπαδίκιον αὐτοῦ. διὰ τὸ πολυανθρωποτέραν εἶναι, καὶ ἐκωλύθη συνοδικῶς. διὰ γὰρ τοῦτο, οὐδὲ κολάζεται ὁ τοῦτο ἐπιχειρήσας ἐπίσκοπος, ἀλλ᾽ εἰς τὴν προτέραν αὐτοῦ καθέδραν ἐπανάγεται. ὅτι δὲ τοῦτο ἀληθές ἐστι, δηλοῦται καὶ ἀπ᾽ αὐτῶν τῶν ῥημάτων τοῦ κανόνος, πόλεως μεμνημένου καὶ οὐχὶ παροικιῶν. τὸν αὐτὸν γὰρ καὶ ἕνα ἐπίσκοπον, πολλὰς μὲν πόλεις ἔχειν ὡς ἐνορίαν. δυνατόν ἐστι· πολλὰς δὲ παροικίας οὐδαμῶς. ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ μεμνῆσθαι τὸν τοιοῦτον κανόνα πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, ἐναργῶς παρίσταται ἡ ἀλήθεια. ποία γὰρ μετάθεσις, ἢ μετάβασις, ἢ ἐπίβασις ἐπὶ τούτων πρακτευθείη ποτέ; πάντως οὐδεμία.

exornatus, ab episcoporum multitudine, in maiorem ecclesiam, viduam, auxilióque destitutam, & de vera religione in periculum adductam, accersitus fuerit. quod magno Gregorio Theologo vsuuenit, qui à Sasimis Constantinopolin trãslatus est: & ea est permittenda, quandoquidem à sanctorum Apostolorũ xiiij. canone inducitur. Transitio est, quando vacans videlicet quispiam, non habens parochiã quæ à Gẽtilibus detinetur, à multis episcopis in vacantem ecclesiam transire coactus fuerit propter eius in recta de fide sententiã & reliquis ecclesiasticis vtilitatẽ: & est hæc quoque suscipiẽda à diuinis canonibus sanctorum patrum qui in Antiochia conuenerunt. Inuasio autem est libera, vel etiã cum malis artibus improbóque consilio, eius qui vacat, vel qui etiam habet ecclesiã episcopi, ad viduam ecclesiam iniusta aggressio. Quam, qui in Sardic. synodo conuenerunt sancti patres, adeò auersati sunt, vt qui eam admiserit, cum cum nullo posse Christiano cõmunicare statuerint, & nec in extremo quidem spiritu eum laïca cõmunione dignũ censuerint. xv. autem primæ synodi canon de nullo eiusmodi mentionẽ faciens, nulli eorum, qui superius positi sunt, canoni aduersatur: neque enim de translatione, nec de transitione, nec de inuasione docet: sed prohibet episcopum, vel presbyterũ, vel diaconũ ab vrbe in vrbẽ ad suam parochiam pertinentem transmeare ac trãsilire, sicut ille Derci Archiepiscopus dominus Ioannes, conatus est Derci thronũ transferre * in Philippopolin, in qua superiorem ipse iurisdictionem habeat, eo quod esset illa frequentior, & fuit synodicè prohibitus. Propterea enim non punitur hoc conatus episcopus, sed in priorẽ suam cathedrã reducitur. Quòd hoc autem verum sit, ex ipsis canonis verbis declaratur, quę ciuitatis meminerunt, non parochiæ. Vt idẽ enim episcopus multas quidẽ habeat ciuitates & etiam regiones, fieri potest: sed nequaquã vt multas parochias seu diœceses. Sed & ex eo quòd canon Presbyterorum & diaconorum meminit, euidenter veritas ostenditur. Quæ enim translatio, vel transitio, vel inuasio in his vnquã potest tractari? Nulla omnino.

* In suum Philep. Decanatum.

sed sola transmutatio ab vrbe in vrbem, non alienam, sed ad parochiam, in quam ordinati sunt pertinentem, & propterea non deponuntur, vt qui extra fines suos sacra fecerint, sed ecclesiæ, ad quam ordinati sunt, restituuntur.

μετάπλωσις δὲ μόνη ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν οὐκ ἀλλοτρίαν, ἀλλὰ τῇ παροικίᾳ, εἰς ἣν ἐκληρώθησαν, ἀνήκουσαν. διὰ γὰρ τοῦτο οὐδὲ καθαιροῦνται ὡς ὑπὲρ ἐνορίαν ἱερουργήσαντες, ἀλλὰ τῇ προτέρᾳ ἐκκλησίᾳ, εἰς ἣν καὶ ἐχειροτονήθησαν, ἀποκαθίστανται.

In Concil. Constantinop. can. IV. p. 308. b. post illa verba, φεύγειν ἀνεθεματίσθη.

De eo autem scriptum est in vita sancti Gregorij Theologi, quam scripsit eius discipulus Gregorius.

Εὕρηται δὲ τὰ περὶ τούτου, εἰς τὸν βίον τοῦ ἁγίου Γρηγορίου, ὃν συνεγράψατο ὁ μαθητὴς αὐτοῦ Γρηγόριος.

In Can. VI. pag. 312. post illa, τὸ δοκοῦν τῷ δικάζοντι.

Cùm autem episcopus aliquis pro criminali causa in sanctam Constantinopolitanam synodum tractus esset, & petiuisset vt à suo metropolitano & propria synodo iudicaretur, vt vult hic præsens canon, dixerunt nonnulli, quòd quoniam metropolitanus eius præsens vult suum episcopum à magna synodo iudicari, apud eam rectè iudicabitur. Contrà autem dixerunt nonnulli, non esse situm eius iudicium in potestate metropolitani, sed synodi quæ est apud ipsũ. Multum etiam episcopi interesse, vt in propria synodo iudicetur, & ad aliam synodum non trahatur. Et propterea ne locum quidem habere, metropolitani admissionem. Præterea dixerunt nonnulli canonem loqui de vniuersali synodo, magnam autem synodum, quæ est Constantinopoli, non esse vniuersalem. Et propterea ne præsentem quidem canonem locum habere in hac causa. Mihi autem videtur, etiamsi synodus, quæ est habita Constantinopoli, non est vniuersalis synodus, cùm alij quoque patriarchæ non adsint: est tamen maior omnibus synodis, & eius archiepiscopus vniuersalis patriarcha vocatur. Et metropolitani quidem non interest, sed episcopi, vel clerici qui trahitur. Quamobrem nec lædetur quidem quispiam ex his ex metropolitani admissione, propter legem quæ dicit: Quæ ab aliis fiunt, alios nec iuuant, nec lædunt.

Ἐπισκόπου δέ τινος ἑλκυσθέντος χάριν ἐγκληματικῆς ὑποθέσεως εἰς τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγίαν σύνοδον, καὶ ζητήσαντος τὴν κρίσιν τοῦ μητροπολίτου αὐτοῦ, ἐκ τῆς οἰκείας συνόδου κατὰ τὸν παρόντα κανόνα, εἶπον τινές· ὡς ἐπεὶ ὁ μητροπολίτης παρουσιάζων θέλει τὸν ἐπίσκοπον αὐτοῦ παρὰ τῇ μεγάλῃ συνόδῳ κριθῆναι, καλῶς παρὰ ταύτῃ κριθήσεται. ἀντέθεντο δ᾽ ἕτεροι, μὴ κεῖσθαι τὴν κρίσιν τούτου, παρὰ τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ μητροπολίτου, ἀλλὰ τῇ κατ᾽ αὐτὸν συνόδῳ· ἔχειν δὲ καὶ μέγα διαφέρειν τὸν ἐπίσκοπον, εἰς τὴν οἰκείαν δικάζεσθαι σύνοδον, καὶ μὴ σκύλλεσθαι εἰς ἑτέραν σύνοδον. καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ χώραν ἔχειν τὴν τοῦ μητροπολίτου καταδοχήν. ἔτι εἶπον τινὲς περὶ οἰκουμενικῆς συνόδου τὸν κανόνα διαλέγεσθαι. τὴν δὲ ἐν Κωνσταντινουπόλει μεγάλην σύνοδον, μὴ εἶναι οἰκουμενικήν· καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ χώραν ἔχειν ἐπὶ τῇ παρούσῃ ὑποθέσει. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ὅτι ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει σύνοδος, κἂν οἰκουμενικὴ σύνοδος οὐκ ἔστιν, ὡς μὴ παρουσιαζόντων καὶ τῶν ἄλλων πατριαρχῶν, ἀλλὰ μείζων ἐστὶ πασῶν τῶν συνόδων, καὶ ὁ ἀρχιεπίσκοπος ταύτης, οἰκουμενικὸς πατριάρχης καλεῖται. καὶ τὸ διαφέρειν δὲ, οὐχ ὁ μητροπολίτης, ἀλλ᾽ ὁ ἐπίσκοπος ἔχει, ἢ ὁ ἑλκυσθεὶς κληρικός. διὸ οὐδὲ βλαβήσεταί τις ἐξ αὐτῶν ἐκ τῆς τοῦ μητροπολίτου καταδοχῆς, διὰ τὸν νόμον τὸν λέγοντα· τὰ παρ᾽ ἑτέρων γινόμενα, ἑτέροις οὐδὲ ὠφελοῦσιν, οὐδὲ βλάπτουσιν.

In Concil. Chalcedon. can. XII. pag. 338. c. post illa ἄνωθεν εἴρηται.

ἀνάγνωθι καὶ τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου κανόνα λη΄. καὶ τὸ ἐν τῷ σχολίῳ αὐτοῦ καταστρωθὲν, βασιλικὸν σημείωμα, ἐν μέρει. ἐπεὶ δὲ κατὰ τὸν ἀπρίλλιον μῆνα τῆς ια΄. Ινδικτ. τοῦ ϛ.ψα΄. ἔτους ἀπολυθέντος προσκυνητοῦ χρυσοβούλλου, τοῦ θεοστεφοῦς κρατίστου, καὶ ἁγίου ἡμῶν αὐτοκράτορος κυρίου Ισαακίου τοῦ ἀγγέλου, καὶ τοὺς ἀνακαλουμένους μητροπολίτας τὰς διαφερούσας τούτοις ἐπισκοπὰς, καὶ εἰς μητροπόλεις, ἢ ἀρχιεπισκοπὰς τιμηθείσας ἐπισυμίζοντας, οὐχ ἧττον δὲ καὶ τοὺς ἐπιχειρήσοντας ὅτε δήποτε τὴν βασιλικὴν ἀποστερῆσαι προμήθειαν, τοῦ ἀνάγειν ἐπισκοπὰς εἰς B μητροπόλεις, ἢ ἀρχιεπισκοπὰς κατὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτοῖς ἄνωθεν ἐξουσίαν, ἠρωτήθη παρά τινων· τί ἐστι τὸ περιεχόμενον τῷ κανόνι, χάριν τοῦ ἔχειν τὰς τιμηθείσας μητροπόλεις μόνην τὴν τιμὴν, ὡς τῶν ἄλλων δικαίων σωζομένων τῇ κατὰ ἀλήθειαν μητροπόλει; φαμὲν ὅτι καὶ τὸ περὶ τούτου ἀμφίβολον λύεται, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ βασιλικοῦ σημειώματος. συνεζητήθη γὰρ καὶ μετὰ πολλὰς δικαιολογίας διελήφθησαν χάριν τούτου, ταῦτα ῥητῶς, καὶ ὅτι μὲν καθολικῷ λόγῳ καὶ διαγνώσει γενικῶς C ἐκτιθεμένας τὰς εἰς ὑπερβαθμιώτερον θρόνον ἀναβιβαζομένας ἐκκλησίας προστάξει βασιλικῇ· καὶ τῆς τιμῆς ἀξιοῦσθαι χρεὼν, καὶ τὰς ψήφους ἐν ἀδείᾳ προβαίνειν κατὰ τὸν ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἐπηκολουθηκότα τύπον κανονικὸν τῶν μητροπολιτῶν συνιόντων, καὶ ἀρχιεπισκόπους καὶ μητροπολίτας ψηφιζομένων, ἥ τε βασιλεία μου διαγινώσκει, καὶ ἡ θεία καὶ ἱερὰ σύνοδος, τῷ διατάγματι ἕψεται τούτῳ· ὡς τὴν ἐκκλησιαστικὴν διαφυλαττομένῃ ἀκρίβειαν, καὶ τῆς κανονικῆς εὐθύτητος μὴ ἐκπίπτοντι. ἀνάγνωθι οὖν εἰς πλάτος, τὸ τοιοῦτον σημείωμα, καὶ εἰπὲ πρὸς τοὺς λέγοντας, ὡς εἰ D μὴ ἐν τῷ ἀνάγεσθαι τὴν ἐπισκοπὴν εἰς μητρόπολιν, ἢ ἀρχιεπισκοπὴν, προστεθῇ παρὰ τῆς βασιλικῆς ἐξουσίας, τὸ τὰς ψήφους τούτων γίνεσθαι κατὰ προτροπὴν πατριαρχικὴν, ὁ κατ' ἀλήθειαν μητροπολίτης ποιήσει τὴν ψῆφον αὐτῶν· τοῦτο γὰρ φυλάττεται καὶ μέχρι τοῦ νῦν εἰς τὸν οἰκουμενικὸν πατριάρχην χειροτονούμενον παρὰ τοῦ Ηρακλείας.

A Lege & syn. in Trullo can. xxxviij. & specialiter Imp. constitutionem quæ in illius expositione sita est. Quoniam autem mense Aprili xi. indict. anno 6701. edita aurea Bulla Imper. Domini Isaac Angeli, quæ & metropolitanis episcopatus ad se pertinentes, & metropolium vel archiepiscopatuum honore donatos ad se reuocantibus, & iis itidem qui Imperialem circunspectionem priuare conabuntur, ne episcopatus in metropoles & archiepiscopatus erigat secundum sibi B datam à superis potestatem, os occludit, à nonnullis quæsitum est, quid est quod canone comprehenditur, vt honore affectæ metropoles solum honorem habeant, vtpote aliis iuribus veræ metropoli seruatis? Dicimus de ea re dubitationem ab hac Imperatoris constitutione dissolui. Quæsitum enim est, & post multas allatas ad iustam esse rem ostendendam rationes, hæc eius rei gratia expressè dicta sunt, & quod vniuersali ratione C, & generaliter exposita dispositione, ecclesias quæ iussione Imperat. in altiorem thronum eriguntur, honore quoque dignas censeri oporteat, & electiones illic procedere ex forma canonica, quæ in magna ecclesia consecuta est, metropolitanis, & archiepiscopis conuenientibus, & archiepiscopos ac metropolitanos eligentibus, quod & Imp. mea sublimitas decernit, & hanc constitutionem sancta quoque sequetur synodus, vt quæ ecclesiasticum ritum accuratè seruet, & à canonica rectitudine non excidat. D Lege ergo diffusè hanc constitutionem, & dic iis qui dicunt, quòd nisi dum erigitur episcopatus in metropolim vel archiepiscopatum, ab Imperial. potestate adiectum fuerit, eorum electiones patriarchali suasione & auctoritate debere fieri, verus metropolitanus eorum electionem faciet. hoc enim etiam hucusque seruari in vniuersali patriarcha, qui ab Heracleæ

archiepiscopo ordinatur: quoniam fuerit aliquando Constantinopolis siue Byzantium Heracleæ metropolis episcopatus: dic, inquam, quòd hac constitutione omnis iuris omnino allegatio tollitur: nec Constantinopolitanus necessariò ab Heracleæ episcopo ordinatur. Inuentum est enim etiam Stephanum Imp. domini Leonis sapientis fratrem ordinatum fuisse à Theophane metropolitano Cæsareæ.

A διὰ τὸ εἶναι τὴν Κωνσταντινούπολιν ἤτοι τὸ Βυζάντιον ποτὲ τῆς Ἡρακλείας ἐπισκοπήν. ὅτι ἀπὸ τοῦ τοιούτου σημειώματος πᾶσα τοιαύτη δικαιολογία περιαιρεῖται καὶ ὁ Κωνσταντινουπόλεως, οὐκ ἐξ ἀνάγκης παρὰ τοῦ Ἡρακλείας χειροτονεῖται· εὕρηται γὰρ καὶ Στέφανος ὁ ἀδελφὸς τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ σοφοῦ πατριάρχης χειροτονηθεὶς Κωνσταντινουπόλεως, παρὰ Θεοφάνους μητροπολίτου Καισαρείας.

Pag. 352. a. 11. post illa verba. Τρούλλῳ συνόδου. *adde*

Altera expositio. ἑτέρα ἑρμηνεία.

Ac præsens quidem canon statuit Constantinopolitanum archiepiscopum habere priuilegia Papæ Romæ, & eum, quemadmodum & ille, in omnibus rebus ecclesiasticis honorari ac magni fieri, conuenienter iij. canoni secundæ syn. Nonnulli autem videntes eum nolle Papæ Romani priuilegio se iactare & extollere (neque enim Imp. loro ei caput tegitur, nec cum Imp. sceptris, signis, & bannis progreditur, nec Imperial. præ se fert auctoritatem, nec reuera induitur & equitat secundum id quod Imperiali decreto continetur à sancto magno Constantino ad Papam Romanum sanctum Siluestrum, & successores facto) dicunt ea quæ his canonibus continentur exoleuisse & in vsu non esse, id etiam quod dicunt ex hoc confirmantes, quòd in Imperialibus longo post tempore scriptis & repurgatis non sitæ sint leges, quæ definiant Constantinopolitanum archiepiscopum habere Romani Papæ priuilegia, quemadmodum & nos declarauimus in prima iussione viij. tit. præsentis operis. Ego verò existens Constantinopolitanus ciuis purissimus ac integerrimus, & sanctissimi Constantinopolitani throni factus Dei gratia pars opportunissima, volo & opto vt archiepiscopus Constantinopolitanus, citra tamen omne offendiculum, habeat priuilegia, quæ à diuinis canonibus sunt illi honorificè concessa.

fortè leg. αὐθινα.

B Ὁ μὲν παρὼν κανὼν διορίζεται ἔχειν τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἀρχιεπίσκοπον, τὰ πρεσβεῖα τοῦ Πάπα Ῥώμης, καὶ κατ᾽ ἐκεῖνον ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πράγμασι μεγαλύνεσθαι, ἀκολούθως τῷ τρίτῳ κανόνι τῆς β'. συνόδου. τινὲς δὲ βλέποντες τοῦτον διὰ μηδενὸς τῶν προνομίων τοῦ Πάπα Ῥώμης ἀποσεμνυνόμενον, οὔτε γὰρ ὑπὸ βασιλικοῦ λώρου τὴν κεφαλὴν κατακαλύπτεται, οὔτε μετὰ βασιλικοῦ σκήπτρου καὶ σίγνων, καὶ βάντων προέρχεται, οὔτε ἀξιώματα προβάλλεται βασιλικά, οὔτε ἀλήθινα ἐνδιδύσκεται, καὶ καβαλικεύει κατὰ τὴν περίληψιν τοῦ γεγονότος βασιλικοῦ θεσπίσματος, παρὰ τοῦ ἁγίου μεγάλου Κωνσταντίνου, πρὸς τὸν Πάπαν Ῥώμης ἅγιον Σίλβεστρον, καὶ τοὺς μετ᾽ αὐτόν, λέγουσιν ἀπρακτῆσαι τὰ τῶν κανόνων, κατασκευάζοντες τὸν οἰκεῖον λόγον, καὶ ἀπὸ τοῦ μὴ καταστρωθῆναι εἰς τὰ βασιλικὰ τὰ μεταγενεστέρως κατὰ πολὺ συγγραφέντα, καὶ ἀνακαθαρθέντα, τοὺς νόμους τοὺς διοριζομένους ἔχειν τὸν Κωνσταντινουπόλεως τὰ προνόμια τοῦ Πάπα Ῥώμης, καθὼς καὶ ἡμεῖς προεδηλώσαμεν τὰ περὶ τούτου, ἐν τῷ α'. κεφ. τοῦ η'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. ἐγὼ δὲ Κωνσταντινουπολίτης ὢν ἀκραιφνέστατος, καὶ τοῦ ἁγιωτάτου θρόνου τῆς Κωνσταντινουπόλεως μέρος γεγονὼς τῇ χάριτι τοῦ θεοῦ καιριώτατον, θέλω καὶ εὔχομαι ἔχειν τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἀσκανδαλίστως πάντα τὰ παρὰ τῶν θείων κανόνων φιλοτιμηθέντα αὐτῷ προνόμια.

In Concil. in Trullo. can. III 365. d. post illa ἑρμηνείας ἔκδοσι.

Ἐξαιρέτως δὲ τὰ γραφέντα εἰς τὸν ιβ'. κανόνα τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου.

In Can. XXXII. pag. 396. a. post illa, τῆς ἁγίας μεταλήψεως.

Σημείωσαι ὅτι ἀπὸ μόνου τοῦ παρόντος κανόνος φαίνεται τὴν θείαν ἱεροτελεστίαν παραδοθῆναι, καὶ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου, πρώτως ἐπισκοπεύσαντος τῆς ἐκκλησίας τῶν Ἱεροσολύμων, ἥτις τέως παρ' ἡμῖν οὐδὲ εὑρίσκεται, οὐδὲ γινώσκεται, ὡς ἀπρακτήσασα. ὅπως δὲ οἱ κατὰ Παλαιστίνην ἱερατεύοντες λειτουργοῦσι μετὰ τῆς παραδοθείσης μυσταγωγίας, ὡς λέγουσι παρὰ τοῦ αὐτοῦ ἀδελφοθέου, καὶ οἱ κατὰ Ἀλεξάνδρειαν ἐπίσκοποι καὶ ἱερεῖς τὰς ἱεροτελεστίας ποιοῦσι μετὰ εὐχῶν, ὡς φασι, παραδοθεισῶν ὑπὸ τοῦ ἁγίου Μάρκου, καὶ οὐκ ἀκολουθοῦσι τοῖς πραττομένοις ὑπὸ τῶν πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἱερουργούντων, ἤγουν οὐκ ἐπιστρέφονται τῶν παραδοθεισῶν μυσταγωγιῶν παρά τε τοῦ ἁγίου Βασιλείου, καὶ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, ἀγνοῶ. τοῦτο δὲ καὶ συνοδικῶς, μᾶλλον δὲ καὶ ἐνώπιον τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως, ἐλαλήθη παρ' ἐμοῦ, ὅτε ὁ πατριάρχης Ἀλεξανδρείας ἐνδημήσας εἰς τὴν τῶν πόλεων βασιλεύουσαν, καὶ μέλλων συλλειτουργῆσαι μεθ' ἡμῶν, ἀρκεσθέντων πάντων τῇ καταθέσει καὶ μόνῃ τοῦ πατριάρχου, εἰπόντος μηκέτι τοῦτο ποιῆσαι.

Nota quòd ex hoc solo præsente canone apparet, sacrum ac diuinum mysterium, etiam à sancto Iacobo fratre domini, qui Hierosolymitanorum ecclesiæ primus fuit episcopus, fuisse traditum: quæ quidem traditio nunc apud nos non inuenitur, neque cognoscitur, vt quæ exoleuerit. Quomodo autem Palæstinæ sacerdotes celebrant, cum mysterij, vt ipsi dicunt, ritu à fratre Domini tradito, nescio: & Alexandrini quoque episcopi & sacerdotes sacrificia peragunt, cum orationibus, vt aiunt, à sancto Marco traditis, nec ea quæ ab iis qui vniuerso terrarum orbe sacrificant, fiunt, sequuntur, seu à sancto Basilio & sancto Ioanne Chrysostomo traditos nobis mysterij ritus non curant, nescio. Hoc autem etiam synodicè, vel potius etiam in ipso tribunali Imperatoris à me dictum est, quando patriarcha Alexandrinus in vrbium regina ageret, & vna nobiscum celebraturus, cum tradito, vt dicebat, à sancto Marco mysterij ritu sacrificare vellet. Etiam si correctionem non habuerit, cùm omnes patriarchæ assertione eaque sola contenti essent, qui dixit se id non amplius facturum.

In Can. XXXIIII. pag. 398. c. post illa, νόμου τιμωρεῖσθαι.

Νομίζω καλῶς ἑρμηνευθῆναι τὸν κανόνα, καὶ μὴ ὀφείλειν ἐκλαμβάνεσθαι αὐτὸν καθώς τινες λέγουσι, πρὸς τοὺς ποιησαμένους συνωμοσίαν ἐπὶ ἀγαθῷ. κἂν ὅπως γὰρ γίνηται, κολάζεται, καθὼς ἐγράφη ἄνωθεν. εὑρίσκω δὲ σημείωμα κατεστρωμένον ἐν τοῖς προσφόροις σεκρέτοις τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ, τελεστὴν φέρον τὸν Ἰούλιον μῆνα, τῆς ιε'. Ἰνδικτ. καὶ διαλαμβάνον μὴ εὐθύνεσθαι τοὺς καθοσιώσει ὑποπεσόντας διὰ βασιλικῆς προστάξεως, πολλοὺς εὐγενεῖς καὶ

Existimo rectè expositum esse canonem, nec debere illum accipi, prout affirmant nonnulli aduersus eos qui coniurationem instruxerunt ad bonum. Quocunque enim modo fiat, punitur, vt supra dictum est. Inuenio autem constitutionem sitam in conuenientibus secretis Imperatoris domini Alexij Comneni filij beati Imperatoris domini Emanuelis, Iulium mensem, quo perfecta est, indicantem, xv. indictione quæ continet multos nobiles &

magnos homines, qui Imp. iussu se inuicem sacramentis obstrinxerant, non esse corrigendos vt qui coniurationem fecissent. Nempe cùm Imperator pronunciarit, non esse coniurationem, quod ab illis factum est, sed licitum iusiurandum, quoniam pro ipsius imperio coniuratio facta sit: ne dixeris, eam quidem coniurationem, quæ fit ad malum, puniri: quæ verò ad bonum, non corrigi. Sed dic omnem coniurationem pœnæ esse obnoxiam, propter eas, quæ in superiori interpretatione adductæ sunt causas: quæ autem in dicta Imp. constitutione declarata sunt, esse priuata ac specialia, non autem etiam legum & canonum interpretationes.

μεγάλους ἀνθρώπους, κατὰ τοὺς συνωμοσίαν ποιησαμένους, ὡς τοῦ βασιλέως ἀποφηναμένου, μὴ συνωμοσίαν τὸ παρὰ τούτων γινόμενον εἶναι, ἀλλὰ θεμιτὸν ὅρκον, διὰ τὸ ὑπὲρ τῆς βασιλείας αὐτῆς τὴν συνωμοσίαν γενέσθαι, μὴ εἴπῃς τὴν μὲν ἐπὶ κακῷ γινομένην συνωμοσίαν κολάζεσθαι, τὴν δὲ ἐπὶ καλῷ μὴ εὐθύνεσθαι. ἀλλὰ λέγε πᾶσαν συνωμοσίαν ὑπεύθυνον εἶναι διὰ τὰς ἐν τῇ ἄνω κειμένῃ ἑρμηνείᾳ τεθείσας αἰτίας. τὰ δὲ ἐν τῷ ῥηθέντι βασιλικῷ σημειώματι δηλούμενα, ἰδικὰ εἶναι, καὶ συμπαθείας βασιλικῆς μέτοχα. οὐ μὴν καὶ ἑρμηνείας νόμων καὶ κανόνων.

In Synodum Constant. can. XVI. pag. 580. c. post illa τῇ ἑτέρᾳ γνώμῃ.

Et hæc quidem scripsimus seruari oportere, quæ hoc canone comprehenduntur, de episcopis qui renunciant, præter ea quæ à sancto Cyrillo in epistola ad Dominum constituta sunt, vt quæ à sancta & vniuersa synodo discussa & examinata fuere, per epistolam quæ nunc missa est ad synodum in Pamphylia. Tu autem scias, quod hæc omnia, quæ à sancto Cyrillo constituta sunt, nescio quomodo contemnuntur. Multi enim, etiam eas quæ quomodocunque fiunt ab episcopis, renunciationes, admittendas esse volunt, vt vult hic præsens canon. Qui sunt autem subtiliores, illas esse dicunt admittendas renunciationes, quæ continent eas fieri propter indignitatem eorum qui renunciant. Ego verò ea sequor quæ sunt à sancto Cyrillo definita. Si enim concessum fuerit, vt episcoporum renunciationes citra curiosiorem examinationem admittantur, multi episcopatus erunt sine episcopis, propter rerum inæqualitatem. quod quidem ad magnam status ecclesiastici spectat iniuriam, vt de dei contumelia nihil dicam. si quis autem velit per tonsuram renunciare, & eo quòd vitam monasticam elegerit, quemadmodum magnus quoque fecit Gregorius Theologus: & dicis hunc canonem de iis renunciationibus dicere, assentior &

Ἐν τοῖς μὲν ἐγράψαμεν, ὀφείλειν τὰ τῷ παρόντι κανόνι περιεχόμενα χάριν τῶν παραιτουμένων ἐπισκόπων, ἐξακουέσθαι πρὸς τὰ κανονισθέντα παρὰ τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, ἐν τῇ πρὸς Δόμνον ἐπιστολῇ· ὡς συγκροτούμενα, καὶ παρὰ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς τρίτης συνόδου, διὰ τῆς γινομένης τηνικαῦτα ἐπιστολῆς πρὸς τὴν ἐν Παμφυλίᾳ σύνοδον. σὺ δὲ γίνωσκε ὅτι ταῦτα τὰ παρὰ τοῦ ἁγίου Κυρίλλου διορισθέντα, οὐκ οἶδ' ὅπως παραβλέπονται. πολλοὶ μὲν γὰρ καὶ τὰς ὁπωσδήποτε γινομένας παρὰ τῶν ἐπισκόπων παραιτήσεις, δεκτέας εἶναι θέλουσι, κατὰ τὸν παρόντα κανόνα. οἱ ἀκριβέστεροι δὲ, ἐκείνας τὰς παραιτήσεις λέγουσιν εἶναι δεκτὰς, τὰς διαλαμβανούσας γίνεσθαι ταύτας διὰ τὴν ἀναξιότητα τῶν παραιτουμένων. ἐγὼ δὲ τοῖς παρὰ τοῦ ἁγίου Κυρίλλου διορισθεῖσιν ἕπομαι. εἰ γὰρ δοθῇ παραιτήσεις ἐπισκόπων δέχεσθαι, πλείους τῶν ἐπισκόπων, οἱ ἀποεπίσκοποι ἔσονται διὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἀνωμαλίαν. ὅπερ πρὸς μεγάλην ὕβριν ἀφορᾷ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας. ἐῶ γὰρ λέγειν καὶ τοῦ θεοῦ. εἰ δὲ παραιτεῖσθαι θέλῃς ἐπισκόπους, δι' ἀποκάρσεως, καὶ διὰ τοῦ ἐπιλέξασθαι διαγωγὴν μοναδικὴν, καθὼς καὶ ὁ μέγας Γρηγόριος ὁ Θεολόγος ἐποίησε, καὶ περὶ τοιούτων παραιτήσεων, λέγῃς τὸν κανόνα ταῦτα διαλαμβάνειν, συντίθεμαι καὶ αὐτός.

αὐτός. ἡ μέντοι παραίτησις τοῦ Μάκρης ἐκείνου θεοδούλου δεχθεῖσα συνοδικῶς, παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου κυροῦ Λουκᾶ, μετ' ἡμέρας ἠπράκτησεν ἐκ παρακλήσεως τοῦ ἐπισκόπου, διὰ ψήφου συνοδικῆς πατριαρχεύοντος τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου κυροῦ Μιχαὴλ, τοῦ Ἀγχιάλου. ἰδὼν γὰρ ὁ τοιοῦτος πατριάρχης, τὴν παραίτησιν τοῦ ἐπισκόπου, μὴ διαλαμβάνουσαν παραιτεῖσθαι τὸν ἐπίσκοπον ὡς ἀνάξιον, ἀλλ' ὡς μὴ ἄξιον, εἶπεν, ὅτι ἀπαράδεκτος ἡ τοιαύτη ἀπαίτησις ἐστίν. οὐδὲ γὰρ ὁ μὴ ἄξιος εἰς τὸ ἱερουργεῖν, ἤδη καὶ ἀνάξιός ἐστι. καθὼς τοῦτο καὶ ὁ μέγας Βασίλειος, ἐν μιᾷ τῶν ἁγίων εὐχῶν τῆς ἱερᾶς ἁγιστείας φησὶν, οὕτω πως διαλαμβανούσης. οὐδεὶς ἄξιος τῶν συνδεδεμένων ταῖς σαρκικαῖς ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς, προσέρχεσθαι καὶ προσεγγίζειν, ἢ λειτουργεῖν, σοι βασιλεῦ τῆς δόξης. καὶ διαγνοὺς, τὸν μὲν εἰπόντα ἑαυτὸν ἀνάξιον, αὐτοκατάκριτον εἶναι, τὸν δὲ μὴ ἄξιον, ἐγκωμιασθητέον ὡς ταπεινόφρονα, ἐδικαίωσε τὸν ἐπίσκοπον ἱερατεύειν, ὡς μὴ κατὰ κανόνας παραιτησάμενον. οἱ δὲ λέγοντες ὀφείλειν ὡς κανόνα τὴν περὶ τῶν παραιτήσεων μακρὰν συνήθειαν κρατεῖν, κακῶς λέγουσι. μακρὰ γὰρ συνήθεια ἄγραφος οὐ κρατεῖ, ἔνθα ἐγγράφῳ νόμῳ ἢ κανόνι ἐναντιοῦται. καὶ ζήτει τὰ γραφέντα παρ' ἡμῶν χάριν τούτου, εἰς κεφαλ. γ'. τοῦ α'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος.

A ipse. Renunciatio verò Macres illius serui dei, synodaliter accepta ab illo patriarcha domino Luca, aliquanto post tempore exoleuit, episcopi suasione, per synodalem sententiam, cum patriarchatum gereret sanctissimus ille patriarcha dominus Michaël Anchialus. Cùm videret enim is patriarcha, episcopi renunciationem non continere, episcopum renunciare vt indignum, sed vt non dignum, dixit non esse admittendam eiusmodi renunciationem. Non B enim qui vtique non dignus est sacrum facere, iam etiam indignus est, sicut & magnus inquit Basilius in vna oratione sacrosancti mysterij, quæ sic habet: Nemo eorum qui carnalibus desideriis & voluptatibus alligati sunt, dignus est accedere, & appropinquare, vel tibi ministrare Rex gloriæ: & statuens eum quidem qui se dixit indignum, esse per se condemnatum, qui autem non dignum, laudandum vt humilem, æquum censuit vt episcopus sacerdotis officio fungeretur, vt qui non canonicè renunciasset. Qui autem C dicunt longam renunciationum consuetudinem perinde ac canonem valere debere, malè dicũt. Longa enim non scripta consuetudo non valet, quando legi scriptæ vel canoni aduersatur. Et quære quæ à nobis de ea re scripta sunt, in iij. cap. primi tit. præsentis operis.

In Synodum VII. can. XIII. pag. 530. b. post illa, τοιαῦτα γίνονται.

Τὰ ἐν τῇ ἐξηγήσει τοῦ παρόντος κανόνος γεγραμμένα παρ' ἡμῶν, ἀρκέσουσι τοῖς βουλομένοις εἰς τὸ μὴ προσέχειν τοῖς παρὰ τοῦ πατριάρχου ἐκείνου Ἀντιοχείας κυροῦ Ἰωάννου γραφεῖσι χάριν τοῦ μὴ δίδοσθαι προσώποις, μοναστήρια, καὶ ὀνομάζουσι τὸ ἔργον τοῦτο ἀσέβειαν. πάντως γὰρ κατακρατήσει τούτων, ὁ παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου οἰκουμενικοῦ κυροῦ Σεργίου γεγονὼς τόμος, ἑρμηνεύων πῶς ὀφείλουσι νοεῖσθαι τὰ τῶν κανόνων μετὰ συνοδικῆς συμπράξεως.

Quæ à nobis scripta sunt in præsentis canonis expositione, sufficient D ei qui velit, vt sciat mentem non adhibendam iis quæ ab illo Patriarcha Antiocheno domino Ioanne scripta sunt de non dando monasteria personis, & nominante hoc opus impietatem. Id enim omnino vincet, ea quæ à sanctissimo vniuersali patriarcha domino Sergio facta est decisio, cum synodali consensu, quæ quidem interpretatur quomodo debeant canones intelligi.

In Synodum can. III. pap. 767. c. post illa, ἐπιτιμίων ἐθεραπεύθησαν.

Τὴν μέντοι Κομνηνὴν κυρὰν Θεοδώραν

Porrò & Comnenã dominam Theo-

doram, quæ dicta est Laparde, illius domini Andronici coniux, vi illius tyranni Andronici tonsam, Constantinopolitana synodus non siuit mutare habitum, nec cum Crate Hungariæ qui hoc vehementissimè petebat, coniungi, eo quòd post eius viri mortem processisset tonsura, etiam si vi facta esset, & in cœnobiaco monasterio vitam egisset. Iam verò & alias quoque nobiles fœminas sic tonsas æquum censuit hæc synodus ad pristinum habitum reuerti, vel quòd eorum mariti superessent, vel quòd tonsuram omnino non admisissent post mortem tyranni.

A τὴν χρηματίσασαν σύμβιον τοῦ Λαπαρδᾶ ἐκείνου κυροῦ Ἀνδρονίκου. ἀποκαρεῖσαν κατὰ βίαν τοῦ τυράννου, ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει σύνοδος, οὐ παρεχώρησε μετασχηματισθῆναι καὶ συζυγῆναι τῷ Κράτῃ Οὐγγρίας, ἐνθύμως τοῦτο ζητήσαντι. διὰ τὸ μετὰ θάνατον τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, στοιχῆσαι τῇ ἀποκάρσει. κἂν κατὰ βίαν ἐγένετο, καὶ ἐν κοινοβιακῇ διάγειν μονῇ. ἑτέρας δὲ γυναῖκας εὐγενεῖς οὕτως ἀποκαρείσας, ἐδικαίωσεν ἡ αὐτὴ σύνοδος μετὰ θάνατον τοῦ τυράννου, μετασχηματισθῆναι, ἢ ὡς ἔτι περιόντων τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν, ἢ διὰ τὸ μὴ καταδέξασθαι ὅλως τὴν ἀπόκαρσιν μετὰ θάνατον τοῦ τυράννου.

In Can. 2. Gangren. Syn. pag. a.

Κυρίου Ἀλεξίου καὶ τῆς συνόδου ἡ καὶ τάξιν τόμου ἐπέχουσα. ὡς ὑπογραφεῖσα παρά τῆς συνόδου καὶ τοῦ βασιλέως καὶ διορίζομένη ἀναθεματίζεσθαι τοὺς ἐπιχειροῦντας ἀποστασίαν κατὰ βασιλέων ποιῆσαι. ἢ τυραννίδα κἀντεῦθεν τοὺς ὑπηκόους κατὰ τῶν αὐθεντῶν αὐτῶν ἀνασταιοῦντας, διορίζεται μετὰ τῶν ἄλλων περὶ τὸ τέλος, &c.

pag. 804. d. Ῥακενδυτοῦντας καὶ κατηγοροῦντας τῶν φορούντων τοὺς βήρους, &c.

pag. 805. a. ἀλλὰ καὶ εὐχαριστηθήσεται. πολλαὶ γὰρ γυναῖκες, &c.

pag. 806. c. τοὺς μὴ ποιοῦντας οὕτω, ἀλλὰ προφάσει θεοσεβείας ἀναχωροῦντας ἐκ τοῦ κόσμου καὶ καταλιμπάνοντας ἀπρονοήτους τοὺς πενομένους γονεῖς αὐτῶν, ἀναθέματι καθυποβάλλει. προστίθησι δὲ, προτιμᾶσθαι τὴν θεοσέβειαν ἤγουν τὴν ὀρθοδοξίαν, &c.

pag. 807. d. Αἵρεσις Βογομιλικὴ ἐστὶν ἐπί τινας χρόνοις νηστεύειν κατὰ πᾶσαν ἡμέραν, καὶ μηδέποτε καταλύειν, ὡς μετὰ τὸν τοσοῦτον καιρὸν λέγειν ἐν τελειότητι γίνεσθαι τοὺς νηστεύοντας. καὶ ἐπί τινας αὖθις καταλύειν καὶ ἁμαρτάνειν ἀδιαφόρως καὶ πᾶσαν κακίαν, &c.

In Synodi Antiochen. can. x. pag. 817. c. ita legebatur in Vatic.

Ἐπεὶ δέ τινες ἐσπούδαζον ἐξ ἀδιαφορίας, χειροθεσίαν χωρεπισκόπου λαβεῖν ἀπὸ μητροπολίτου, ἢ πατριάρχου μὴ ἐπιστρεφόμενοι τῶν ἐγχωρίων ἐπισκόπων, ἐκωλύθη καὶ τοῦτο, καὶ ὡρίσθη παρὰ τοῦ ἐπισκόπου τῆς πόλεως γίνεσθαι τὸν χωρεπίσκοπον, ἵνα ὑπόκειται αὐτῷ.

In can. XII. pag. 820. c. post illa verba.

Ἐπάρχου καὶ τὴν ἀπόφασιν τοῦ δὶς γεγονότος ἐπάρχου τῆς πόλεως. οἱ νόμοι ῥητῶς διορίζονται μὴ ὑποκεῖσθαι ἐκκλήτῳ. τὴν δὲ πατριαρχικὴν ἀπόφασιν τοιούτου προνομίου ῥητῶς οὐκ ἠξίωσαν. κατὰ τὰς τῶν πολλῶν καὶ τυχόντων δικαστῶν ψήφους, καὶ αὕτη ἐκκλητευθήσεται. πρὸς ἐπισύστασιν δὲ τοῦ λόγου αὐτῶν, χρῶνται, καὶ τῇ γ΄. Ἰουστινιανείῳ νεαρᾷ, τῇ κειμένῃ ἐν βιβλίῳ γ΄. τῶν βασιλικῶν τίτλῳ β΄. καὶ διοριζομένῃ εὐθύνεσθαι παρὰ τοῦ βασιλέως τὸν πατριάρχην, &c.

Ibid. pag. 821. c. 8. post illa verba.

Εἰς τρίτον κατάγεσθαι δικαστήριον, τὴν εἰς δύο δικαστήρια ζητηθεῖσαν ὑπόθεσιν, οὐ μὴν ὅταν πρωτοτύπως δικάζῃ καὶ μάλιστα λαϊκούς, λέγω. ὅτι εἶχον μὲν πρὸς τοῦτο πολλὰ εἰπεῖν, καὶ παραστῆσαι αὐτὴν, μὴ καλῶς λέγειν. &c.

Eorum, qui ſequuntur, locorum, Græcum textum in nullis codicibus hactenus nanciſci licuit: idcirco ſolum interpretis Latinum textum ſubiecimus ex editione Gul. Morelij Typographi Regij. CIↃ. IↃ. LXI.

Pag. 240. c. *poſt illa verba*, Synodo non placuerunt, *loco eorum, quæ ſubiecimus ex Græca editione Pariſienſi, ſequebatur apud Heruetum.*

Ex hoc præſenti autem xiiij. canone ſanctorum Apoſtolorum comprehenditur, quòd maligna quidem à parochia in alicuius epiſcopi parochiam inuaſio condemnatur. Tranſlatio autem, quæ iuſta de cauſa, & proprietate ac religione confirmanda, cum maxima epiſcoporum fit adhortatione, permittitur. Quia autem dicunt nonnulli, ne à præſenti quidem canone permitti tranſlationem, ſed epiſcopi tantum ad tempus euocationem docendi gratia, ex hoc oſtendi dicimus: primùm cùm hic canon nihil dicat eiuſmodi, vndénam ipſi hoc afferunt? Deinde, quænam poſſit eſſe vacantis eccleſiæ populo vtilitas, ſi epiſcopus ſemel vel bis, vel aliquo vno tempore docuerit, & nullum aliud antiſtitis munus exercuerit? deinde, quid opus erat vt fieret hæc euocatio cum magna multorum epiſcoporum adhortatione? poterat enim vel vnus pietatem prædicare. Iam verò & qui hoc dicit, accuſat ſanctum Gregorium Theologum, & alios ſanctiſſimos Patriarchas, qui ex epiſcopatibus tranſlati ſunt in ſedem Conſtantinopolitanam, & ad alias ſedes patriarchales, tanquam qui indignè in tranſlatione ſacra miniſteria obeant, quod non eſt venia dignum.

Pag. 242. b. *ſunt, ignoro.*

Lege etiam cxxxvij. Iuſtiniani nouellam, quæſita eſt in primo titulo iij. libri Baſilicorum. Decernit autem etiam cum multis aliis quæſtionibus eccleſiaſticis, quid debeat fieri in clericos digamos. Similiter, lege etiam xxiij. cap. primi tit. præſentis operis, & quæ in eo ſunt. ALIA Interpr. Superius quidem ſcripſimus nos ignorare, quomodo lectores qui duas vxores duxerant, non deponuntur, ſed potius per Archiepiſcopalia pittacia ad maiores gradus promouentur. Nuper autem leges & canones diligentius conſiderantes, animaduertimus hunc xvij. & xviij. canonem tractare de epiſcopis, ſacerdotibus, diaconis, & ſubdiaconis, non autem etiam de lectoribus. Illi enim ſiue ante ordinationem, ſiue poſt, digami fuerint, deponuntur. Hi verò lectores, ſi ante characterem quidem fuerint digami, deponuntur. Poſt characterem autem, eis permittitur, & ignoſcitur, ſed ad alium maiorem eccleſiaſticum gradum promoueri prohibentur. Hæc enim expreſsè dicit cxxxvij. Iuſtiniani nouella, ſeu xxxj. & xxxij. cap. primi tit. iij. libri Imperatoris. Si autem poſt ordinationem epiſcopus, presbyter, vel diaconus, vxorem duxerit, clero eiiciatur, & ordini ciuitatis, in qua erat clericus, cum bonis ſuis tradatur, ſin autem lector ſecũdam vxorem duxerit, ſed primam quidem viduam, vel à marito ſeparatam, vel legibus ſacrísve canonibus prohibitam, ad alium eccleſiaſticum gradum non proueh atur: ſin autem quocunque modo ad maiorem gradum promotus fuerit, ex eo eiiciatur, & priori reſtituatur. Si velis autem accipere canonem, vt etiam de lectoribus loquatur, potes, quòd ſcilicet non poſſit eſſe vel fieri lector, qui ſecundam vxorem duxerit. Vbi enim cognitum fuerit, deponitur. Lectori autem, qui poſt characterem ſecundam vxorem duxit, ignoſcitur, ſed ad maiorem gradum non promouetur. Quomodo autem lectores, qui ſecundas vxores duxerunt, per Archiepiſcopalia pittacia ad domeſticata, & alia eccleſiaſtica officia promouentur, nobis dicere neceſſe eſt. Dicimus ergo quòd eccleſiaſtica officia abuſiuè gradus vocantur. Eſt enim propriè gradus, ſacerdotum, diaconorum, ſubdiaconorum, & lectorum. Officia autem ſunt ho-

nores,& victus ſubminiſtrationes. Vnde qui fuit lector ab ineunte ætate, & ſecundam vxorem duxit, fit citra vllum impedimentum clericus eccleſiaſticus, & populi conuocator, per pittacia. Sed non hypodiaconus, vel diaconus. Qui enim hoc auſus fuerit, deponetur.

Pag. 248. b. *Ante illa verba Theodori Balſ.* Et ſacrati *& laici, ſcripſerat interpres.*

Nota præſentem Apoſtolicum canonem, qui decernit poſſe Clericos impune à ſuis Epiſcopis diſcedere, ſi eos vt impie vel iniuſte ſe gerentes condemnent, & hoc eſt nouum in iniuſtitia: alioqui enim etſi ſit peſſimis moribus, non debet à ſuo epiſcopo abſcedere vel à ſacerdote, ſed potius credere ſe per peccatorem Sacerdotem & Epiſcopum ſanctificari. Omnes enim, inquit, Deus, non eligit, ſed per omnes operatur. lege & ſancti Chryſoſtomi interpretationem epiſtolæ ad Timotheum, & xiij. can. Syn. quæ habita eſt in Templo ſanctorum Apoſtolorum. ALIA. interpr. Et ſacrati.

Ibid. rurſus poſt illa verba, vſque in hodiernum diem.

Scias autem, quòd poſt præſentis canonis interpretationem cum aliquot Antiſtites conueniſſent, qui ægrè ferebant ſibi miſſas fuiſſe à Patriarchis Cruciū fixiones, * tanquam id præter canones factum eſſet in ſuis diœceſibus, animaduerti hæc iure & canonicè fieri, & Epiſcopos hæc fieri fruſtra queri. A diuinis enim canonibus nec Metropolitano, nec Archiepiſcopo, nec Epiſcopo data eſt regio: ſed quinque Patriarchis diſtributæ ſunt regiones totius orbis terrarum: & ideo ab omnibus qui ſunt in ipſis, nomina ad eos referuntur, & hoc clarum eſt ex vj. & vij. canone primæ Synodi, & ij. & iij. canon ſecundæ Synod. qui decernunt, vt Alexandrinus habeat prouinciam omnem, Ægyptum, Libyam, & Pentapolim: Antiochenus Cœlen Syriam, Meſopotamiam, & Ciliciam: & reliqui Patriarchæ alias diœceſes, vt his canonibus comprehenditur. Cùm autem ipſi eos Antiſtites, qui earum curam gerunt, iudicent, & canonicè corrigant, iure etiam dabunt ius figendi cruces in earum ciuitatibus, & Parochiis, earum quoque clericos impune ſibi proprios efficiant, quoties voluerint. Cùm autem hæc ita ſe habeant, nulli Patriarchæ licebit in alterius Patriarchæ prouinciam mittere iura figendi crucem, nec eius clericum abducere, ne confundantur iura eccleſiarum.

* σταυροπήγια.

Pag. 270. a. 2. *Apoſtolicus canon lxvj.*

Similiter excipe mihi quartos dies, & paraſceuas quæ ſunt ante τὴν ἀπόκρεω, τὴν τυροφάγον & hebdomadem τῆς διακαινησίμου. In iis enim ſoluimus, quia ieiunant Armenij propter Nineuitas: in eo qui eſt ante ἀπόκρεω & in eo qui eſt ante τυροφάγον, hæretici Tetraditæ magnum ieiunium obſeruant. Hebdomas autem * τῆς διακαινησίμου. tanquam ipſe magnus dominicus dies reputatur. Propterea enim, & matutina reſurrectionis euangelia eo die leguntur. Cùm autem ſolutionem audis, ne dicas eam quæ fit per carnem: propter corporalem enim imbecillitatem non permittetur cuipiam, etiamſi extremum agat ſpiritum, in magna quadrageſima carnibus veſci. Vidimus enim hoc diuerſis temporibus ſynodicè petitum eſſe, & non eſſe conceſſum.

* διακαινήσιμος hæc eſt, quæ Paſcha ſubſequitur.

Ibid. *pudore non afficiemur.*

Lege & quæ à nobis ſcripta ſunt in Interrogationem ſynodalium factarum reſponſionum in diebus Patriarchæ Domini Nicolai.

Pag. 273. b. *Contumaciam condemnari.*

Condemnari itaque contumacem epiſcopum, vt vult Nouella illuſtris Imperatoris Emanuelis Comneni, eſt extra omnem controuerſiam. Ita enim iudicatum eſt etiam apud tribunal Imperatorium. Cum duobus autem antiſtitibus, & non vllo

alio modo vocationem eius fieri, non est iuris, nec ea est huius canonis sententia. Quando enim scriptus est, nec iudicibus nec Patriarchalibus notariis per se fidem haberi in vsu erat. Hodie autem cùm eis per se maior & amplior fides habeatur, necessario & quæ à Patriarchalibus notariis vel iudicibus edicta fiunt, nec reprobari, nec refelli poterunt. Rectè ergo condemnabitur qui per ea euocatus fuerit, & in iudicio non stiterit, cùm edicta non ex eo labefactentur quòd non fiant ab Antistitibus.

Pag. 286. c. *plurium electio*, loco eorum quæ ex editione Græca & Agylæo subiecimus, sequebantur hæc apud Heruetum.

Licet dominus Emanuel Comnenus legem tulerit, vt si omnes non sint eiusdem sententiæ, sed aliquid dissentiant, si qui dissentiunt numero sint æquales, eorum præferetur sententia, quibus is qui iudicio præest consenserit: eáque lex sit & generalis, & ad omnem causam trahi debere videatur: in ecclesiasticis tamen electionibus locum non habebit, nec in ecclesiasticis quæstionibus. Quòd autem per eam canonica traditio non est euersa, lege xix. can. Antioch. Syn. patriarcha Hierosolymitanus, Æliæ episcopus dictus est. Vrbs enim Hierosolymorum à Tito & Vespasiano euersa, cum ab Ælio Adriano rursus ædificata esset, Ælia est appellata. Quæsitum est autem &c. pag. 287. b.

Pag. 348. c. *quę in illud scripta sunt.*

ALIA INTERPRETATIO. De metropolitanis quidem, qui non eligunt episcopos in suis episcopatibus vacantibus, in præsenti canone tractatum est. De iis autem qui declarati seu renunciati, receptionem vel recusationem post electionem prorogant ac differunt, diuersis temporibus actum est, & quæsitum est quid agendum, & maxime sub Lachana illo Theodoro, qui Heracleæ archiepiscopus renunciatus erat: vnius autem anni & dimidij tempore, nec recipiebat nec recusabat. Quoniam ergo tunc nihil certi definitum ac confirmatum est, dico quòd trimestre tempus post electionem etiam electo accommodabitur, vt vel recipiat, vel recuset, secundum hunc præsentem canonem. Quod tempus scilicet etiam metropolitano datum est pro eligendo episcopo, idque propter eandem causam, propter quam etiam metropolitanus punitur, qui non intra præstitutum tempus eligit. Eo autem in casum præterito, alia fiet ecclesiæ electio. Si autem is qui renunciatus est seu declaratus, post trimestre tempus, electionem reuocet, non audietur, sed potius etiam ecclesiasticè punietur, vt qui in iis ludat in quibus ludendum non est, & sua dilatione gregi Dei perniciem afferat. Quoniam autem audiui quendam dicentem, quòd edictis debet euocari qui est renunciatus, & nisi hoc factum fuerit, eius dilatio ei nullum periculum afferet: dico, quòd quoniam metropolitanus hoc ius non habet, vt qui à patriarcha edicto non euocetur, nec qui renunciatus est, episcopus hoc habebit. Hanc autem interpretationem etiam ex ix. cap. primi tit. iij. lib. Basilicorum confirmo, quod probationem contradictionis, quæ aduersus electum infertur, in trium mensium spacium coarctatum reducit. lege ergo hoc positum in commentario cap. primi tituli præsentis operis.

Pag. 364. *Imperatoribus confirmata.*

In lxxxv. canone sanctorum Apostolorum, & in præsenti canone expositum est, quínam libri veteris & noui Testamenti legi debeant. Quoniam autem vidi magnum hominem, afferentem Nomocanonum quod habebat sanctorum Apostolorum canones, per Clementem compositos, & diuersas Imperatoris Iustiniani Nouellas in legum repurgationem non receptas, moneo omnes qui Nomocanonum lectuti sunt, ne antiquioribus Nomocanonorum libris mentem ad-

hibeant, ſed id quod à patriarcha Photio eſt elaboratum, & in xiiij. titulos diuiſum legant. Nomocanonum autem, quòd in l. tit. leges, & canones redegit, & reliqua quæ Iuſtiniani nouellas, quæ exoleuerunt, vt quæ in Baſilicis non receptæ ſint, & alias quaſdam leges ex Digeſtis ac Codice continent, & quæ quòd plurimis verbis abundent, locupletia copioſáque putantur (innumerabiles enim tales libros vidi) multos homines qui ſunt in magna exiſtimatione, nihili facere, ſed ea perire permittere intelligant.

Pag. 371. a. *canonem xxxvij.*

Dixerit autem quiſpiam, quòd cùm epiſcopi cogantur apud metropolitanos ſingulis annis conuenire, metropolitani apud patriarcham conuenire non cogentur. Vel ij enim apud patriarcham conueniunt: & prouincialium epiſcoporum ceſſare ſynodos vſuuenit, vel non conueniunt, & patriarchales non fient ſynodi. Et hæc quidem dicet fortaſſe quiſpiam. Tu autem lege accuratius xx. cap. primi tit. iij. lib. quod ſic præciſè dicit: Iubemus omnino vnoquoque anno vnam ſynodum fieri in vnaquaque prouincia, vel Iunio menſe vel Septembri & apud beatiſſimos quidem patriarchas conuenire, illos qui ab ipſo quidem ordinantur, alios autem epiſcopos ordinandi ius non habent, apud ſanctiſſimos autem metropolitanos vniuſcuiuſque prouinciæ eos qui ab ipſis ordinantur. Nota ergo ex hac Nouella, cauſam propter quam patriarchæ Conſtantinopolitani prouinciales dicuntur, epiſcopus Derci, epiſcopus Meſſanæ, epiſcopus Parij, epiſcopus Apri, & alij quidam archiepiſcopi, & metropolitani, qui non habent epiſcopos. Hi enim, & ſoli apud patriarcham coguntur ſemel in anno conuenire. Cæteras autem quæ ab aliis dicuntur, cauſas ne admitte. Lege etiam finem dicti primi cap. aduerſus magiſtratus extrema ſupplicia decernentem, qui non cogunt epiſcopos tales ſynodos facere.

Pag. 376. a. *hypodiaconos adijcit.*

Si ergo ſic à præſenti canone prohibentur ſacerdotes, diaconi & hypodiaconi cum propriis vxoribus coniungi vicis ſuæ tempore, quid reſpondebunt ſacerdotes, & reliqui, qui non præfinitis viciſſim hebdomadibus, ſed perpetuo ſacrificant? neſcio, & correctionem peto.

Pag. 425. d. *dici non ſinunt.*

Et ſi hic canon obſcurius eſt explicatus, ſcias tamen quòd in ſacri Chartophylacij ſecreto conſtitutio poſita eſt tempore ſanctiſſimi patriarchæ domini Nicolai, quæ ſic habet his verbis. Vir longè clariſſimus Gregorius Siccus, hodierno die deſcriptionem attulit, quæ ſic habet. Maria habens germanum filium Conſtantinum, ex diuino & ſancto baptiſmate fuit Irenes ſuſceptrix, genuit Conſtantinus Theodorum, & Irene Theodoram, & rurſus genuit Theodora Annam. Volens ergo Theodorus legitimo matrimonio Annæ coniungi, ſciſcitatur vt ſciat an hoc fieri liceat. lectus eſt ergo in ſynodo liij. Canon ſanctæ vniuerſalis ſynodi in Trullo, & vj. decretum xj. cap. v. tit. xxviij. libri ſic habens expreſsè, Qui ex ſancto quidem baptiſmate aliquam ſuſcepit, non poteſt eam poſteà vxorem ducere, vt quæ eius filia facta ſit, neque eius matrem, vel filiam. Sed nec eius filius: quoniam nihil æquè paternam affectionem & iuſtam nuptiarum prohibitionem poteſt inducere, vt eiuſmodi vinculum per quod deo intercedente animæ coniunguntur, & decretum eſt dictum contractum eſſe prohibitum, vt qui ad quintum gradum non perueniat, eò quòd præferatur, vt hæc lex comprehendit, ſpiritalis cognatio naturali vel carnali. Cautum eſt autem, vt hoc quoque valeat in adoptione, eo quòd quæ ex ea proficiſcatur cognatio, à deo & diuinarum precum myſterio conſtituatur, vt vult noua conſtitutio inclyti Imperatoris domini Leonis Sapientis.

Pag. 901. a. *ecclesiastica consuetudine.*

A fœminis abstinere non solum eos qui sunt sacris initiati, sed etiam omnes fideles, temporibus sanctæ participationis, etiam ab Apostolo statutum est, qui dicit, Probet homo seipsum, & sic de pane edat, & ex calice bibat. & rursus, Ne defraudent seipsos coniuges, nisi forte ex consensu, quando ad sanctæ communionis preces accedere voluerint. Porrò & Dauid, & eos qui cum eo erant, cum petiuissent de panibus propositionis comedere, qui tunc apponebantur ad præfigurationem corporis Christi, prius interrogauit, an mundi essent à cubili mulieris. Et quod in diuino sacrificio dicitur, Sancta sanctis, habet eandem intelligentiam. Qui enim à muliebri concubitu polluti sunt, vel aliquo alio incesto modo, cum non sint sancti, hoc est digni, non debent communicare. Vnde ex iis omnibus colligitur, quòd nec ipsi coniuges quidem, qui corporaliter congressi sunt, eo die digni habebuntur sancta communione. Ille verò sanctissimus patriarcha dominus Lucas, de eo interrogatus, synodaliter pronunciauit debere tribus ante diebus à corporali congressu seiungi coniuges, qui sunt diuinorum sacramentorum futuri participes. Sed & sponsos, qui ipso die matrimonij ad rem veneream coëunt, pœnis subiecit. Et lege edictum quod mense Septembri ij. indict. factum est, & habe in memoria. Similiter & canonicam responsionem Timothei sanctissimi Archiepiscopi Alexandrini, & responsionem quintam & xij. quæ decernit debere fideles à mutuo congressu abstinere sabbato & dominico. Tales autem traditiones ex libris quoque Mosaïcis probantur & constituuntur. In libro enim Exodi hæc dicit apertè, Et dicit dominus Mosi, Descende, & testificare huic populo, & sanctifica eum hodie & cras, & lauent vestimenta, & stent parati in diem tertium. Tertio enim die ascendet dominus coram omni populo. Et rursus, Descendit autem Moses de monte ad populum, & sanctificauit ipsos, & lauerunt vestimenta, & dixit populo, Este parati tribus diebus, & non accedite ad vxores.

1. Cor. 11. 28.

Pag. 604. d. *& lege fuit potentior.*

Quod quidem mihi sine probatione non videtur. Neque enim scio, an hoc synodaliter dictum & confirmatum sit. Hominum autem confessiones non suscipere sacerdotes, sed solos monachos sacerdotes, iniquum est. Puto autem quòd ex hypocrisi hoc ab eis vsurpatum sit, & propterea tardè omnino (nolo enim dicere nullo modo) quis episcopo vel sacerdoti, qui non sit monachus, suam confessionem credit. quod quidem sacerdotibus & episcopis est beatissimum, monachis autem periculosissimum. Iis enim qui sunt digni, & sunt secundum Apostolum Petrum, dandæ sunt claues regni cælorum. & plus non scribo.

Pag. 615. c. *beneficio demerente.*

Nota ergo præsentem canonem sacerdotalis ordinis homines valde punientem, qui quomodocunque in publicis iudiciis litigant. Nec tibi aduersetur vj. caput primi tit. xj. lib. Imperat. & ix. cap. iij. tit. iij. libri, quæ dicunt posse sacratos renunciare præscriptioni seu exceptioni sacerdotij. Quantum enim ad aduersarium attinet, valet hæc conuentio, est autem alia ratio, quod secundum præsentem canonem læditur qui eum contempserit. Et lege xxiiij. canon. præsentis syn. & Chalced. syn. can. ix.

Pag. 627. c. *scripta sunt.*

Secularem autem dignitatem clericum assequi, vel secularis exercitus ductorem effici per decretum Imperiale, & nominari forte Augustum, vel Præsidem, vel Magnum Domesticum, non mihi videtur. Lege autem vij. can. iiij. syn.

Pag. 629. c. *sententiis non canonicis.*

Nota autem, quòd ex hoc præsenti canone, vt est verisimile, forma introducta est, vt antistites qui sunt ordinandi, necessario ante ordinationem in codice eius qui ordinat sanctum symbolum & reliqua diuina dogmata inscribant. Vidi enim etiam antistitem in magnum discrimen adductum, eo quòd non diligenter & ex consuetudine scripserit. Clericos autem sacra dogmata doceri, & canonicum & iustum est. Inscribere autem huc vsque non vidimus.

Pag. 696. a. *vxores sine præiudicio.*

Quomodo debeant presbyteri, diaconi, & hypodiaconi à propriis vxoribus abstinere, in diuersis canonibus scriptum est, scilicet in xiij. can. syn. in Trullo, & in aliis, quæ in huius canonis interpretatione declarantur. Quia autem mihi nouum esse videtur aliquem eorum deponi qui se non continuerit, eo quòd sit incertum, & demonstrari non possit. Quis enim scit, quomodo & quando à propria vxore contineat is qui est in sacris, vt non continens deponatur? Dico, quòd omnino comprehenditur esse prohibitum sacra celebrare eis qui sunt sacrati. Propterea enim & in x. canone syn. in Trullo patres vicis meminerunt. Magna quoque ecclesia hac ratione sacerdotum ministeria diuidit in hebdomadas. Quare qui non per septimanam, sed singulis diebus sacra celebrant, tenentur canone, vt qui omnino cum propriis vxoribus versentur, & apertè offendant tanquam non continentes, licet reuera contineant. Quomodo ergo plures sacerdotes & diaconi non per septimanam, sed quotidie celebrantes, vel vt superantes, vel vt in oratoriis seruientes, non puniantur, ignoro, & quæro correctionem. Adiicio autem, quòd propter præsentem constitutionem prohibitum est, vt est consentaneum, ne quis fiat clericus in multis ecclesiis, & ne fiant sacrificia & baptismata in oratoriis quæ sunt in domibus, etiam si hoc exoleuerit propter aliam rationem, ex Nouella Imperatoris Domini Leonis Sapientis, quam etiam lege sitam in diuersorum canonum interpretatione.

Pag. 726. a. *Epithalamium celebrant.*

Atque ij quidem rectè segregati sunt. Qui autem per pia cantica, naturæ vim non afferentia, & alleluiaria, artificiosam vocis dulcedinem præ se ferentia, hæc faciunt, iniuria segregantur. Non enim luctuosè, sed festiuè ac panegyricè memorias hodie celebramus, Deo gratias agentes, cui placuit vt is qui defunctus est, cum fide orthodoxa migrare, & qui efficere dignatus sit, vt apertè & cum omni libertate, eos qui ex nostris excedunt sepeliamus, & non vt prius, in angulis abiiciamus, quando hæretici quidem vigebant, nostra autem abiecta & afflicta erant, quemadmodum dicit etiam magnus Gregorius in suis in Iulianum inuectiuis orationibus. Et ideo suffitibus, & lampadibus, & magnificis congregationibus, defunctum excipimus, vt qui sit per baptismum sanctificatus. Psallimus autem & in ipso immaculatum, dicentes ex eius persona, In toto corde meo quæsiui te domine, in corde meo celaui eloquia tua. In via testimoniorum tuorum ambulaui, & reliqua, quæcunque dicunt electi eius deo. Nota præsentem canonem propter Antistites qui dicunt insuetas precationes in memoriis, & de alleluiariis qui cantant super mortuos.

Pag. 752. a. *Spiritalem filium.*

Nota de antistitibus & monachis qui hominum peccatorum confessiones audiunt, & ea in lucem proferunt quæ dicuntur ab iis qui confitentur, & adhibe animum iis quæ interpretatione scripta sunt.

Pag. 774. c. *ordines promoueri.*

Nota autem quòd præsenti canone vsus ille quoque sanctissimus patriarcha dominus Polyeuctus, primum quidem ex sanctissimæ dei magnæ ecclesiæ sacris ambitibus Imperat. dominum Ioannem Tzimischen expulit, vt qui Imperatorem Phocam interfecisset: postea autem suscepit. Dixit enim cum sancta synodo in synodalibus actis quæ tunc habita fuerunt, quæ in chartophylacio seu tabulario reposita sunt, quòd quoniam sancti baptismatis vnctio, omnia quæ ante baptismum fuerunt, qualia & quantacunque sunt peccata delet, omnino Imperatoris quoque vnctio, cædem, quæ ante eam ab Tzimische facta est deleuit, ei ergo actioni consequenter quicunque sunt quidem paulò misericordiores, & dei misericordiam ante iudicium corripiunt, per episcopalem vnctionem quæ ante eam commissa sunt peccata deleri dicunt, & pulchrè instant de animæ peccatis ante sacerdotium commissis sacerdotes non postulari. Si enim Reges Christi domini appellati sunt, & sunt, sic etiam antistites & sunt & nominantur. Dictum autem suum ex hoc quoque confirmant, quòd eiusdem sint potestatis preces quæ leguntur quando Imperatores coronantur, & quando ordinantur antistites. Pro oleo autem quo antiqua lege inungebantur Reges & sacerdotes, dic antistitibus sufficere euangelij trutinam collo eorum impositam, & eius qui ordinat characterem, cum sancti spiritus inuocatione. Ad inconfutabilem autem horum omnium & solidissimam comprobationem magni quoque Gregorij Theologi sermone vtuntur, qui post eius ordinationem ad patrem suum scriptus est, cuius principium est. Et rursus super me vnctio & spiritus. lege ergo eum, & disces, quòd nihilominus sancti spiritus gratia dignus censetur, qui indignè electus, in puritate post ordinationem vitam transigit, quàm is qui dignè electus post suam puritatem vitam nostram reliquit. Hæc de antistitibus. De sacerdotibus verò & aliis clericis, quære Nicenæ synodi canonem xviiij. Synodi Neocæsarianæ canonem viiij. xj. Basilij canonem xxvij. Theophili ex commentario canonem iiij. v. viij. & nota ex omnibus, quòd antistitum quidem ordinatio & & Regum vnctio, quæ ante ordinationem fuerunt peccata, qualiacunque ea fuerint, delent. Propterea enim habent potestatem episcopi dimittendi peccata, vt qui cùm primum ordinati fuerunt audiuerint: Quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cælis, & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. Sacerdotum autem & aliorum qui sunt in sacris ordinatio, parua quidem peccata delet, consensum dico, & mendacium, & eiusmodi alia, quæ depositionem non inducunt: fornicationem autem non delent. Vnde nec sacerdotes possunt peccata remittere, & lege Neocæsar. synodi canon. ix. qui eadem dicit de sacerdotibus. In his autem ne tibi contrarius esse videatur xvij. canon sanctorum Apostolorum qui dicit, Qui duobus matrimoniis post baptismum fuit colligatus, vel habuit concubinam, non potest esse episcopus, presbyter, vel diaconus, vel omnino ex sacerdotali ordine, neque xviij. eadem propemodum asserens, sed accipe illud esse, hoc est fieri, & dic, quòd nullus qui sic lapsus est, episcopali vel sacerdotali honore dignus censebitur. Quòd si prætereaquæ decreta sunt dignus fuerit habitus, si est quidem episcopus, non postulabitur propter dictas causas, & quòd sacerdotes cum primum sunt ordinati, non solum Apostolica gratia digni censentur, sed etiam prophetica. Sic enim & Saul inter prophetas, & Caïphas inuitus prophetizauit, dicens de deo & seruatore nostro Iesu Christo, expedire vnum mori pro vniuerso populo. Erat enim, inquit, pontifex anni illius. & lege xxix. cap. ix. tituli præsentis operis, & inuenies in eo leges diuersas, quæ multa de sacerdotibus & iis qui sunt in sacris tractat; episcopi autem omnino mentionem non facit.

Pag. 791. b. *punitur, vt dictum est.*

Præsens septimus canon Neocæsarianæ synodi, prohibet presbyteros conuiuari cum digamis: & per hoc puniri ostendit secundum matrimonium. Idem autem apparet & ex tertio canone synodi Neocæsarianæ, & ex iiij. canone S. Basilij. Quia autem videmus offendi aliquos, eo quòd nullus eorum qui secundum matrimonium contraxit, aliquando puniatur, nec eis sacramentorum participatio impediatur, sed potius etiam chartophylacis pittacium permittatur. Vidimus autem & patriarchas, & alios antistites, comedentes cum Imperatoribus, qui secundas vxores ducunt, & reliquis, dicimus, quòd etiam si temporalis excommunicationis pœnæ ex prædictis canonibus digami subiecti sint, vnionis tamen decisio, quæ à nobis sita est in iiij. canone sancti Basilij, quam lege, quæ primo matrimonio secundum omnino æquauit, & dixit, quando ij omnino punientur, pœnam dissoluit, hæc præcisè dicens etiam de tertio matrimonio. Atqui nec secundum nec primum sine securitate reliquimus. Sed & illa sic constituenda decernimus, vt nullam improbam causam habeant vel ex raptu, vel ex clandestino præcedente coitu: sed sint legitima, & ab eiusmodi inquinamentis sordibúsque aliena, & quæ sunt quidem eiusmodi punit, reliqua verò pœnis non obnoxia conseruat.

Pag. 813. a. *Quære & ix. can. Carth. syn.*

Nota autem quæ in præsenti canone & ix. sanctorum Apostolorum scripta sunt: de iis qui non permanent in ecclesiastica oratione, seu dimissione, & dic hæc definita esse de sacra celebratione, non de vespertina & matutina laudatione. Canon enim in his locum non habet.

Ibid. c. *constituta fuere.*

Quia autem nonnulli presbyteri, diaconi, & subdiaconi, qui sua sponte & propria voluntate sacris non erant operati, rursus sacrificare volentes sunt prohibiti, quæsitum est quantum tempus est quod sacrorum celebrationem ei adimit qui eam non exercet. Dico, quòd multum tempus ex lege est triennium. Si ergo sacerdos quispiam toto triennio non celebret, nec morbo impeditus, nec alia iusta causa, vtpote quòd fuerit fortasse captiuus, non amplius celebrare sinetur. Si enim, vt vult hic præsens canon, deponitur qui longo tempore, triennio scilicet, in aliena parochia versatur, licet etiam fortasse illic celebret, quanto magis post triennium celebrare non sinetur, qui tanto tempore suum ministerium auerterit, vel suam etiam indignitatem condemnauerit? Probo etiam hoc ex edicto facto mense Martio tertiæ indictionis tempore sanctissimi patriarchæ domini Nicolai, de diaconis qui absunt ab hebdomadibus, quod sic præcisè dicit. Sed communiter definitum est de omnibus quæ in omnibus hebdomadibus deseruiunt sacerdotibus & diaconis, de iis quidem qui sunt in gradu, quod & olim definitum est. De superfluis autem, eum qui è magna vrbe peregre est profecturus, aliquam ob causam necessariam, significantem archidiacono, & iis qui in hebdomade primas gerunt, peregre proficisci ad sex menses, ne alium quidem loco suo subsistentem, postea autem ad finem vsque triennij, alterum pro se seruitio subiicientem, vt ecclesiæ ministerium propter eius absentiam deficiēs suppleatur per * substitutum. Deinde si post integrum triennium redierit, procul constituatur, & ab hebdomade omnino excidat, nihil eum iuuante substituti datione, vel restitutionis spem præbere valente. Si autem etiam quidam sint in vrbe Imperiali in hebdomadis ministeriis vacare non sinuntur, sed ab eo qui præest debent hebdomadis admoneri, & non omnino à suo officio recedere, & si non ad sex vsque menses ad ministerium surrexerint, extrudantur, nullum alium nisi seipsos accusare volentes, quòd præsentes sex menses dormierint, & socordiæ se dederint in ecclesia.

* ἀντίσηκον vicarium.

Pag. 819. d. *Carthaginen. can. cvj.*

Quia autem nonnulli verbis canonis hærentes (longe enim absunt à sententia) volunt antistites, qui in regina vrbium versantur, cum scientia & permissione patriarchæ, & non aliter, ad Imp. salutandum proficisci, dicimus, quod quæ hoc canone continentur, & reliqua quorum hic fit mentio, locum habent, quando antistes à sua regione seu diœcesi sua sponte ad Imperatorem profectus sit. Si enim in regina vrbium versetur, vel Imperatoris iussu, vel patriarchali permissione, citra vllum impedimentum Imperatorem conueniet, & cum illorum quæ voluerit admonebit. Imperatoris autem iussu proficisci antistites quò iussi fuerint, etiam sine synodali consensu, in diuersorum canonum interpretatione declaratum est, nec sunt ea à nobis repetenda.

Pag. 825. b. *tale quid fecit.*

Nota quòd sæpe in synodo quæsitum est, quis est is qui vacat, & quænam dicatur vacare ecclesia. Ac de vacante quidem ecclesia nulla fuit dubitatio: Omnes enim dixerunt eam esse vacantem ecclesiam, quæ antistite orbata est: Sed de vacante antistite multa fuit controuersia, & placuit omnibus eum dici vacare, qui non potest proficisci ad eam ecclesiam ad quam renunciatus est, eo quòd vel à gentibus impiis vel etiam hæreticis occupetur, & fortasse etiam profanetur communísque reddatur, nec sinatur antistes pedem in eam immittere, cuiusmodi est hodie Hierosolymitana ecclesia, Antiochena, Tarsensis, & aliæ. Hierosolyma enim ab impiis Sarracenis polluta sunt, thronus Antiochenus à patriarcha Latino detinetur, & Tarsus ab Armeniis Reliquæ autem Hierosolymorum, Antiochiæ, & quædam Orientales Constantinopolis ecclesiæ, non reputantur vacare, quia Sultanus, Latini, & reliqui Agareni permittunt antistitibus suas ecclesias episcopaliter administrare, & Christianorum qui illic sunt curam gerere. Vnde & eiusmodi ecclesiarum euocati antistites debent proficisci. Quòd autem dantur quibusdam antistitibus non vacantibus, sed paupertate laborantibus orbatæ seu vacantes ecclesiæ, est dispensationis ratio. Canon quoque, qui dicit vacantem dandam esse vacanti, locum non habet. Et ideo qui synodaliter permittunt cuipiam, vt possit sedere in sede illius ecclesiæ quam habet cum ea quæ illi data est ex ratione dispensationis, faciunt contra canones rem cui venia danda non est. Iis enim qui vacant debet dari thronus, non autem iis qui habent sedem episcopalem. Propterea enim & qui vacantem ecclesiam accipit, non amplius vocatur episcopus illius ecclesiæ ad quam primum renunciatus est, sed eius quæ illi vt vacans data est, quemadmodum magnus Theologus non amplius dictus est Nazianzenus, sed Constantinopolitanus episcopus, nec qui proximè ordinatus est ad Amaseam, & Cerasuntem translatus, quia qui prius fuerat depositus, est restitutus, Amaseæ episcopus vocatus est, sed Cerasuntis. Claudiopolitanus autem proprium episcopatum Heracleam Ponticam vt vacantem adeptus, & in ei quoque coniuncta sede sedere permissus, quomodo Claudiopolitanus appelletur nescio.

Pag. 847. b. *ieiunij diebus.*

Nota ergo ex præsenti canone quòd aridis vesci debemus omni quarta & sexta feria. Qui ergo sine morbo cum oleo & testaceis piscibus ieiunant, faciunt contra legem, multò autem magis qui in quartis feriis pisces comedunt. Quia autem audiui quosdam dicentes aridorum vsum, aquæ quoque potionem consequi, dico quòd canones quidem nihil tale definiunt. Inueni autem in Panaria verba quædam emissa ex oratione Epiphanij de Fide, & ex oratione Aërij aduersus hæreses tractantis, debere fideles, in sex diebus ante Pascha, pane, & sale, & aqua nutriri. An ergo hæc verba sufficiunt ad cogendum populum vnà cum aridorum esu, aquam quoque bibere, non possum dicere. Lege & viij. interrogationem canonicarum responsionum Timothei Alexandriæ Archiepiscopi, quæ in principio sic tractat: Mulier si genuerit, Pascha debet ieiunare. Sic etiam x. ex his enim colligitur debere fideles cum aridorum esu aquam quoque bibere.

FINIS.

SVPPLEMENTVM ALIORVM LOCORVM EX CODICE HARLÆANO ERVTVM.

Pag. 16. d. Secunda constitutio, &c.

Η β'. Διάταξις τοῦ α'. τίτλου τῶν νεαρῶν οὐ συγχωρεῖ ἀπὸ λαϊκῶν εὐθέως ἐπίσκοπον χειροτονεῖσθαι, ἀλλὰ πρότερον κληρικὸν, καὶ μένειν ἐπὶ μῆνας τρεῖς τὰς γραφὰς διδασκόμενον καὶ τοὺς κανόνας. Ιι δὲ α'. Διάταξις τοῦ αὐτοῦ βιβλίου καὶ τίτλου οὐ βούλεται αὐτὸν οὐχ ἧττον ἐξ μηνῶν προσκληρωθῆναι ἢ προσμονάσαι.

Σχόλιον. Περὶ τῶν ἀπὸ λαϊκῶν γινομένων ἐπισκόπων πολλὰ ἐν διαφόροις Ἰουστινιανείοις νεαραῖς ἐγράφησαν, ἠπράκτησαν δὲ πάντα ὡς μὴ συντεθέντα εἰς τὰ βασιλικά.

Schol. Balf. De iis qui fiunt Episcopi ex laicis, in diuersis Iustiniani Nouellis multa scripta sunt; Exoleuerunt autem omnia, vt quæ in Basilicis scripta non sunt.

Pag. 49. c. *præter Imperatoris sententiam*, post hac verba sequebantur hæc apud Heruetum loco eorum quæ ex Agylæo subiecimus.

Κεφάλαιον α'. τίτλος λζ'. θέσπισμα οὕτως ἔχον· καλῶς ἐπερωτῶ σε παρασχεῖν τόνδε, ἢ κτίζειν ἱερὸν, ἢ μνημείου τόπον. καὶ ἐπὶ τῶν τοιούτων γὰρ τόπων μίσθωσις ἔρρωται. μίσθωσις δὲ ἐπὶ τῷ ἱερῷ ἡ σύστασις χάριν τοῦ κτισθῆναι τὸ ἱερόν. οὐ μὴν ἐπὶ ἐκδόσει τοῦ ἱεροῦ. εἰ γάρ τις ἐκλάβηται μισθωτικῶς μοναστήριον, οὐ μόνον οὐκ ὠφεληθήσεται ἀπὸ τῆς μισθώσεως ὡς οὔσης παρανόμου καὶ ἀκύρου, ἀλλὰ καὶ κολασθήσεται. οἱ γὰρ μισθούμενοι οἱ πακτωτικῶς ἐκλαμβανόμενοι μοναστήρια ὡς παράνομον συνάλλαγμα πεποιηκότες ὑφοράσθωσαν τὴν ἀπὸ Θεοῦ καὶ τοῦ νόμου κατάκρισιν. Τίτλος ιε'. κεφάλ. λζ'. θέσπισμα τελευταῖον οὕτως ἔχον. ἐὰν εἴπω γενέσθαι σταυροὺς ἀπὸ ἑκατὸν λιτρῶν, καὶ ἀνατεθῆναι ἐν τῷδε τῷ ἱερῷ· πάντες δὲ οἱ ἐν τῷ αὐτῷ ὄντες ἱερῷ ἀργυροῖ καὶ χαλκοῖ εἰσιν, ἀργυροῦς ὁ κληρονόμος ἀναγκάζεται ποιεῖν· οὐ μὴν χαλκοῦς δίδωσιν, οὔτε χρυσοῦς ἀναγκάζεται ποιεῖν.

Caput primum, titulus tricesimus septimus, decretum sic habet: Rectè à te stipulor, vt hoc sacrum exhibeas, vel extruas, vel monumenti locum. Nam in iis quoque locis valet locatio. Valet autem in re sacra locatio, quæ est conuentio vt aliquid sacrum extruatur, non autem vt sacrum tradatur. Si quis enim Monasterium conducto acceperit, non solum ex condictione quæ est iniqua & inualida, non iuuabitur, sed etiam punietur. Qui enim conducunt, & ex pacto Monasteria accipiunt, vt qui contractum contra leges fecerint, Dei & Legis condemnationem formident. Titulus decimusquintus, caput tricesimumseptimum, responsum vltimum, quod sic habet: Si iussero fieri cruces ex centum libris, & in hoc loco sacro statui: omnes autem quæ in eo sacro loco sunt, sunt argenteæ, vel æneæ, hæres cogitur eas facere argenteas, non autem dabit æneas, nec cogetur eas facere aureas.

Pag. 56. c. tempora seruantibus.

Τῶν ἄλλων οἴκων παραχωρηθέντων αὐτῷ, εἰ μὴ δειχθῇ ὁ τελευτήσας ἕτερον ἐνθυμηθεὶς, καὶ ἕτερον εἰπών, τότε γὰρ τὸ ἀληθὲς καὶ οὐ τὸ γεγραμμένον κρατεῖ. εἰ δὲ τόπον εἴπῃ ῥητὸν, εὑρεθῶσι δὲ πολλοὶ τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος ἐν τῇ πόλει, ἢ τῇ περιοικίδι, εἰ μὲν πρός τινα τούτων εἶχε μεί-

Aliis domib. ei cedentibus, nisi ostẽsum fuerit defunctum aliud cogitasse, aliud verò dixisse. Tũc enim, quod verũ est, & nõ quod scriptum est, seruatur. Sin autẽ locum expressum dixerit, multa autem eius nominis loca inuẽta fuerint in ciuitate vel in regione quæ est circumcirca, si ad eorum quidẽ aliquem maiorem ha-

bebat affectionem, vel frequentius illuc ventitabat, ei relictum esse videtur. Quòd si non inueniatur aliquid eiusmodi, quæ est ex his ædibus pauperior, id accipit quod relictum est. Et tit. III.

ζονα προσπαθῆσαι, ἢ συνεχῶς ἐκεῖσε ἐφοίτα, αὐτῷ δοκεῖ καταλελεῖφθαι. τοιούτου δέ τινος μὴ εὑρισκομένου ὁ μᾶλλον ἐκ τῶν τοιούτων οἴκων ἐνδεὴς λαμβάνει τὸ καταλειφθέν. καὶ τίτλος γ΄. τοῦ αὐτοῦ.

Pag. 104.a. præsentis tituli.

Quadragesima autem eiusdem tituli constitutio dicit, quod clerici rectè in contractu fori præscriptioni renunciant. licet autem vnicuique generaliter ea quæ pro se introducta sunt negligere. & ij. constitutio iij. tit. eiusdem libri dicit, quod si ante definitiuam sententiam Clericus appellauerit, statutam in alios ea de causa l. librarum argenti multam Fiscus ab eo non accipit, sed pauperibus diuidit. Vij. eiusdem tituli constitutio dicit, quod in solis pecuniariis, inter consentientes, non etiam inter inuitos, Episcopus rectè iudicat. Et constitutio viij. quod rata est Episcoporum sententia inter eos qui ipsos elegerunt: & præfectorum prætorio sententiis aßimilantur, à quibus non licet appellare. Et xiij. constitutio, quod si actor velit, non tamen inuitus, agit apud Episcopum Constantinopolitanum, œconomum, & alios suos clericos, siue aduersus illos, siue aduersus Ecclesiam habeat controuersiam. Et xxix. constitutio, quod nullus primo loco Clericum apud Patriarcham accuset, sed apud suum Episcopum. Sin autem sit ei suspectus, apud Metropolitanum. Sin autem ille quoque est suspectus, oportet tres vnà cum eo iudicare loco totius Synodi, qui pro loco ordinationis primi sint, & si eorum sententiæ non acquieuerint, diœcesis Patriarcham appellare, & eius sententiæ stare, tanquam si eos ab initio iudicauisset. A Patriarcharum enim sententia appellari non potest.

Idem etiam de iis qui agunt apud Episcopos. Licet autem apud Patriarcham agere, vt per suas literas causa ad Episcopos transmittatur, & non plusquàm quatuor siliquas pro sportulis accipit qui à Patriarcha vel Metropolitano mittitur clericus. Vel si missus fuerit Episcopus, non plusquàm sex solidos propter quancunque causam vel quantitatem. Patriarcha autem audit appellationem eorum qui ex sua permißione iudicauerunt, Episcoporum vel Metropolitanorum. Qui autem præter hæc facit, dat duplum id quod superexactum fuerit, & à Patriarcha, vel Metropolitano pœnæ Ec-

Ἡ δὲ μ΄. διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου φησὶν, ὅτι οἱ κληρικοὶ καλῶς ἐν συμβολαίῳ ἀπολέγουσι τῇ τοῦ φόρου παραγραφῇ· γενικῶς γὰρ ἔξεστιν ἑκάστῳ τῶν ὑπὲρ ἑαυτοῦ καταφρονεῖν. καὶ διάταξις β΄. τοῦ γ΄. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου, ὅτι ἐὰν πρὸ τελείας ψήφου κληρικὸς ἐκκαλέσηται τὴν ὡρισμένην ἐκ τούτου ποινὴν κατὰ τῶν ἄλλων τῶν ν. τοῦ ἀργυρίου λιτρῶν ὁ φίσκος οὐ λαμβάνει παρ' αὐτοῦ, ἀλλὰ τοῖς πένησι διανέμεται. ἡ δὲ ζ΄. διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου, ὅτι ἐπὶ μόνων χρηματικῶν μεταξὺ συναινούντων, οὐ μὴν καὶ ἀκόντων ἰσχυρῶς ἐπίσκοπος δικάζει, καὶ διάταξις η΄. ὅτι ἡ τῶν ἐπισκόπων ψῆφος ἔρρωται μεταξὺ τῶν ἐπιλεξαμένων αὐτοὺς, καὶ ἔοικε ταῖς ψήφοις τῶν ὑπάρχων ἐφ' ὧν ἐκκαλεῖσθαι οὐκ ἔξεστι. καὶ διάταξις ιγ΄. ὅτι βουλόμενος ὁ ἐνάγων, οὐ μὴν δὲ ἄκων ἐνάγει παρὰ τῷ ἐπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως, τῷ οἰκονόμῳ καὶ τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ κληρικοῖς, εἴτε πρὸς αὐτοὺς, εἴτε πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἔχει. καὶ ἡ κθ΄. διάταξις, ὅτι μηδεὶς ἐκ πρώτης αἰτιάσθω κληρικὸν παρὰ τῷ πατριάρχῃ, ἀλλὰ παρὰ τῷ ἐπισκόπῳ αὐτοῦ. εἰ δὲ πρὸς αὐτὸν ὑπόπτως ἔχει, παρὰ τῷ μητροπολίτῃ. εἰ δὲ κἀκεῖνος ὕποπτός ἐστι, δεῖ συνδικάζειν αὐτῷ ἐκ προσώπου τῆς ὅλης συνόδου τρεῖς τοὺς κατὰ τὴν τάξιν πρωτεύοντας· καὶ εἰ μὴ στερχθῇ τὰ κεκριμένα τὸν τῆς διοικήσεως πατριάρχην ἐπικαλεῖσθαι, καὶ τοῖς παρ' ἐκείνου κεκριμένοις ἐμμένειν, ὡς αἱ ἐξ ἀρχῆς αὐτὸς ἐδίκασεν. οὔτε γὰρ ἐκκαλοῦνται αἱ τῶν πατριαρχικῶν ψῆφοι.

Τὸ αὐτὸ καὶ περὶ τῶν τοῖς ἐπισκόποις ἐναγόντων. ἔξεστι δὲ παρὰ τῷ πατριάρχῃ αἰτιᾶσθαι, ἐφ' ᾧ διὰ γραμμάτων αὐτοῦ τὴν ὑπόθεσιν ἐπισκόποις παραπεμφθῆναι, καὶ οὐ πλέον τεσσάρων κερατίων ὑπὲρ σπορτούλων λαμβάνει ὁ παρὰ πατριάρχου ἢ μητροπολίτου πεμπόμενος κληρικὸς, ἢ ἔνθα ἐπίσκοπος ὁ πεμφθεὶς εἴη οὐ πλέον τῶν ἓξ νομισμάτων ἐφ' οἵᾳ δή ποτε αἰτίᾳ ἢ ποσότητι· ὁ δὲ πατριάρχης ἀκροᾶται τῆς ἐκκλήτου τῶν ἐξ ἐπιτροπῆς αὐτοῦ δικασάντων ἐπισκόπων ἢ μητροπολιτῶν. ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιῶν διπλοῦν δίδωσι τὸ ὑπερεισπραχθὲν, καὶ γίνεται παρὰ τοῦ πατριάρχου, ἢ τοῦ μητροπολίτου ὑπὸ ἐκ-

clesiasticæ subijcitur, ex Ecclesiastico catalogo eiectus. Hæc quidem, cùm res ad statum spectant Ecclesiasticum: sin autem sit ciuilis controuersia, non cogitur is qui agit, vel accusat, hæc seruare, sed est in eius potestate agere apud Magistratus seculares. Quarta autem eiusdem tit. Nouellarum constitutio dicit, quod si quis aduersus clericum causam habet pecuniariam, conueniat Episcopum sub quo est is qui agit, & sine scriptis absque vllo præiudicio iudicet. & si volunt partes, sententia sine scriptis profertur. Sin autem aliqua de causa non poßit Episcopus causam decidere, tunc causa apud seculares Magistratus dicitur, Clericis suis seruatis priuilegiis. Sin autem quæritur de criminibus, si quidem de ciuilibus, ciuiles Magistratus Byzantij iudicant & in prouinciis, causa post litem contestatam non excedente duos menses. Et si clericus visus sit dignus supplicio, prius per Episcopum sacerdotali dignitate nudatur: & sic legis manibus subiicitur. Sin autem peccatum est Ecclesiasticum, Episcopus canonibus conuenienter iudicet. quas etiam leges sequuntur. Nec se seculares Magistratus ei se quæstioni immisceant.

Et decimaquinta constitutio eiusdem tit. dicit, Qui habet controuersiam aduersus aliquem monachum, vel virginem consecratam, vel mulierem ex iis quæ sunt in Monasterio, eorum Episcopum adeat. Ille verò cum grauitate & honestate ipsum, vel ipsam per Monasteriorum præfectos, vel Apocrisiarios, vel alios bonos ac probos deducat & consideret. Secularis autem Magistratus, qui seipsum ingerere conatur, excipitur, & Fisco vnà cum suis apparitoribus x. libris multatur. Executores autem in cancello includuntur, & vt par est, castigantur, executorúmque deinceps fungi officio per Episcopos prohibentur.

κλησιαστικὸν ἐπιτίμιον ἐκβαλλόμενος τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ καταλόγου. ταῦτα μὲν ἔνθα πρὸς ἐκκλησιαστικὴν ὁρᾷ τὸ πρᾶγμα κατάστασιν. εἰ δὲ πολιτικὴ εἴη ἡ ἀμφισβήτησις, οὐκ ἀναγκάζεται ὁ ἐνάγων, ἢ ὁ κατηγορῶν ταῦτα φυλάττειν, ἀλλ' ἄδειαν ἔχει τοῦ παρὰ τοῖς ἄρχουσι κινεῖν. ἡ δὲ δ'. διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου τῶν νεαρῶν φησιν, ὅτι ἐάν τις ἔχῃ δίκην χρηματικὴν πρὸς κληρικόν, ἐντυγχανέτω τῷ ἐπισκόπῳ ὑφ' ὃν τελεῖ ὁ ἐναγόμενος, καὶ ἀγράφως κρινέτω ἀζημίως, καὶ εἰ βούλονται τὰ μέρη γίνεται ψῆφος ἄγραφος. εἰ δὲ κατά τινα πρόφασιν οὐ δύναται τεμεῖν τὴν ὑπόθεσιν ὁ ἐπίσκοπος, τότε παρὰ τοῖς ἄρχουσιν ἡ δίκη λέγεται, φυλαττομένων τοῖς κληρικοῖς τῶν προνομίων. εἰ δὲ περὶ ἐγκλημάτων ζητεῖται, εἰ μὲν περὶ πολιτικῶν οἱ ἄρχοντες δικάζουσιν ἐν Βυζαντίῳ καὶ τῇ ἐπαρχίαις, τῆς δίκης μετὰ προκάταρξιν μὴ ὑπερβαινούσης δύο μῆνας, καὶ ἐὰν φανῇ ποινῆς ἄξιος ὁ κληρικός, πρότερον γυμνοῦται διὰ τοῦ ἐπισκόπου τῆς ἱερατικῆς ἀξίας, καὶ οὕτως ὑπὸ τὰς χεῖρας γίνεται τοῦ νόμου. εἰ δὲ τὸ ἁμάρτημα ἐκκλησιαστικόν ἐστιν, ὁ ἐπίσκοπος κρινέτω κατὰ τοὺς κανόνας, οἷς πᾶσι καὶ οἱ νόμοι ἕπονται, καὶ μὴ ἐπικοινωνείτωσαν οἱ ἄρχοντες τῇ ζητήσει.

Καὶ ἡ ιε'. διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου φησὶν ὅτι ὁ ἔχων πρός τινα τῶν ἀσκητῶν, ἢ παρθένων ἱερωμένων, ἢ γυναικῶν οὐσῶν ἐν μοναστηρίῳ τῷ ἐπισκόπῳ αὐτῶν προσίτω· ὁ δὲ μετὰ σεμνότητος αὐτόν, ἢ αὐτὴν ἀγαγέτω διὰ τῶν ἡγουμένων, ἢ τῶν ἀποκρισιαρίων, ἢ ἑτέρων ἐπιεικῶν καὶ σκοπείτω· ὁ ἄρχων δὲ πειρώμενος παρεμβάλλειν ἑαυτὸν διαδέχεται, καὶ ζημιοῦται τῷ φίσκῳ δέκα λίτραις ἅμα τῇ αὐτοῦ τάξει. οἱ δὲ ἐκβιβασταὶ κλείονται εἰς τὰ κάγκελλα, καὶ προσηκόντως σωφρονίζονται, καὶ διὰ τῶν ἐπισκόπων τοῦ λοιποῦ ἐκβιβάζειν.

χόλιον. Η. ν. διάταξις τοῦ γ'. τίτλου.

Pag. 187. c. *sancta ac diuina Synodus*, sequebatur apud Heruetum.

Nota præsentem decisionem. Scias autem, quòd etsi ea decisio, & iussio, quæ eam confirmauit, grauiter prohibet matrimonium in septimo gradu: indictione tamen iiij. anno 6694. facta est iussio Imperatoris Domini Isaaci Angeli, Patriarchatum gerente laborioso Domino Basilio, statuens vt ex dictis actionibus præiudicio non afficiatur matrimonium Imperatorum Catacuzeni Domini Ioannis, & sororis Imperatoris Dominæ Irenes, quod in septimo consanguinitatis gradu factum est: sed quantum ad eos solos, locum non habuisse ea quæ à Synodo & Imperatore Domino Emanuele decreta sunt de eiusmodi matrimonio, & à Synodo etiam suscepta est.

Pag. 189. d. Et quæ in eo scripta sunt.

Nota ex præsenti Nouella, quòd malè permissum est Domino Michaëli Pleuræ coniungi matrimonio Domine Annæ Spanopulinæ, quæ erat consobrina Mariæ Seruiliæ quæ illi

desponsa fuerat. Et si enim lege mortis ante matrimonium ab ea sponsa separata fuerat, & nec dum cum ea rem habuerat, non debebat tamen suam consobrinam accipere. Non enim coniunctio, sed precum prolata conceptio, facit vt sponsalia matrimonium reputentur. Si ergo laicus est tale quid facere prohibitus, multo magis qui est sacratus. Is enim per Synodalem declarationem prohibitus est tempore illius Patriarchæ Domini Michaëlis Anchiali mulieri legitime coniungi, quæ sit cognata ei quæ ipsi per sola stipulationis vincula scriptis mandata desponsa esset, cum ipsa nec sponsalitiarum precum mysterium accepisset, vel mortua esset, vel pœnitentia adducta alij nupsisset, nisi forte eam adhuc sex annos natam mors oppignerata sit. visum est enim Synodo, non intercessisse coitus cupiditatem cum puella sex annos nata. Hoc autem non obseruabitur in laicis. Soli enim ij qui sacrum tribunal conscendunt, vnius vxoris eiúsque virginis viri debent nominari, & ipsi eiusdem esse status.

Pag. 210. a. Titulus IV. lib.

In editione Græca Nomocanonis anni CIↃ IↃ CXV. *nullum subijciebatur scholium huius capitis, sed ex mss. illud eruimus, quod tamen partem conficit alteram tantum illius quod Gent. Heruetus è Græco suo codice expresserat. Præmiserat enim hæc verba*, Nota quæ in hoc præsenti viij. capite scripta sunt, de filiabus quæ sunt sui iuris. Quia autem quidam dixerunt, quòd filia quidem, quæ est fornicata post xxv. annum, exhæredabitur: vt vult caput xi. viij. tit. xxxv. libri Basilicor. quod etiam hic situm est. Sin autem nupserit, non exhæredabitur. Quia autem non situm est in Basilicis. posse filiam post xxv. annum nubere præter patris sententiam, dico, quòd quoniam ipsa Iustiniani Nouella, quæ causas enumerat propter quas possunt parentes exhæredare filios, decernit eum quoque exhæredari posse, qui cum mimis, vel cum venatoribus versatur, debemus dicere & fornicationi, & nuptiis posse quandóque veniam dari, quandóque verò non: si enim filia nupserit, siue ante perfectam ætatem, siue post, viro qui infamia non laborat, ita vt pater per matrimonium non afficiatur atroci iniuria, matrimonium quidem patre interueniente soluetur, vt quod non possit consistere, filia autem non exhædabitur. Quod etiam fiet, si similiter fornicata sit. Sin autem Patri atrocem iniuriam attulerit, siue dum nubit, siue dum fornicatur, exhæredabitur. Idem autem fiet etiam in filio. De fornicatione autem adhibito iudicio quæretur: alia enim est quæ diuturna, & alia quæ non longo tempore durauit.

Pag. 229. c. *Ecclesiastica traditione.* Sequebatur apud Heruetum.

Et hæc quidem aliquando dicta sunt. Ego autem cùm posteà considerassem vndénam & quomodo hæc duo ieiunia tradita sunt, scilicet dormitionis sanctæ Deiparæ, & natiuitatis Iesu Christi & Dei nostri, ac etiam ieiunium quod fit ante festum sanctorum Apostolorum, & ieiunium ante transfigurationem, & an necessario debemus hæc ieiunare, & quot diebus, dico hoc quidem festorum ieiunium esse inexcusabile: eius autem dierum quantitatem non esse numero in omnibus æqualem. Vt est in magna quadragesima: sed ante septem quidem dies vniuscuiusque horum festorum, omnes fideles, laici scilicet & monachi, coguntur ieiunare inexcusabiliter, & qui non ita faciunt, ab orthodoxorum Christianorum communione alienabuntur. Monachi autem, qui suarum fundationum constitutionibus coguntur amplius ieiunare, scilicet à festo omnium sanctorum, & à xiiij. mensis Nouembris, vel inuiti cogentur sequi statuta suarum fundationum. quoniam hoc est canonicorum & salutare. quemadmodum & laici, qui sua sponte ita ieiunant, laude & gratiatum actione digni habebuntur. Quia autem horum omnium causas diuinis scripturarum sententiis & doctrinis, Deo fauente, confirmauimus, & in Epistola ostendimus, quam ad in primis venerabilem Monachum D. Theodosium Sarpiotem, qui in valle sancti Auxentij includitur, scripsimus, eam lege. Hic autem non sita est, vt quæ sit nimis prolixa. Eadem autem Epistola, nullo penitus mutato, scripta est etiam ad Clericos, & reliquos, qui sunt in throno magnæ Ecclesiæ.



ALIORVM LOCORVM SVPPLEMENTA CVM EX EODEM CODICE MS. HARLÆI PRÆSID. tum ex Henr. Agylæi interpretatione Nomocanonis collecta.

PAG. 21. litera b. versu τέρμ. *à verbis illis* (κατεςρώθη ἐξ γδ) *ad finem capitis desiderantur Latina, quæ ita suggerit Agylæus: tametsi Græca codex Harlæi non agnoscit.* Inserta sunt enim illi scripti Imperatorij verba, quæ quomodo Imperatoribus iura priuilegiáque ecclesiastica transmutare concedatur, explicant.

Pag. 29. lit. b. v. τὰ μὴ] *Ab illis verbis*, (τὰ μὴ) *ad verbum* (ἔδοξαι) *desiderantur & hic & apud Agylæum Latina.* Alia quidem capita legum, quæ hic positæ sunt, in gratiam Episcoporum, sacerdotum, diaconorum, & subdiaconorum de temporibus ætatis illorum in vsu sunt, & locum habent, quoniam eadem in canonibus decreta sunt.

Pag. 35. b. v. φονται] *A verbis*, (καὶ ἡ σύμφωνος) *ad* (βασιλεία μου) *desiderantur Latina Agylæi.* Atque hæc quidem dandarum specierum conueniens ordinatio Imperatoriæ meæ maiestati placuit.

Pag. 41. v. τῶς] *Ab his*, (ἡ με'. διάταξις) *ad* (πρεσχῆς) *desiderantur Latina & hic & apud Agyl.* Constitutio XLV. tit. iij. lib. j. Cod. non est posita in Basilicis: nec illius rationem habeas.

Pag. 64. a. v. δ ς'.] *Ab his*, (τοῦ δ'. τίτλου) *ad* (καὶ φησί) & v. δ ις'. (*ab his*,) δ ις'. δ'. *ad* (τίτ. να'.) *desunt Latina Agyl.* Digestum VI. tit. IV. lib. XL VIII. Digest. est lib. 60. tit. XLV. cap. VI. Basilic. & ait E sacro. Digest. XVI. tit XIX. lib. XLVIII. Digest. est liber Basilic. LX. tit. LI. cap. XVI. quod dicit locum, &c.

Pag. 76. a. v. καὶ ἄλλως] *Ab his*, (καὶ δ ιδ'.) *ad* (ξ'. βιβλίου) *absunt Latina Agyl.* puniuntur, secundum XIV. cap. tit. XVI. lib. XXXV. quod hic etiam insertum est. Secundum quod sanè caput interpretari etiam debes XXII. caput tit. XLI. lib. LX. & dic illum, &c.

Pag. 78. *Desunt Græca capitis tertij omissa in editione Pacardi pag. 57.* Περὶ τῶν προσφερόντων συναγωγαῖς ἢ ἱεροῖς ἔθνων· ἀποστόλων κανόνων οα. οβ. *Emenda in Lat.* LXXI. & LXXII.

Pag. 85. c. v. μης] *Ab his*, (ἀνάγνωθι) *ad* (γεγραφέντα) *desunt Lat. ab Agylæo etiam omissa.* Lege etiam canonem XXVIII. Synodi IV. & quæ in illum scripta sunt.

Ibid. d. v. χειρέσθω, *ab his*, (ἡ δὲ α'. διάτ.) *ad* (ὀφείλει) *absunt Latina Agyl.* Constitutio vero prima tituli XVII. lib. I. Codicis est caput XX. tit. VI. libri II. Basilicor. quod sic ait; Omnis ciuitas consuetudinem Romæ sequi debet. Cuiusmodi autem. *In Græco legendum*, πᾶσα πόλις τῇ συνηθείᾳ τῆς Ῥώμης. *Omnia hæc codex Harl. non agnoscit.*

Pag.91. c.v. αὐτοῦ] *Ab his,* (ὁ δὲ παραγ.) *ad,* ἀποδημοῦσιν, *absunt Latina Agyl.* Qui vero Episcopus Constantinopolim venerit, qualiscunque sit, ad Patriarcham ingreditor, & per ipsum ad Imperatorem. Contra hæc aut supra statutum peregrinantibus œconomi sumptus ne suppeditent.

Pag.106. c.v. γίαν] *Ab his,* (ἐπὶ τοῖς,) *ad* (μεθοδείας,) *absunt Latina Agyl.* In criminalibus sub legitima cautione persona, quæ accusatur, constituitor. In ecclesiasticis autem Episcopus ciuili magistratu nullam communionem habente, secundum canones iudicato.

Pag.122. c.v. ἀναζητ.] *Ab his,* (μήτε ὡς) *ad* (δεήσεις) *Latina suggerit Agyl.* Neque tanquam ipse, vel tanquam alius quispiam thesaurum inuenerit, quisquam supplicato.

Pag.161. a.v. ἐάν τις] *Ab his,* (οἷς συνωρ.) *ad,* (ἀκέφαλοι) *Agylæus vertit*: quibus connumerantur Nestoriani, Eutychianistæ, & Acephali.

Pag. 163. d. v. ἢ τὸ κερδαίνεσθαι] *Ab his,* (ἢ τὸ) *ad* (γάμον.) *Agylæus in Græco emendat.* τοῦτο κερδαίνει τὸ πρόσωπον. aut id lucratur ea persona, quæ ad secundum matrimonium non deuenit.

Pag.169. c.v. κινητὰ] *Ab his,* (κἂν μὴ) *ad,* (ἐπ' αὐτοῖς) *Agyl. addit,* quanquam nulla de illis monumenta confecta sint. In immobilium.

Pag.184. b.v. ἢ τὸν πατέρα] *Ab his,* (οὐ μὴν ὁ γάμος λύεται) *Lat.* non tamen dissoluitur matrimonium.

Pag.196. a.v. πατριάρχου] *Ab his* (μηνὶ Ἰουλίῳ) *ad* (καὶ δεῖνος) *Agyl. vertit.* Mensis Iulij die IV. Indictione XV. quum sanctissimus noster dominus & œcumenicus Patriarcha Nicolaus in Thomaita præsideret, ac cum ipso Dei amantissimi Metropolitani ille & ille considerent, Dei amantissimus Metropolitanus Cyzici Symeon cum nostra, &c.

Pag.202. b.v. σκευάζειν] *Ab his,* (ζήτει καὶ τὸν) *ad,* (ἐγράφη) *sic Latinè vertenda ex Agylæo,* Quæras etiam Palæum in cap. 1. tit. 1. lib. 28. & cap. 14. & 15. eiusdem lib. 1. & tit. Constitutio vero secunda tit. 38. lib. 8. Cod. est cap. 2. tit. 6. lib. 43. quod habet, vt in textu scriptum est.

Pag.208. a.v. μὴ νόμοις] *Ab his,* (ὁ ζ'. τίτλος) *ad* (ἐξελήφθη) *Latina sic efferenda.* Titulus 7. lib. 25. digest. positus est in lib. caput 1. & 2. non est positum in Basilic. Tit. 2. lib. 23. Digestorum positus est lib. 28. Basilicorum tit. 4. Digestum autem 55. eiusdem tituli non est positus in Basilicis. Titulus 5. libri 48. Digestorum positus est in lib. 7. Basilicor. tit. 37. Digestum autem 11. non est transcriptum. *Hæc mutila erant apud Agylæum.*

Pag.214. d v. λέως] *ab his,* (ὅτι οὐ χρεωστεῖ) *ad* (προθεσμίας) *H. Agylæus corrigit in Græcis,* ὅτι οὐ χρεωστεῖ, ἢ χρεωστεῖται. Qui in re pecuniaria se non debere, aut sibi deberi per principem iurauerit, & forte pierauerit, vel intra certum tempus se daturum, non fecerit, fustigatur.

224. d. 1. Βοτδμειάτου] *Adde ex ms. Harl.* περὶ μενόντων, *ab his,* (Quod Latinè) *ad* διέσιον, *Græca desunt,* ὁμοζύγων διαλεγομένων τὰ αὐτά.

Pag.245. c.v. νονα] *ab his,* (σημείωσαι) *ad* (Βασιλείου) *Latina absunt.* Nota igitur Episcopos & clericos, licet depositi sint, à fidelium communione non arceri. Lege etiam S. Basilij canonem 32. *sed iam citarat Basilium Theodorus: itaque hæc ascititia videntur.*

Pag.249. c.v. νέαθωσιν] *ab his,* (καὶ εἰ μὲν) *ad* (προσδεχέσθωσαν) *Adde interpreta-*

tionem: Et si quidem fuerint præcones pietatis, admittantur.

Pag. 267. c. v. quoniam] *ab his,* (quoniam) *ad*) reformationis) *Græca desunt.*

Pag. 276. d. v. πειθέσθω] *ab his,* (οὐδεὶς γὰρ) *ad* (παραχέλδυσιν) *Græca sonant,* Vel igitur persuadeatur ei, ne ita faciat, vel deponatur. Nemo enim potest duobus dominis seruire, secundum Domini præceptum.

Pag. 353. c. v. ῥήματος,] *ab his,* (οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι τῶν Αἰγυπτίων) *Latinè sic efferenda sunt ista, quæ ab aliis codicibus omittuntur:* religiosissimi Episcopi Ægyptiorum.

Pag. 362. c. v. omnes] *ab his,* (quos reiecerunt & anathematizarunt,) *absunt Græca,* οὓς ἀπεβάλοντο, καὶ ἀνεθεμάτισαν ὡς τῆς, &c.

Pag. 369. a. v. sederunt] *ab his,* (De huiusmodi) *ad,* (digna faciunt,) *absunt Græca, quæ codex alter suggessit.* ὅτι καὶ περὶ τῶν τοιούτων δῆλου διαλέγεται, δηλονότι περὶ διακόνων μεταδιδόντων ἱερεῦσι, καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἀνάξια διαπραττομένων, ὁ δὲ πρώων κανὼν φησὶ περὶ τῶν.

Pag. 378. b. v. do conti.] *ab his,* (Cùm ea enim) *ad,* (in Neocæsar. synodo.) *desunt Græca.*

Pag. 381. a. v. πῶς] *Hæc verba,* (δι' ἃς τὴν ἀναχώρησιν ἐποιήσαντο,) *interpres non legit, & videntur ἀπροσδέχονται.*

Pag. 421. a. v. nendum] *ab his,* (Hæc autem Nouella) *ad,* (præsentis operis,) *absunt Græca à nostris mß.*

Pag. 425. a. v. οὐκέτι] *ab his,* (οὐκέτι περιλ.) *ad* (παῖδας,) *desunt Latina:* deducantur, non iam restat ratio vlla, ob quam filij adoptiui cum filiis eius naturalibus eius qui adoptauit, matrimonio iungantur. Sancimus ergo.

Pag. 433. b. v. Lege] *ab his,* (Lege & eius,) *ad,* (reiiciendus,) *absunt Græca à mß.*

Pag. 441. a. v. πτήσεως] *Ab his* (τουτέστιν ἀγρίων πτερωτῶν ζώων) *abest hæc Latina interpretatio,* Hoc est syluestrum animalium pennatorum.

Pag. 504. d. v. φῶς] *Ab his,* (καὶ ἡ ἐντολὴ) *ad* (ὀφθαλμούς) *absunt Latina,* & mandatum Domini lucidum illuminans oculos. Ex Psalmo 18. 19. *Ille autem prior locus est.* Prouerbior. 6. 23.

Pag. 508. a. v. μάτων] *Ab his,* (σημείωσαι οὖν) *ad* (ἀπαράδεκτόν ἐστι) *Sic verte,* Nota igitur ista propter sacerdotes, qui filios Sarracenorum baptizant, & baptismum qui ab illis propter corporis sanitatem expetitur, admittendum non esse.

Pag. 572. d. v. περιζέσθω] *Ab his,* (καὶ ἤθελον διὰ μόνου ἀφορισμοῦ κολασθῆναι) Et optassent sola segregatione puniri.

Pag. 583. a. In titulo, v. omnémque] *Ab his,* (omnémque schismaticum) *ad* (Patriarcha) *absunt Græca à nostris mß.*

Pag. 588. d. v. τὴν] *Ab his,* (εἰ μή τι αὐτοῖς) *ad,* (διαβεβαιοῦνται,) *Interpres omisit:* nisi forte Ecclesiam illis attribuunt, quos habere baptismum asseuerant.

Pag. 599. c. v. ὁμολογητέα] *Ab his,* (ἔπειτα ἡ ἐκκλ.) *ad* (φυλακτέα ἐστίν.) *Interpres omisit, quod ex Latino textu sic restituendum,* tunc demum ordo ecclesiasticus singulorum & consensu omnium adseruandus.

Pag. 601. a. v. neant] *Ab his,* (Ab omnibus) *ad,* (seruiunt) *absunt Græca ex alia editione subiicienda.* ἀπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· ἀρέσκει, ὥστε πάντας ἐφεστιῶν τηρεῖν τοὺς τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντας, ἤ τοι δουλεύοντας.

Pag. 608. a. v. Ἐάν τις] *Ab his,* (Ἐάν τις) *ad,* (ἀνάθεμα ἔστω) *Hæc typographi vitio perperam huc translata, ad finem præcedentis canonis sunt referenda.*

Pag.612.b.v. κανόνα] *Ab*, ἐλογίσθησαν, *ad*, αὐλητὴς, *aliter legit interpres, hæc Græca ſonant*: exiſtimati ſunt more Arabici tibicinis ineptire.

Pag.619.a.v. ἰδίας] *Ab*, ἐπὶ δὲ ταῖς, *ad*, ὑπομενέτω, *deſunt Latina*, In criminalibus autem facultatum ſuarum publicationem ſuſtineat.

Pag.635.b.v. ὥστε] *Ab* (ὥστε *ad* ἀποδημεῖν) *abſunt Latina*, Vt Epiſcopi trans mare non proficiſcantur.

Pag.660.d.v. περὶ] *Ab his*, (ἤγουν ἐν τῇ) *ad* (δοκιμασία) *abſunt Latina*, ſiue in diſquiſitione fidei. Tractatus enim apud Latinos eſt inquiſitio. *Lexicum Cyrilli*, πρακτάϊστέα, σκεπτέα, ἐξεταστέα. Tractanda, conſideranda, examinanda.

Pag.676.c.v. abhinc] *Illa verba*, (tam qui ordinauit antiſtes) *non habent Græca integra, ſic legenda*, χειροτον. ἱερεὺς, καὶ ὁ χειροτονήσας τοῦτον ἀρχιερεὺς τοῖς οἷς περὶ.

Pag.686.b.v. ἁγίου] *Illa verba*, οὕτω γὰρ τῆς τριάδος λογίζονται ἁγιάσματα, *non habent interpretationem*: ſic enim cenſentur Trinitatis ſacramenta

Pag.712.b.v.tus] *Ab his*, (quòd officia,) *ad*, (& lectorum) *abeſt Græcus textus, horum verborum, ſed eorum loco poſita ſic verte*, Miror autem, quod poſterior antiquiori præferatur.

Pag 725.b.v. εἶπεν] *Ita ſcribe*, τὸν ἁγιώτατον γέροντα Ξάνθιππον, Αὐγουστῖνον τὸν ἁγιώτατον, Θεάσιον, Xantippum, ſanctiſſimum Auguſtinum, Theaſium, Sampſychium.

Pag.773.c.v. περὶ] *Ab his*, (περὶ δὲ) *ad*, ἑρμηνεύουσιν, *interpretare*, itémque ea quæ ad exponendam illam epiſtolam ſcripta ſunt. Sed & viceſimum ſecundum canonem Baſilij ſic expone.

Pag.796. a.v. γματος] *Ab his*, (καὶ περὶ τὸ) *ad* (συντάγματος) *interpretare*, & circa finem primi cap. ſecundi tit. præſentis operis.

Pag.845. c.v. σπεύδοντες] *Iſta*, (καὶ τότε μὲν διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν οὐ προσδεχθήσεται) *ſic interpretare*. Et tunc quidem ob eiuſmodi cauſſam non admittetur.

Pag.847.c.v. geſimæ] *Ab his*, (in reliquis) *ad*, (quadrageſimam) *abſunt hæc Græca inſerenda*. τεσσαρακοστῆς, κατὰ δὲ τὰς λοιπὰς διὰ προηγιασμένων τελεῖσθαι τὴν θείαν ἱερουργίαν, ὡς δὲ τινος εἰπόντος μὴ ὀφείλειν κωλύεσθαι δι' ὅλης τῆς τεσσαρακοστῆς.

Pag.853. a.v. ciuitate] *Ab his*, (ne dixeris) *ad* (tranſire) *abſunt hæc Græca*, τὸν ἐπισκόπων ἔξεστι ἀπὸ πόλεως μικρᾶς εἰς ἑτέραν πόλιν μετίστασθαι μὴ εἴπῃς ἐξ ἀντιδιαστολῆς δύνασθαι ἐπίσκοπον μεταβ.

Ibid.b.v.xv.can.] *Ab his*, (xv.can.) *ad*, (diligenter) *abſunt Græca*.

Pag.863.d.v. ἀπεκρ.] *Iſta verba*, (ἀπεκρίναντο πάντες, καὶ τοῦτο ὁριζέσθω) *ſic interpretare*: Reſponderunt omnes, Hoc quoque conſtituatur.

Pag.891.a. v. ſtendent] *Iſta*, (vt ſerui Chriſti) *abſunt à Gr*. τοῦ λοιποῦ ὡς δοῦλοι Χριστοῦ ποιεῖν τὸ θέλημα τοῦ Χριστοῦ.

Pag.944.b.v. γνωθῇ] *Ab his*, (καὶ τὸν ϛʹ.) *ad*, (ἀνάγνωθι) *abſunt Latina*. Lege etiam canonem XCVI. Concilij in Trullo, & quæ in eum ſcripta ſunt: lege item iura.

Pag.946.a.v. tus] *Ab his*, (crimini ſubiici) *ad*, (præſens quoque) *deſiderantur Græca*.



INDEX GRÆCARVM VOCVM QVAS VISVM EST INTERPRETI VERSIONI SVÆ INSERERE.

MONEATVR LECTOR, VT CERTIORE VTATVR INDICE, IN Numeris paginarum aliquot, properantium nimis operarum errata emendare. Attendat quoque circa Titulos aliquibus locis. Errata etiam quæ nonnullis tantùm habentur exemplaribus, hîc adſcripta, & ſi quæ talia facilis reſtituat.

Pag.13. litera b. verſu ὕγου, lege ἀναβαλλέσθω. P.35.b.2. περικτόρων. P.50.c.v. thoris, l.thori. P.74.a.v.noni, lege libri. P.79.b.v.rannus. l. Atq.hos. A pag.171. ad 220. omiſſæ ab operis citationes marginales in Indice citationum reſtitutæ. P.222.d.9.κωνσταντός. d.11. ἀπὸ Κυίντου. P.251.a.v.eis, l.ei. P.277.a.v.cienter, l.nienter. P.369.c.v.pſit, l.patriarchas. 389.a.v.contentus, l.defleat. 435.c.1. πατειάρχου. 441.a.4.ἀρχείων. 442.b.11. δαίμοσιν. ἑτέρα ἑρμηνεία. altera expoſitio. P.448.d.v.li, l.infidelis. P.454.b.v. puerit, l.intra. P.464.c.v. quemad. malè geminatum, qui, P. 471. b. v. pli, l. reuerentia. P. 487. b. v. affi, l, afficiunt. ibid. v. ciunt, l. ciuntur. à pag. 519. ad 526. emenda numeros. P. 538.a.v.non, lege monaſterium P.552.b.v.naſteria, l. tranſmittere P.569 c. l. tantùm. 572.d.3. ὀθόνιω P.611.c.v.ſens, l.vocat. 612. a.2. tres epiſcopos. P.634. b.v.vt, l.non orthodoxos. 691.c.v.qui, l.deſcribuntur. 696.c.6.ἀπροκριματίστως. 715.b.v.dem, l. venimus. P.723.b.v.niam, l.debere. ibid.v.ſeni, l.mitti: vt 845.c.6.νηστεύσας. 877.d.3. ἀναγκασθήσεται. 940.d.v. ται, l. προτιθέντου. 949.a.v.γέγ. l.ὡς. Ibid.v.καπσι, l.κατησυ. Ibid.v. Βασ. χεῖρας. Ibid.v.λον, l.ἀξίοις. Ibid.v. δεχο. l. πυγμῆς. Ibid.d.v.τοκι. l.τοκίζοντας. Ibid.v.τοκι, l. παρακελεύεται. Ibid. v. τόκου, l. δανείζειν. Ibid.v.ὑκ, l.αἰσχροκέρδειαν. 950.b.v. σιν, l.ὕδασι. Ibid.v. κ. l. προσέπ. Ibid.v. θαλα. l.θαλάσσαι. Ibid. v. minum, l.dominum. 961.b.v. πρ, l.πρόκειται. Ibid.d.v.ἀλλὰ, l. πορνεύοντες. Ibid.v Περὶ, l.ἀθέσμῳ. P.961.b.v. ſi ei, l.quo cum. Ibid.d.v.ſed, l. fornicatoris. P.963.c.v.rium, l. rum. P.969.a.v. legi, l.περὶ. P.981.a.v.buntur, l.nuptiis 982. c.v. SCHOL. l. Quinam. P.984.b.v.in, malè geminatum (in) P.997.d.v.quòd, l.quòd is. 1011.b.v.ortho. l.aliquando. P.1015.a.v. &, l.potiùs quàm. 1027.d.v.ſynodi, l. Neocæſarianæ. 1059.d.v.catus, l.tus. 1075.v. EIVSDEM, l. MENÆ. 1080.c.v.piunt, l.nullo. 1085.b.v. μεγάλης, l. Χαλκηδόνι.v.ſynodi, l.Chalcedone. 1095.c.v.PAT. l. Patriarchali. 1103.a.v. DE, l. HÆRESI. 1105.v.exinaniri, l.publicanum. v. omnes, l. Quamnam. 1106.v. Quamob. l. Quemadmodum. 1109.v. &, l. Epiſcopi. 1125.v. cerdotes, l. Chriſti Domini. Ibid.v.lege, l.nihilo minùs. Ibid.v.&, malè geminatum(&) Ibid. v.ſebitur l.præter ea.



INDEX CANONVM, QVI EX DECRETO GRATIANI AB INTERPRETE IN MARGINE SVNT DESIGNATI.



INDEX ACCVRATVS RERVM NOTATV DIGNIORVM QVÆ HOC BALSAMONIS OPERE CONTINENTVR.

Numerus paginam notat, litera locum in pagina: asteriscus, prefixus legum, decretorum, constitutionum, canonum aut similium, verba.

Meminerit lector in multis recurrere ad alios Indices, Operi adiunctos, tam Tractatuum quæ in hoc opere, quàm locorum S. Scripturæ, & alios etiam consulere.

B.

C.

Constitutio

E

G

per

I.

L.

M.

P.

S.

V

FINIS.



INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ

TAM VETERIS QVAM NOVI TESTAMENTI.

Numeri locorum S. Scripturæ præfixi notant, alter, caput: alter, versum: alij numeri paginam operis: & litera, locum in pagina exhibet.

INDEX LOCORVM S. SCRIPTVRÆ EX NOVO TESTAMENTO.

EX MATTHAEI EVANGELIO.

EX MARCI EVANGELIO.

EX LVCAE EVANGELIO.

EX IOANNIS EVANGELIO.

EX ACTIS APOSTOLORVM.

EX EPISTOLA AD ROMANOS.

EX I. AD CORINTHIOS.

EX II. AD CORINTHIOS.

EX EPISTOLA AD EPHESIOS.

EX EPISTOLA AD GALATAS.

EX EPISTOLA AD PHILIPPENSES.

EX I. AD THESSALONICENSES.

EX II. AD THESSALONICENSES.

EX I. AD TIMOTHEVM.

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ.

FINIS.

